Forgotten Books

www.forgottenbooks.com

Copyright © 2016 FB &c Ltd.
All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

# ORATORES ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

# SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO

GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

---

TOMUS SEXTUS

DEMOSTHENES



LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCXXVIII.

# DEMOSTHENIS

# QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. WOLFII OBSOPŒI TAYLORI MARKLANDI JURINI MOUNTENII STOCKII HARLESII
F. A. WOLFII SPALDINGII AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII
ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

NECNON ADVERSARIA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

---

TOMUS SECUNDUS

DEMOSTHENIS PUBLICÆ

---

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.

# TABULA

## EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

## TOMO SEXTO.

---


| | Pag. |
|---|---|
| Περὶ Στεφάνου (Textus Bekkeri est) . . . . | 23 |
| Contareni Disputatio . . . . . | 186 |
| Περὶ τῆς Παραπρεσβείας (Textus Taylori est) . . | 206 |
| F. A. Wolfii Prolegomena ad Orationem adversus Leptinem . . . . . | 353 |
| Πρὸς Λεπτίνην (Textus F. A. Wolfii est) . . . | 401 |


1406532

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## ΔΗΜΟΣΙΟΙ.

# TAYLORI
# PROLEGOMENA
AD
# ÆSCHINIS
ET
# DEMOSTHENIS
## ORATIONES
DE
## CORONA ADVERSARIAS.

Quod Cicero dixit, quum has duas Orationes in Latinum sermonem convertit, vere dixit; se nempe gladiatorum par nobilissimum post hominum memoriam inducere, Æschinem et Demosthenem, illum, non tanquam Æserninum Samnitem, spurcum hominem, sed doctum et acerrimum, immo alterum fere Pacidianum, cum Pacidiano, gladiatorum optimo, compositum. (Ita enim Ciceronis verba interpretor contra Manutium, cum aliorum, tum Jani Parrhasii in Epist. LX. auctoritate adductus.) Ut affirmare non dubitem, nihil habere Humaniores Literas vel Elegantia limatius, vel Facundia disertius, vel gravius Oratione: nihil aut verborum ornatu cultius, aut sententiarum majestate elatius, vel ab omni denique laudis genere felicius.

Et quum hæc dicam, nihil profero, nisi quod comprobavit Vetustas, atque omnium Gentium Populorumque Consensus, ad quos Humanitas, hoc est, hujusmodi Literæ pervenerint. "Hic, quem præstitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima, submissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incedens, judices ut vidit ardentes, in reliquis exultavit audacius." Cic. Orat. cap. 8. "Si exempla sequimur," ait Idem ibid. cap. 38. "a Demosthene sumamus, et quidem perpetuæ dictionis, ex eo loco, unde in Ctesiphontis judicio de suis factis, consiliis, meritis in Rempublicam aggressus est dicere. Ea profecto Oratio in eam formam, quæ est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut major Eloquentia non requiratur." Porro: "Converti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas Orationes inter se contrarias, Æschinis Demosthenisque." Id. de Optim. gen. Orator. Nam, non contentus eloquentia sæculi sui, cum totum se ad laudes Græcorum comparavit, tum, ut imaginem summæ Eloquentiæ in mente atque animo plenissime effingeret, Orationes has contrarias Latino sermone donavit Latini sermonis peritissimus artifex, M. Tull. Cicero. Et qui omnes ad imitandum proposuit, has potissimum duxit esse dignas, quas sedulo

in patriam linguam verteret. Istius operis nihil hodie remanet præter desiderium, si excipias Anteloquium, quod inscribi solet DE OPTIMO GENERE ORATORUM. (Tullius) Protagoram Platonis, et Œconomicon Xenophontis, et Æschinis ac Demosthenis duas contra se Orationes pulcherrimas transtulit. " Quanta in illis prætermiserit, quanta addiderit, quanta mutaverit, ut proprietates alterius linguæ suis proprietatibus explicaret, non est hujus temporis dicere. Sufficit mihi ipsius Translatoris auctoritas, qui ita in Prologo earundem Orationum loquutus est: Futavi mihi suscipiendum, etc." Hieron. ad Paulin. Epist. 50. Rursus: " Nisi forte putandus est Tullius Œconomicon Xenophontis, et Platonis Protagoram, et Demosthenis pro Ctesiphonte orationem afflatus Rhetorico spiritu transtulisse." Idem Apolog. advers. Rufin. l. 2. Qui similia fere habet in Proleg. ad Pentateuch. et in Epistola ad Sunniam et Fretelam. Scripsit item Sidonius Apollinaris II. Epist. 9. " Quamquam sic esset ad verbum sententiamque translatus, ut nec Apuleius Phædonem sic Platonis, neque Tullius Ctesiphontem sic Demosthenis in usum regulamque Romani Sermonis exscripserint." Verum ut jactura istius Versionis quodammodo resarciretur, quidam male feriati antiquas Ciceronis Editiones beare voluerunt Interpretatione hujus Controversiæ, quam elaboravit Leonardus Brunus, Aretinus, verum neque eo Loco, quem occupat, neque Fama istorum Scriptorum dignam, quos convertere instituebat. Ea utique Contentio duorum summorum hominum, ad quam Concursus ex tota Græcia factus esse dicitur, (nam et Æschines ipse commemorat p. 386. plures tribunal circumstetisse, quam unquam meminerit ad ullam causam publicam convenisse,) cito venit in famam atque celebritatem: et, dum stetit fortuna harum Literarum, nihil unquam aut ardentius legebatur, aut maximorum hominum studia magis alliciebat. Illam Demosthenis præcipue, (uti dicebam,) ita semper admirati sunt veteres, quemadmodum solebant Phidiæ Jovem aut Doryphorum suspicere; præstantissimi scil. Artificis præstantissima artificia, et quibus nihil in illo genere perfectius esse potuit. Οἱ γοῦν κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ—Theo Progymn. p. 5. Οἶμαι γάρ σε τῶν Δημοσθένους εἰ μήτι ἄλλο, ἀλλὰ ΤΟΝΓΕ ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΑΝΑΡΡΗΣΕΩΣ ΛΟΓΟΝ, τὸν πολυύμνητον δὴ τοῦτον ἀνεγνωκέναι. Aristid. περὶ τοῦ παραφθέγμ. Scripsit ad morem Adagii Plinius VI. Epist. 33. " Solent quidam ex contubernalibus nostris existimare, hanc orationem præcipuam, ut inter meas, ΩΣ ΥΠΕΡ ΚΤΗΣΙΦΩΝΤΟΣ esse." Hos omnes anteivit, ut ætate ita judicio, Dionysius Halicarnassensis, qui ita scribit in libro περὶ Συνθέσεως. Ἑτέρου πάλιν ἅψομαι, τοῦ πάνυ ἑρμηνεῦσθαι δαιμονίως δοκοῦντος, τοῦ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, ὃν ἐγὼ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΑΠΟΦΑΙΝΟΜΑΙ ΠΑΝΤΩΝ ΛΟΓΩΝ. Rursus περὶ δεινότ. §. 14.—πλεῖστα δὲ καὶ κάλλιστα ἐκ τῆς ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἀπολογίας. Οὗτος γὰρ δή μοι δοκεῖ καλλίστῃ καὶ μετριωτάτῃ κατασκευῇ λέξεως κεχρῆσθαι ὁ λόγος. Deinde: Εἰ δέ τις ἐρεῖ—ὅτι τοῦτον ἴσως ἔγραψε τὸν λόγον (sc. περὶ τοῦ Στεφάνου) ταῖς Ἀριστοτέλους ἐντετυχηκὼς τέχναις, ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΛΟΓΩΝ, πολλὰ πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν ἔχων—καὶ τοῦτον ἐπιδείξειν ὑπισχνοῦμαι τὸν ἀγῶνα πρὸ τῶν Ἀριστοτέλους τεχνῶν ἐπιτετελεσμένον. Id. ad Ammæum. Verum his supersedeo; quoniam nemo est, qui non laudavit, et nullæ sunt laudes, quæ non sunt maximæ: illud etiam in animo habens, quod, si quem nullo modo capiat tanta Eloquentia, neque le-

ctione harum Orationum deliniri poterit, non ille istiusmodi auctoritatibus quidquam commovebitur.

Causa, quæ in judicium deducitur, erat hujusmodi. Post prælium Chæronense, quod ea infelicitate gestum erat, quam omnes sciunt, qui de Græciæ fortunis aliquid inaudiverint, mœnibus urbis reficiendis præponitur Demosthenes, sive illud Munus et Magistratum, sive λειτουργίαν quandam et Administrationem leviorem, vel Functionem appellare fas sit. Præterea Quæstor erat Theatralis, ἐπὶ τῷ θεωρικῷ constitutus, quod officium in commodiori loco expono disertius. His muneribus quum præclare functus sit Demosthenes, præcipue vero, quod in illo magnam partem privatis sumtibus confecisset, ideoque bene de Republica mereri videretur, Ctesipho quidam, amicus et adjutor in Republica administranda, ad Senatum retulit, uti Demostheni gratiæ publicæ haberentur ob sedulo navatam operam, ejusque perpetua in P. A. merita, utique ei Corona Aurea decerneretur; quod erat Civitatis erga bonos Cives Honoris et εὐχαριστίας publicum et maximum argumentum. Isti Rogationi obstitit Æschines luculenta ea Oratione, quam hodie es lecturus. Levissima quidem Causa, quæ eam, quam dixi, exspectationem ciere, tantamque eloquentiam suppeditare poterat. Verum totius Contentionis Fortuna non in corolla aut serto duabus virgulis oleaginis facto posita esse, sed ad Civitatem ipsam totamque Remp. spectare videbatur. Nam post fatale illud prælium ad Chæroneam, in quo Philippi Fortuna Demosthenis Consilia profligavit, cum Civitas de Salute pæne desperaret, flagrabat Orator multorum invidia. Expertus est, ut ait ille de Cor. ἀπόνοιαν Sosiclis, συκοφαντίαν Philocratis, μανίαν Diondæ et Melani, qui nihil intentatum reliquerunt, verum γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, totam denique Fori Attici armaturam capiti ejus minitabantur. Ejus rei testis est Plutarchus in vita: Τότε δὲ τῆς ἀτυχίας τοῖς Ἕλλησι γενομένης οἱ μὲν ἀντιπολιτευόμενοι ῥήτορες, ἐπεμβαίνοντες τῷ Δημοσθένει, κατεσκεύαζον εὐθύνας καὶ γραφὰς ἐπ' αὐτόν· ὁ δὲ δῆμος οὐ μόνον τούτων ἀπέλυεν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν διετέλει, καὶ προκαλούμενος αὖθις εἰς τὴν πολιτείαν. Alii, in quorum numero erat Ctesipho, Demosthenem rursus ad Rempub. vocabant: alii contra, ut Æschines, eos, qui de Philippo victore melius senserant. Ctesipho vero opportunum id tempus fore ratus, ut populi quasi præjudicium de Demosthene fieret, eam sententiam in Senatu dixit, in qua hæc Causa tota continetur. Ibi Æschines, quem Demosthenes obtrectatorem nactus est in Rep. administranda acerrimum, tum, ut ne id fieret, neque istius consiliis uteretur Resp. quibus nuperrime labefactata esse videbatur, tum ut privatas inimicitias ulciscceretur, (ei enim nuper diem dixerat Demosthenes ob legationem male obitam et contra Reipublicæ salutem,) huic, quam dixi, Ctesiphontis Rogationi intercedit, hominemque ipsum libellis datis in judicium adduxit; specie quidem, quod in ea quædam continebantur, quæ legibus rogare non liceret, re autem vera, ut Demosthenis vitam, mores, consilia, res gestas, totamque demum Reipubl. administrandæ rationem insectaretur, eumque a civilibus muniis prorsus repelleret. Atque hæc est Causa, non ea, quam adducunt Rhetorum filii, cur de Quæstione et Corona, de Legibus et Argumento ipso, tam pauca disputentur, de Republica tam multa; adeo ut Γραφὴ ipsa, si eorum verbis uti liceat, pæne ἀμελεῖσθαι videatur. Atque hæc de Contentionis statu et origine dicta sunto.

Mos autem per totam Græciam, et Athenis maxime, celebrabatur, ut ad studium animique benevolentiam declarandam Civibus bene merentibus textilia quædam serta publice decernerent, quibus lemnisci aurei interponebantur: atque ut istius Decreti Memoria et Recitatio aliquando fieret in maxima Urbis frequentia, in Comitiis nempe aut Ludorum celebritate, cujusmodi fuerunt Panathenæa aut Dionysia; aut in Græcorum omnium conventu, qui in communi et publico loco agebatur. *Οὐ γὰρ Ὀλυμπιάσιν, ἢ Δελφοῖς ἀνακηρύττει τὸν στέφανον, οὐδ' εἰς Παναθήναια συναγαγοῦσα τοὺς Ἕλληνας, ἢ Διονύσια, καθάπερ οἱ πάλαι ποτὲ Ἀθηναῖοι, κολακεύοντες — ἀλλ'*—Themist. Orat. III. init. Pervenere ad nostram ætatem monumenta quædam, (immo ejus generis adservantur nonnulla in bibliotheca Coll. Trinitatis Cantabrigiæ, dono et liberalitate illustrissimi D. COMITIS DE SANDVICO) quæ titulos præferunt istius benevolentiæ; et in quibus nude aliquando exarantur hæc verba, Ο ΔΗΜΟΣ ΤΟΝ ΝΙΚΟΦΗΜΟΝ, aut ΚΑΛΛΙΠΙΔΗΝ puta aut ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΝ; subintellecto aut suppresso vocabulo ΣΤΕΦΑΝΟΙ: aliquando autem, si bene memini, floreo serto redimita, aut circumtexta, eo scil. animo, ut intelligeretur ea Civitas Nicophemum illum aut Callipidem corona ex publico decreto dare ornareque. Imo obtinuit, ut Civitas Civitatem totam eo præconiò ornaret, ejusque rei memoriam publice consecraret; id quod ex Oratione Demosthenis in hac causa discimus, (§. κζ'.) *Χερρονησιτῶν οἱ κατοικοῦντες Σηστὸν — — στεφανοῦσιν Ἀθηναίων τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον χρυσῷ στεφάνῳ ἀπὸ ταλάντων ἑξήκοντα, ὅτι —.* Rursus, *καὶ ἀνακαρύξαι τὸν στέφανον, ᾧ συστεφάνωται ὁ δᾶμος ὁ Ἀθηναίων ὑφ' ἡμῶν, ὅπως ἐπιστέωνται οἱ Ἕλληνες πάντες Ἀθηναίων Ἀρετὰν, καὶ τὰν Βυζαντίων καὶ Περινθίων Εὐχαριστίαν.* De qua consuetudine erudite, ut semper, agit Celeb. D'Orvillius ad Chariton. I. 5. sæculi sui damno, et literarum infortunio publico, non ita pridem denatus. Arrepta hac occasione judicium meum et sententiam libenter interponerem de celeberrima ea quæstione, quæ toties agitari solet, quo pacto nimirum sunt intelligenda ea verba politissimi Scriptoris, Cornelii Nepotis, in vita Pomponii Attici: sc. "Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit, absens prohibere non potuit. Itaque aliquot Ipsi et Phidiæ locis sanctissimis posuerunt." Ubi Codd. MSti cum hariolationibus Criticorum, et numero et varietate, certant. Alii enim, Ipsi ut Phidiæ: alii, Ipsi et Piliæ, quæ uxor fuit Attici: alii, Ipsi et uxori: alii, Filiæ: alii, Philiæ, i. e. Amicitiæ: alii, Pilio: alii, Ipsi et Reipublicæ: alii demum, Pnyce et Pœcile, propter id quod sequitur, locis sanctissimis posuerunt. Quid hoc mali! Quorsum ista, tantaque varietas! Constat jam ex more, quem delibavimus, Byzantios, præter Coronas, quibus P. Atheniensem ob egregia ejus merita donaverunt, ut istius rei testatior memoria fieret, imagines sive statuas publice etiam erexisse, scil. *εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις, ἐν τῷ Βοσπόρῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τῶν Ἀθηναίων ὑπὸ τῷ δάμῳ τῶν Βυζαντίων καὶ Περινθίων*: et Chersonesitanos itidem ob istud beneficium ΧΑΡΙΤΟΣ *βωμὸν* consecrasse *καὶ* ΔΗΜΟΥ *Ἀθηναίων.* Ego itaque in Nepote lubens amplector, quod Lambinus, et nonnulli sperare potius audebant, quam commendare, nempe ut legeremus ibi, IPSI et FIDEI. Immo unde damnant hanc Crisin, in eo magnum robur et adjumentum esse video. Non potuit, aiunt, post Fidem, aut Filiam, aut Piliam etc. adjicere hæc verba, scil. "HUNC enim in omni procuratione Reipublicæ actorem auctoremque habebant." Sed

egregie decipiuntur: ideo enim Attico et Fidei statuam posuerunt Athenienses, quod summa Fide et constantia rempublicam procuraverat, eamque re et consilio adjuverat, quemadmodum hic Chersonesitani P. A. coronam decreverunt, aramque IPSI et GRATIÆ posuerunt, ὅτι πάντων μέγιστον ἀγαθῶν πράττειν αἴτιος γέγονε Χερρονησίταις, ἐξελόμενος ἐκ τοῦ Φιλίππου, καὶ ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, καὶ τὴν ἐλευθερίαν.

De hoc more Civium remunerandorum satis. Ctesiphontis Rogatio, sive ΨΗΦΙΣΜΑ, occurrit, αὐτολεξεὶ §. λέ. ubi "recensitis breviter Demosthenis in Rempublicam meritis, maxime autem liberalitate in Curatione, qua proxime functus est, rogat, Placere S. P. Q. A. laudari Demosthenem virtutis ergo benevolentiæque, atque ut corona aurea donaretur a populo, et istius rei Recitatio seu Proclamatio fieret proximis Dionysiis, in Theatro, Tragœdis Novis," feriante sc. populo, et spectante Græcia, quæ advenerat ludorum gratia. Quædam sunt hic expedienda, ut Lector interea ad has Orationes paratior accedat. Nam cum primum in Scenam producta esset Fabula, solebat ea res Commissionibus, ut vocant, fieri. In Dionysiis nempe, sive Feriis Liberalibus, ut aliarum rerum, ita ingenii quoque fuit quædam Contentio. Certabant ibi fabulis suis Poetæ: ut ex Didascaliis intelligere possumus, multisque ex Neotericis, qui ad Drama Antiquorum adnotaverunt. Tragœdia enim, quæ in Religione ortum et sedem habebat, ludos ideo sacros comitabatur. Ita perinde esset, quod scripsit Æschines p. 369. l. 10. ἀναγορευόμενος ἐν τοῖς ΑΓΩΣΙΝ: et quod 378. l. 8. ἐν τῷ θεάτρῳ — ΤΡΑΓΩΙΔΩΝ ΑΓΩΝΙΖΟΜΕΝΩΝ ΚΑΙΝΩΝ. Ita Ælianus II. V. H. 13. Ὁ δὲ Σωκράτης σπάνιον μὲν ἐπεφοίτα τοῖς θεάτροις, εἴποτε δὲ Εὐριπίδης ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς ΗΓΩΝΙΖΕΤΟ ΚΑΙΝΟΙΣ ΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣ, τότε γε ἀφικνεῖτο. Hinc lucem fœnerabitur Oratio multis in locis, scil. ubi νόμον Διονυσιακὸν memorat, cum τὴν τοῦ Διονύσου ὀρχήστραν, cum τοὺς κριτὰς τοὺς ἐκ Διονυσίων, et cum perstringit Demosthenis arrogantiam, quod populi plausu in Concione, qui locus erat legitimus Recitationis habendæ, non contentus, honorem hunc sibi impertiri voluit, οὐδὲ ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων, ἵν' ἡμῖν συνειδῶσιν, οἷον ἄνδρα τιμῶμεν. I. Meursius, Vir Græce doctissimus, cum plura Atheniensium monumenta feliciter illustravit, dolemus, quod ejus Commentarius de Dionysiis aut non esset ad finem perductus, aut esset infelici quodam casu interceptus. Multa de antiquo Dramate, et de hac forte consuetudine in eo expedivisset. At in ea re operam suam et industriam posuerunt bene multi. Eorum quosdam recensui ad Midianam Demosthenis Not. ad Arg. post.

Interea ad hunc morem in Dionysiis celebratum adludit, et ad imaginem veræ Rogationis lepidam et jocularem adumbravit facetissimus Scriptor, Lucianus, in Timone, quam hic repræsento.

ΕΠΕΙΔΗ ΤΙΜΩΝ Ο ΕΧΕΚΡΑΤΙΔΟΥ
ΚΟΛΥΤΤΕΥΣ ΑΝΗΡ ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΚΑΛΟΣ
ΚΑΙΓΑΘΟΣ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΣΟΦΟΣ ΩΣ ΟΥΚ
ΑΛΛΟΣ ΕΝ ΤΗΙ ΕΛΛΑΔΙ ΠΑΡΑ ΠΑΝΤΑ
ΧΡΟΝΟΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΤΑ ΑΡΙΣΤΑ ΠΡΑΤΤΩΝ
ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ ΝΕΝΙΚΗΚΕ ΔΕ ΠΥΞ ΚΑΙ
ΠΑΛΗΝ ΚΑΙ ΔΡΟΜΟΝ ΕΝ ΟΛΥΜΠΙΑΙ
ΜΙΑΣ ΗΜΕΡΑΣ ΚΑΙ ΤΕΛΕΙΩΙ ΑΡΜΑΤΙ ΚΑΙ

ΣΥΝΩΡΙΔΙ ΠΩΛΙΚΗΙ ΚΑΙ ΗΡΙΣΤΕΥΣΕ ΔΕ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΠΕΡΥΣΙ ΠΡΟΣ
ΑΧΑΡΝΕΑΣ ΚΑΙ ΚΑΤΕΚΟΨΕ
ΠΕΛΟΠΟΝΝΗΣΙΩΝ ΔΥΟ ΜΟΙΡΑΣ ΕΤΙ ΔΕ
ΚΑΙ ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ ΓΡΑΦΩΝ ΚΑΙ
ΣΥΜΒΟΥΛΕΥΩΝ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΩΝ ΟΥ
ΜΙΚΡΑ ΩΦΕΛΗΣΕ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ ΕΠΙ
ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΠΑΣΙ ΔΕΔΟΚΤΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ
ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΚΑΙ ΤΗΙ ΗΛΙΑΙΑΙ
ΚΑΤΑ ΦΥΛΑΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΔΗΜΟΙΣ ΙΔΙΑΙ
ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΠΑΣΙ ΧΡΥΣΟΥΝ ΑΝΑΣΤΗΝΑΙ
ΤΟΝ ΤΙΜΩΝΑ ΠΑΡΑ ΤΗΝ ΑΘΗΝΑΝ ΕΝ
ΤΗΙ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΚΕΡΑΥΝΟΝ ΕΝ ΤΗΙ
ΔΕΞΙΑΙ ΕΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΑΚΤΙΝΑΣ ΕΠΙ ΤΗΙ
ΚΕΦΑΛΗΙ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΑΥΤΟΝ
ΧΡΥΣΟΙΣ ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ ΕΠΤΑ ΚΑΙ
ΑΝΑΚΗΡΥΧΘΗΝΑΙ ΤΟΥΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥΣ
ΟΣΗΜΕΡΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΙΣ ΤΡΑΓΩΙΔΟΙΣ
ΚΑΙΝΟΙΣ. — ΕΙΠΕ ΤΗΝ ΓΝΩΜΗΝ
ΔΗΜΕΑΣ Ο ΡΗΤΩΡ ΣΥΓΓΕΝΗΣ ΑΥΤΟΥ
ΑΓΧΙΣΤΕΥΣ ΚΑΙ ΜΑΘΗΤΗΣ ΩΝ.

Porro. Agebantur Dionysia Magna, *τὰ ἐν ἄστει*, ut vocari solent, (erant enim alia,) in quibus undique ex Græcia confluebant ludorum, etc. gratia, Vere novo, mense Elaphebolione, die vero XVI^to^. Verno quidem tempore haberi, inter alios, confirmant Maxim. Tyr. Dissert. III. et vetus σχ^στης^. quem consule ad hæc verba Aristoph. Nub. v. 310.

*Ἠρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις*
*Εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα*
*Καὶ μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν.*

Tulisse autem dicitur Ctesipho ad Senatum, ut proximis Dionysiis ille honos Demostheni haberetur. Facta est ea Relatio Pyanepsionis die XXI. id erat paulo post Æquinoctium Autumnale. Et istius erat Senatus deinde deliberare, et, si ita visum fuerat, sciscere, *προβουλεύειν*, antequam Res ad Populum, sive publicum Civitatis conventum deduceretur: quo approbante et confirmante, Lex vel *Ψήφισμα* demum esse cœpit. Ecce autem, antequam Dionysia agi cœperint, et priusquam SCtum illud a Populo comprobaretur, Æschines, (ut ex ejus libello constat, quem habemus apud Demosthenem §. *ιζ'*.) die V^to^. istius mensis, Elaphebolionis, lege cum Ctesiphonte agit, questus hanc Rogationem a Ctesiphonte contra Jus esse factam. Unde fit, ut ea Rogatio toties *Προβούλευμα* diceretur, id est, Auctoritas, ut ita dicam, Senatus, nondum, jubente Populo, rata aut confirmata. Ita dixit Demosthenes §. *ιϛ'*. *in fin.* *ἵνα — Αἰσχίνης — ἀκούσῃ, δι' ἃ φημι καὶ τούτων τῶν* ΠΡΟΒΕΒΟΥΛΕΥΜΕΝΩΝ, *καὶ πολλῷ μειζόνων ἔτι τούτων δωρεῶν δίκαιος εἶναι τυγχάνειν.* Ita §. *λέ. οἷς γὰρ οὐκ ἐγράψατο τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ, *τούτοις ἃ διώκει συκοφαντῶν φανήσεται.* Et alibi, scil. §. *έ.* *Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ *εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην.* Ad quem locum Ulpianus erit adjungendus. Vide etiam Argumentum Libanii. *Εἰσήνεγκε* (Ctesipho) *γνώμην ἐν τῇ βουλῇ τοιαύτην — εἰσαγομένου τοίνυν καὶ εἰς τὸν δῆμον τοῦ* ΠΡΟΒΟΥΛΕΥΜΑΤΟΣ *ἐφίσταται κατήγορος Αἰσχίνης.*

Quæ autem in eo SCto, sive Προβουλεύματι, infirmare voluit Æschines, ad tria Capita sunt redigenda. sc. (I.) Sedulo cavit Resp. ne cui ejusmodi honores decernerentur, qui magistratum aut munus aliquod publicum gesserat, priusquam Rationes istius Muneris (qui mos in ea Civitate invaluit,) a Viris ad eam rem rite exsequendam constitutis comprobarentur. Scil. ne Præconiis et Coronis et Laudationibus Rationes publicæ præoccuparentur. Ctesipho autem tulit, donari Demosthenem μεταξὺ ἄρχοντα, in ipso Magistratus officio. Illud primum: atque in eo saxo versando occupatur Æschines a pag. 368. l. 15. — ad 377. 16. Sequitur (2da) Causa, quod παρανόμως etiam in Decreto rogasset, donari Demosthenem virtutis ergo in Theatro, Dionysiis magnis, tota Græcia spectante, quum legibus cautum sit, Coronas a Senatu decretas non extra locum Senatus habendi; a Populo, extra Concionem, recitari publice celebrarique. Id exsequitur a pag. 377. 16. — ad 383. 13. Tota quæ sequitur, et erat (3tia) et gravissima Pars Orationis, in Demosthenis vita insectanda, in meritis studiisque in Remp. expendendis, occupatur, sc. ὅτι οὐ διατελεῖ λέγων καὶ πράττων τὰ ἄριστα τῷ δήμῳ. Nam et id quoque, ut contendit ille, ἐκ τῶν παρανόμων, et de quo lege agere liceret, si qui falsas rationes adsignaverint,

Cupiant et in acta referri.

Hæc totius Causæ summa est. Et istius distributionis memor jam lector meus ad Orationem priorem accedet. Scilicet in primo loco περὶ τῶν ΕΥΘΥΝΩΝ, de Rationibus, in secundo περὶ τῶν ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ, de loco Recitationis, Æschinem dicentem attente et sedulo audiat. Nam isti duo Loci, ut vocant Rhetores, omnino describi et distingui solent. Vid. Argum. Orat. Demosth. de Coron. 224. *a med.* ed. Reisk. Ita Æsch. pag. 444. l. 10. Πρὸς τὸν τῶν ΥΠΕΥΘΥΝΩΝ νόμον πρῶτον, καὶ τὸν περὶ ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ δεύτερον, τρίτον δὲ, τὸ μέγιστον, ὡς οὐδὲ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς. Et Demosth. §. λβ'. Ἡγοῦμαι τοίνυν λοιπὸν εἶναί μοι περὶ τοῦ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ εἰπεῖν καὶ τῶν ΕΥΘΥΝΩΝ. Ita nos SCta insigniora aliquando emphatice describimus, v. g. ut quum dicamus *Bill of Citations, Statute of Limitations*, etc. Quod ideo sedulo præmonui, quoniam, quum omnis de legibus disceptatio, præsertim adeo vetustis et ætate ipsa marcescentibus, subtilior et confragosior esse soleat, tum Æschines, si qua in ea re sit auctoritas Demosthenis, Adversarii ejus, dum de iis disputabat, obscuritatem quandam majorem, mentemque difficiliorem, malis artibus, ei argumento infuderit, ἐκ παλαιῶν, ut ait Ille, χρόνων καὶ ψηφισμάτων πολλῶν ἐκλέξας, ἃ μήτε προῄδει μηδεὶς, μήτ' ἂν ᾤήθη τήμερον ῥηθῆναι, διαβάλλων καὶ μετενεγκὼν τοὺς χρόνους, καὶ προφάσεις ἀντὶ τῶν ἀληθῶν ψευδεῖς μεταθεὶς τοῖς πεπραγμένοις: Demosthenes §. ξς'. Rursusque §. λγ'. Τῶν μὲν λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων, οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς οἶμαι ὑμᾶς μανθάνειν, οὔτ' αὐτὸς ἠδυνάμην συνεῖναι (vel συνιέναι) τοὺς πολλούς. Unde minus mirari soleo, doleo tamen sæpissime, studiosos nonnullos, in ipso aditu Causæ, ingrata et quasi horridiore oratione, ut existimare solent, deterritos atque exanimatos, ad summam et maximam, quæ unquam enituit, Eloquentiam nunquam penetrare aut pervenire potuisse. Verum et hæc mea præmonita, et quæ, dum ipsa pertractantur argumenta, dicturus ero, eam omnem molestiam, si non prorsus tollere, at levare aliqua ex parte et recreare posse spero.

Demosthenes, quum ad Defensionem accedat, meritis in Remp. fretus, et plurimis benevolentiæ signis, eam partem Disputationis, quæ in Legibus continetur, et in qua inferior esse creditur, στρατηγικῶς πάνυ, (ut ait ille Rhetor in Argumento,) atque ut Imperatorem exercitatum decebat, in mediam Orationem conjecit. Et tamen sæpius isti honores Demostheni deferebantur verbis iisdem, atque iisdem conditionibus, quibus nunc Ctesipho deferebat: Æschine ipso neutiquam interpellante. Quod tamen factum potius oportuit, quam nunc denuo lites persequi, postquam ea Ratio Ctesiphontis, quam nunc convellere instituerat, et diuturnitate Temporis, et repetitione Honoris, et præsumptione juris aliquod auctoritatis consecuta esse videretur. Eam argumentationem latius pertractat Demosthenes §. ξέ. Ταῦτα τὰ ψηφίσματα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰς αὐτὰς συλλαβὰς, καὶ τὰ αὐτὰ ῥήματα ἔχει, ἅπερ πρότερον μὲν Ἀριστόνικος, νῦν δὲ Κτησιφῶν γέγραφεν οὐτοσί. καὶ ταῦτ' Αἰσχίνης οὔτ' ἐδίωξεν αὐτὸς, οὔτε τῷ γραψαμένῳ συγκατηγόρησε. Exstat quidem, ut ait Ille, istud Decretum Aristonici, iisdem pæne verbis exaratum §. κϛ'. Exstant etiam §. λδ'. Decreta pariter, quæ Nausicli, quæ Charidemo et Diotimo, quorum causa a causa Demosthenis non abhorrebat, eosdem honores deferebant, quos nunc rogat Ctesipho Demostheni decerni. Πολλάκις μὲν ἐστεφανώθη (Demosthenes) πρότερον μὲν ὑπὸ Δημομελοῦς, Ἀριστονίκου, Ὑπερίδου χρυσῷ στεφάνῳ, τελευταῖον δὲ ὑπὸ Κτησιφῶντος· καὶ γραφέντος τοῦ ψηφίσματος παρανόμων ὑπὸ Διοδότου, καὶ Αἰσχίνου, ἀπολογούμενος ἐνίκησεν, ὥστε τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τὸν διώκοντα μὴ μεταλαβεῖν. Auctoris, qui Plutarchi nomen ementitus, vitas X. Oratorum conscribillavit, hæc sunt verba. [pag. ccxciv. Tom. I.] In quibus quum parum est aut nihil, quod reprehendo, attamen quum, sui quasi immemor, ad finem libelli istius adjecit, Πρῶτος ἔγραψε στεφανωθῆναι αὐτὸν χρυσῷ στεφάνῳ Ἀριστόνικος Νικοφάνους Ἀναγυράσιος, ὑπωμόσατο δὲ Διώνδας, in iis, inquam, multa sunt, ubi Plutarchi diligentiam, prudentiam et fidem desidero. Namque ex Decreto ipso Aristonici, quod exstat apud Demosthenem, ut dixi, constat, eum fuisse domo Phrearrium, non Anagyrasium, ut voluit ille Plutarchi Simius. Deinde non id primus tulit Aristonicus, si qua sit Demostheni fides, aut si Demosthenis mentem ego rite intelligere possim. Sic ille §. κϛ'. Στεφανωσάντων τοίνυν ὑμῶν ἐμὲ ἐπὶ τούτοις τότε, καὶ γράψαντος Ἀριστονίκου τὰς αὐτὰς συλλαβὰς, ἅσπερ οὐτοσὶ Κτησιφῶν νῦν γέγραφε, καὶ ἀναῤῥηθέντος ἐν τῷ θεάτρῳ τοῦ στεφάνου, ΚΑΙ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΚΗΡΥΓΜΑΤΟΣ ΗΔΗ ΜΟΙ ΤΟΥΤΟΥ ΓΙΓΝΟΜΕΝΟΥ, οὔτ' ἀντεῖπεν Αἰσχίνης παρὼν, οὔτε τὸν εἰπόντα ἐγράψατο. Quæ tamen verba aliter Wolfius accepisse videtur. Postremo denique liquet ex §. ξέ. et seqq. non intercessisse Diondam isti Rogationi, quam tulit Aristonicus, verum isti, quæ prior lata fuit sive a Demomele, necessario Demosthenis, sive ab Hyperide, sive ab aliis quibuslibet. Intercessit enim olim, quemadmodum Æschines παρανόμων peregit hanc Rogationem, quæ in Demosthenis gratiam proponebatur, et, ut Æschines pariter, causa cecidit, et quintam partem suffragiorum non tulit.

Reliquum est, ut de Tempore, quo acta fuerit hæc Causa, atque habitæ Orationes, aliquid dicerem. Idque, ut lectorem meum demereri potuissem, verbis ipsissimis disertissimi Scriptoris, qui me oratione superat, repræsentari curavi.

"Aliquid de tempore, quo perorata fuit hæc Oratio, dicendum est.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

in qua hæc causa agebatur, et res gestas Chæroneæ Olymp. CX. 3. octo annos solummodo numerari, non decem, ut scribi solet in Plutarchi vulgatis. Sed totum locum istum exscribo, cum ob alia, tum quod multa contineat ad Historiam atque ad Laudem hujus Orationis pertinentia. Εἰσήχθη ἡ περὶ τοῦ Στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος, γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου Ἄρχοντος, μικρὸν ἐπάνω τῶν Χαιρωνικῶν, κριθεῖσα δὲ ὕστερον ΔΕΚΑ (ΟΚΤΩ) ἔτεσιν ἐπ' Ἀριστοφῶντος, γενομένη δὲ ὡς οὐδεμία τῶν δημοσίων περιβόητος, διά τε τὴν δόξαν τῶν λεγόντων, καὶ τὴν τῶν δικαζόντων εὐγένειαν, οἳ τοῖς ἐλαύνουσι τὸν Δημοσθένην τότε, πλεῖστον δυναμένοις καὶ Μακεδονίζουσιν, οὐ προήκαντο τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, ἀλλ' οὕτω λαμπρῶς ἀπέλυσαν, ὥστε τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων Αἰσχίνην μὴ μεταλαβεῖν. [§. κδ'.] Sed errorem hunc alii, præter Meursium, deleverunt. Verum ex iis, qui bonas horas Plutarcho impenderunt, nemo, si Casaubonum τὸν πάνυ excipias, vidit in his verbis atque in hoc calculo denuo ab isto scriptore esse erratum. Id ille adnotavit ad oram exemplaris sui, quod nunc in Bibliotheca Regia Cantabrigiæ adservatur. Nam instituta erat hæc causa non *supra*, id est, *ante* prœlium Chæronense, sed *post* illud infortunium, scil. statim, et priusquam Annus se vertebat. Quæ si vera sunt, recte observavit Vir ille Magnus, aut κατωτέρω in Plutarcho esse rescribendum, aut bonum Auctorem suam fefellisse memoriam.

Enim vero ut de his omnibus meam exponam sententiam, quædam sunt, quæ propemodum suadent, neutro in loco sollicitandum esse Plutarchi textum. Quis enim non intelligit, (si vera sint hæc verba Ciceronis in Prooem. suæ Versionis, scil. " Hanc mulctam Æschines a Ctesiphonte petiit *quadriennio* ante Philippi Macedonis mortem, sed judicium factum est aliquot annis post, Alexandro jam Asiam tenente") quis, inquam, non intelligit, et eandem supputationem a Plutarcho fieri, recteque posse scribi, et ΕΠΑΝΩ τῶν Χαιρωνικῶν, et κριθεῖσα ΔΕΚΑ ἔτεσιν ὕστερον? Uti ex hac notatione liquebit, scil.

Olymp. CX. 1. Instituta Causa Ctesiphontis.
3. Prœlium Chæronense.
CXI. 1. Philippi interitus.
CXII. 3. Habita Causa.

Verum enim vero Ciceronis computum non lubens admiserim. Prœlium illud infeliciter ab Atheniensibus gestum, ut modo vidimus, huic Contentioni ansam dedit atque occasionem. Tum autem porro Libellus Æschinis, sive istius Actionis, quam intentavit Formula Accusatoria, hodie bonis avibus exstat, sc. apud Demosthenem §. ιζ'. ubi diserte dicitur, Causam eam fuisse institutam ΕΠΙ ΧΑΙΡΩΝΙΔΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ, id quod perficit atque concludit eam rem, quam volo.

Et huc usque omnia satis dilucide, satis prospere et expedite. Verum ignorantiam meam non dissimulabo; neque, quod me male habet, habiturum certe semper, id celabo lectorem meum. Æschines, ut modo dictum est, actionem sive litem intentavit Chæronda, sive Chæronida, Prætore, et quidem Mensis Elaphebolionis die sexto, qui Mensis erat Anni numero nonus. Restabant scil. ante Solstitium æstivum, quo tempore Annus Atticus incipiebat, Mensis utique tres, MUNYCHIO, (Suidas itaque aut Suidæ Librarii male mensem istum ΔΕΥΤΕΡΟΝ vocant, quum ΔΕΚΑΤΟΝ potius exarassent. Verum in scriptis Codd. Error Numera-

lium est infinitus. Pergo) THARGELIO, SCIRRHOPHORIO. Quacunque vero in Anni parte Menses isti collocentur, licet de ea re nulla sit Controversia, constat, cum esse ordinem et consequentiam, quam posui. Qui in aliis dissentiunt, in eo concordant. Quidni enim non concordarent? Jam autem, si Æschines diem dixit Ctesiphonti, mense Elaphebolione, quem putassis Februarium esse, Anni CX. 3. sive Præturæ Charondæ; dixerit vero, quod Decretum de Demosthene 5to abhinc mense, Pyanepsione, Septembri scil. rogaverat; jam autem Decretum illud Ctesiphontis merita Demosthenis in muris reficiendis recensuerat: unde possit fieri, qua Machina aut Industria, qua Chronologica peritia aut artificio illud mox explicabimus, quod Thargelione demum mense, qui in ejusdem Anni sive Præturæ APRILEM desinentem, vel etiam MAII initium incidit, ista Curatio murorum reficiendorum fieri cœpta sit? Æschines enim in hac Oratione, pag. 376. verbis apertis, ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντος, ἐκκλησίας οὔσης, ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης, ἀγορὰν ποιῆσαι τῶν φυλῶν, Σκιῤῥοφοριῶνος δευτέρᾳ ἱσταμένου, καὶ τρίτῃ—ἑλέσθαι τοὺς ἐπιμελησομένους τῶν ἔργων ἐπὶ τὰ τείχη. Ecce nodum non me Davo, sed Œdipode quopiam dignissimum!

Interea tamen Scriptor est perquam eruditus, et Chronologiæ Atticæ peritissimus, qui ad has ceterasque ejusmodi spinas ex his Orationibus evellendas sedulo se accingit. Is est optimus et celeberrimus Edoardus Corsinius in Fastis Atticis. Cujus cum ingenium, judicium, diligentiamque ita laudem, ut nihil non pæne ei detulerim, tum insignem ejus humanitatem ita quoque sum expertus, ut eum non ægre laturum intelligam, si ab ejus Hypothesi, rationibus victus, discedam. Contendit Vir doctissimus, institutam esse ab Æschine hanc litem c. Ctesiphontem ante Præturam Chærondæ, adeoque antequam ad Chæroneam esset pugnatum. Meminerit Lector, illius Præturam incidisse in Olymp. CX. 3. exorsam quidem a mense Hecatombæone, clademque illam Chæronensem contigisse istius Magistratus mense Metagitnione. Verum est. Fateor. Magistratum iniit, ut inire solebant Athenis, mediam circiter æstatem, sive mense quem nos *Junium* vocamus: dimicatum est autem Chæroneæ, proximi mensis Metagitnionis scil. die VII$^{mo}$. Ita enim Plutarchus, in Camillo pag. 305. tom. I. Ἀνάπαλιν δ' ὁ Μεταγειτνιὼν, ὃν Βοιωτοὶ Πάνεμον καλοῦσιν, Ἕλλησιν οὐκ εὐμενὴς γέγονε. Τούτου γὰρ τοῦ μηνὸς ἑβδόμῃ καὶ τὴν ἐν Κρανῶνι μάχην ἡττηθέντες ὑπ' Ἀντιπάτρου τελέως ἀπώλοντο, καὶ πρότερον ἐν Χαιρωνείᾳ μαχόμενοι πρὸς Φίλιππον ἡτύχησαν. Ideoque scribit Vir doctissimus, si dicam hanc scripsit Æschines mense Elaphebolione, *Februario* puta, ante prœlium Chæronense, eique Chærondæ, sive Chæronidæ, nomen inscripsit, non potuit esse ille Magistratus annuus, qui suscepit munus suum circa *Junium* proxime sequentem. Proinde Ctesiphontis Decretum, quocumque mense, quacumque Prætura latum, prius sit necesse est ista Actione Æschinis, qua impetitum est, et Dica, quæ scribebatur. Deinde decreto isto Ctesiphontis quum prius etiam fuerit Decretum aliud Aristonici, de Coron. §. κϛ'. quod similiter ille in gratiam Demosthenis tulit, (præcessisse autem ipse Demosthenes non semel adfirmat, §. κϛ'. et §. ξε'.) plane constat, Chærondam sive Chæronidam, in illo Aristonici Decreto adscriptum, alium fuisse et priorem quoque Magistratum, ac illum, qui obtinebat Præturam demum Olymp. CX. 3. Multo minus idem Magistratus potuit esse, cujus in Prætura, ut ait

Æschines, pag. 376. l. 2. tulit Demosthenes, ut de muris reficiendis Civitas provideret. Hoc enim negotium, atque ista Curatio ætate anteibat omnia ea, quæ modo memoravimus, et Ctesiphontis certe, si non Aristonici, Rogationi causam dedit et originem. Vides, mi lector, omnia hæc ea, qua potui, diligentia recensita. Quid ergo fiet de isto Chæronda, qui toties, atque, ut dicitur, extra oleas occurrit? Norunt omnes, qui bonis Auctoribus bonas horas impendunt, multos subinde apud Antiquos dici eum Magistratum Athenis gessisse, quorum nomina in serie Archontum, atque in Fastis, quos vocant, perpetua serie contextis, non reperiuntur. Horum catalogum concinnavit Meursius, Vir eruditus et laboriosus, in Commentario de Archontibus Atheniensibus, cap. ult. Et, ut id obiter notem, plures istius sortis atque conditionis in hoc uno libro Demosthenis de Corona occurrunt, quam ab alio quocumque vetusto Scriptore memorantur. Statuit ergo Vir politissimæ literaturæ, Corsinius, Chærondam illum, qui Magistratum gessit Olymp. CX. 3. verum fuisse, vel fieri potuisse, Prætorem, eum quem dicere solemus Eponymum, a quo scil. Annus cognominatur. Ait porro, lege et moribus obtinuisse, ut, si Eponymus, qui fuerit, Concioni non interesset, scil. aut morbo impeditus, aut defunctus, aut abrogatus, tum præsidere soleret ex ceteris VIII Archontibus unus, cujus adeo nomen Psephismatibus, et Monumentis publicis eodem jure et ritu præponeretur, quo illius præscribebatur, qui primarius Archon fuit, atque eo munere perpetuo fungebatur. Proinde concludit, temporum habita ratione, (ea scil. quam modo concinnavimus,) Chærondam illum, quo Archonte Demosthenes muris reficiendis præficiebatur, (Æschines 376. 2.) ex qua re omnis hæc profluxit Contentio, Pseudonymum fuisse Archontem, sc. non illum verum et principem Prætorem, qui Fastos consignavit, verum ex IX viris unum, qui Olymp. CX. 1. absente Theophrasto, vero et perpetuo istius Anni Prætore, Curiæ eo die præsidebat, quo eæ res gestæ sunt. Pariter Chærondas ille, cujus nomen inscriptum est Æschinis libello, quo Ctesiphontem impetivit, sexta Elaphebolionis die, §. ιζ'. ejusdem fuit loci atque ordinis, sc. qui absente Lysimachide Eponymo Olymp. CX. 2. forte fortuna præsidebat in Senatu, quum Actio erat instituta. Anno deinde proximo, sc. Olymp. CX. 3. idem ille Chærondas, sive fuerit alius ejusdem nomenclaturæ, Prætura proprio et primario jure obtinuit. Hæc vir optimus atque ingeniosissimus, summa industria, atque incredibili literarum subsidio, in Fastis Atticis, Dissertt. II. et VIII. Quodcumque demum statuatur de toto isto grege Prætorum Pseudonymorum, interea tamen, quum omne id, quod ad Chærondam nostrum spectat, eo unico nitatur fundamento, quod Æschines dicam Ctesiphonti scripserit ante cladem Chæronensem, idque auctoritate Plutarchi, Ciceronis, atque adeo ipsius Æschinis, evinci credit et stabiliri posse: et contra, quum me minus moveat Plutarchi non magna ubique auctoritas, non ipsius denique, quanta quanta sit, Ciceronis, si Æschines contrarium dixerit, age, lege agamus, et contestata inter nos, ut dicitur, Lite, Æschinem ipsum excitabo, quo teste " adeo non videbitur Actio illa ab eo instituta, antequam Chæronense bellum insurgeret, ut disertissime affirmabit, hanc ab eo fuisse institutam post vulnus illud ab Atheniensibus acceptum." Adducitur Æschines a Viro ipso eruditissimo, Dissert. VIII. §. 23. quasi his verbis usus, scil. " Dudum, Philippo vivo, instituta est hæc Actio, verum bello ingruente, non

fuit otium persequendi jus, quum de salute potius tota Civitas cogitaret, quam ut pœnas repeteret ab uno Cive contra fas et mores corolla donatum." Honesta sane Oratio! Et mirum, ni causa viceris! Verum ea Oratio ex duobus diversis locis Auctoris nostri consuitur. In priori, pag. 449. l. 10. ait Ἀπηνέχθη ἡ γραφὴ, ἔτι Φιλίππου ζῶντος. Concedo. Id semper verum esse credidi. Quid vero est id, quod addit? Ubinam est illud, quod restat, Sententiæ? sc. pag. 452. init. ubi nihil de bello Actiones Legis dirimente, sed contraria prorsus omnia. Dicit ibi Orator planissume: "Demosthenes insolenter ab Accusatoribus rogat, cur me nunc tandem in judicium vocatis ob Remp. male gestam, et a me, ut perhibetis, pessundatam? Cur non eo tempore potius obstitistis, quamdiu salva erat, ut procellam istam, melioribus usa consiliis, Resp. devitare et declinare poterat. His dictis respondere pro iis possum. Excitato bello illo et tumultu, nobis non fuit otium pœnas a Te repetendi, sed de salute omnium fuimus solliciti. Et Ego præsertim Reip. causa aberam ad exteras Civitates legatus missus. Post ea tempora, quum Tu ista impunitate non contentus, præmia etiam et honores tibi decerni postulasti, et Civitatem, quam olim perdidisti, nunc præterea ridiculam universæ Græciæ reddidisti, tum denique otium nactus et opportunitatem, tum demum, inquam, obstiti, atque accusationem hanc institui." Apponam Græca, ut eruditus lector sentiat, me bona fide secum egisse. Ἐπερωτῷη δὲ τοὺς συκοφαντηθέντας ἐκ τῆς πολιτείας ἐπ' ἐκείνων τῶν καιρῶν, ὅτε ἐνῆν σώζεσθαι, διὰ τί αὐτὸν οὐκ ἐκώλυσαν ἐξαμαρτάνειν· ἀποκρίνοιντο δὲ * * * τὸ πάντων τελευταῖον, ὅτι τῆς μάχης ἐπιγενομένης οὐκ ἐσχολάζομεν περὶ τὴν σὴν εἶναι τιμωρίαν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως ἐπρεσβεύομεν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπέχρη σοι δίκην μὴ δεδωκέναι, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς αἰτεῖς, καταγέλαστον ἐν τοῖς Ἕλλησι τὴν πόλιν ποιῶν, ΕΝΤΑΥΘ' ΕΝΕΣΤΗΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΑΠΗΝΕΓΚΑ. Quo quid liquidius, quid certius aut indubitatius esse possit?

Quod ad Eventum hujus Litis spectat, sufficit dicere, eum, qui in Foro semper dominabatur, hic dominari maxime, Æschinemque in exsilium cessisse. Eam historiam latius persequor in Vita, quam texo, horum Oratorum, ubi commodius recensere possim, quicquid ab Antiquis de ea re memoriæ proditur.

# I. TAYLORI

AD

# ORATIONEM DEMOSTHENIS

## DE CORONA

## PRÆFATIO.

Utrum hæc Demosthenis defensio Ὑπὲρ Κτησιφῶντος, an Περὶ Στεφάνου, an *utrumque*, recte inscribi debeat, ambigi video. A nonnullis enim, scil. Dionysio Halic. Ulpiano, Harpocratione, Suidâ, etc. omnibus fere his modis citatur, ut citari potest. Titulus tamen pro Ctesiphonte usitatior est, et accommodatior fere, quo pacto laudant Cicero, Quintilianus, Plinius, aliique.

Multa habet optimus ille scriptor, Dionysius Halicarnassensis, quæ lector utiliter conferet, in hac oratione legenda. Multus utique est ille in epistola, quæ ad Ammæum scribitur, ut probet, Demosthenem non ab Aristotele, verum vicissim hunc ab illo, præcepta et artificia Rhetorica mutuo sumsisse. Vide potissimum istum tractatulum exeuntem, ubi *legitima* quasi nomenclatura appellatur hæc oratio, Ἡ πρὸς Αἰσχίνην ὑπὲρ Κτησιφῶντος: et ostenditur etiam, eam ab Aristotele in *Rhetoricis* laudari. Quæ cum ultima fere fuerit ex Demosthenicis, satis sane constat, parum Demosthenem ex Arte Aristotelis proficere potuisse.

Nimirum scriptor ille felix, sagax, eruditus atque curiosus (Dionysium volo) non solum Demostheni multum affert lucis atque adjumenti, verum cæteris etiam oratoribus Græcis, a quibus similiter Aristoteles (ut ipse ait in loco proxime a me laudato) artem suam et præceptiones derivavit, quorumque ex imagine futuros quoscumque oratores ad laudem effinxit, atque expressit ad excellendum. Verum fortasse Demosthenis paulo illo studiosior, eique addictior, quam par erat, inclementer cum Æschine agit; quem verba fastuosa et ridicula Demostheni exprobrantem reprehendit, quoniam ea verba sedulo et cum cura, in reliquiis Demosthenis, ab eo quæsita, reperiri non potuissent. Quasi necesse fuisset, ut aut omnia, quæ magnus ille orator in concionibus dixerit, literis consignarentur, aut omnia, quæ consignabantur, ad ætatem Dionysii pervenirent. Exscribo tamen, quæ de hac re reliquit Dionysius, cum ob alia, tum quia ad hanc causam atque ad hanc Æschinis accusationem, pertineant. Ita ille ad finem περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος. Scil. Τὸ δὲ φάσκειν φορτικοῖς καὶ ἀηδέσι τοῖς ὀνόμασιν αὐτὸν [Demosthenem] κεχρῆσθαι, πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ λέγειν, ὑπὲρ πάντα ἔγωγε τεθαύμακα. οὐδὲν γὰρ εὑρίσκω τούτων παρὰ Δημοσθένει κείμενον, ὧν εἰρηκέναι φησὶν αὐτὸν Αἰσχίνης, οἷον, ὅτι "οὐδὲ τῆς φιλίας ἀπορρῆξαι τὴν συμμαχίαν" [Vid. Æschin. §. κϛ'.] καὶ ὅτι "ἀμπελουργοῦσι τινὲς τὴν πόλιν." καὶ "ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου." καὶ "φορμορραφούμεθα," καὶ "ἐπὶ τὰ στενὰ τινὲς ὥσπερ τὰς βελόνας διείρουσιν." οἷς αὐτὸς ἐπιτίθησι διακωμῳδῶν, "ταῦτα δὲ οὐ κίναδός τις ἐστὶ ῥήματα ἢ θαυμαστά;" [Æsch. §. νγ'.] οὐδέ γε ἄλλα τινὰ φορτικὰ καὶ ἀηδῆ ὀνόματα ἐν οὐδενὶ τῶν Δη-

μοσθένους λόγων εὑρεῖν δεδύνημαι· καὶ ταῦτα πέντε ἢ ἓξ μυριάδας στίχων ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς καταλελοιπότος. Interea tamen, an verba illa Æschinis aliquod illustrationis ceperint ex hoc loco Dionysii, secum contemplabitur studiosus lector. Certum est, hujus textum ab illius esse corrigendum non uno in loco; et falsum esse animi Editorem, doctum licet virum, qui ad Demosthenem lectorem remittit pag. 562. hujus Editionis, ad Textum scil. quem Dionysius in animo habere non potuit. Verum quidni hac aut simili phraseologia aliquando delectaretur Demosthenes? Quidni, ut Sylburgius recte observavit, diceret ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τοῦ δήμου, qui in Olynthiaca III. (II.) dixit, ὑμεῖς δὲ ὁ δῆμος ἐκνενευρισμένοι, καὶ περιῤῥημένοι χρήματα?

Multis sane modis, multisque nominibus prædicanda est hæc insignissima oratio, totius eloquentiæ istius populi (apud quem et nata est, et ad justam magnitudinem excrevit ratio dicendi) flos ipse et medulla: Opus nunquam e manibus deponendum, non solum propter civiles rationes, quibus abundat, atque optimum exemplum Reip. administrandæ: (Nam, ut inquit scriptor non negligendus, κάλλιστοι δημοσίων λόγων [Demosthenis] εἰσὶν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου, καὶ τὸν κατὰ Ἀνδροτίωνος, καὶ Τιμοκράτους, καὶ Ἀριστοκράτους) Non propter summam eloquentiam, cum in hac causa magnus ille dicendi artifex major se ipso pene constitutus est: verum potissimum ob hanc rationem a Panætio et Plutarcho allatam, dignam sane, quæ a tam gravibus scriptoribus commemoretur; et quam adeo Plutarchi verbis proferre liceat, qui sapientissimum istud monitum conservavit. Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων φησὶν αὐτοῦ οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ Στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους — ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον, ἢ ῥᾷστον, ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι, καὶ τοῦ πρέποντος. Hæc ille præstantissimus Auctor in *vita* Demosthenis.

Verum in excellentissima hac oratione nihil excellentius, nihil quod *primores Critices* magis arripuit, quam Σχῆμα istud ὁμοτικὸν, ut vocatur, quod occurrit infra, §. 60. et nemini ignotum esse potest, qui de Demosthene inaudiverit. Οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, et quæ sequuntur. Istius artificii vim et felicitatem optime expressit Longinus, cap. 16. Ἀπόδειξιν ὁ Δημοσθένης ὑπὲρ τῶν πεπολιτευμένων εἰσφέρει. Τίς δ' ἦν ἡ κατὰ φύσιν χρῆσις αὐτῆς; Οὐχ ἡμάρτετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι· ἔχετε δὲ οἰκεῖα τούτου παραδείγματα· οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι ἥμαρτον, οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι, οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς. Ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, τὸν τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος ὅρκον ἐξεφώνησεν, οὐκ ἔστιν, ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, φαίνεται δι' ἑνὸς τοῦ ὁμοτικοῦ σχήματος, ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ, τοὺς μὲν προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παριστάνων, τοῖς δὲ κρίνουσι, τὸ τῶν ἐκεῖ προκινδυνευσάντων ἐντιθεὶς φρόνημα, τὴν δὲ τῆς ἀποδείξεως φύσιν μεθιστὰς εἰς ὑπερβάλλον ὕψος, καὶ πάθος, καὶ ξένων, καὶ ὑπερφυῶν ὅρκων ἀξιοπιστίαν, καὶ ἅμα παιώνειόν τινα, καὶ ἀλεξιφάρμακον εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων καθιεὶς λόγον, ὡς κουφιζο-

*μένους ὑπὸ τῶν ἐγκωμίων, μηδὲν ἔλαττον τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Φίλιππον, ἢ ἐπὶ τοῖς κατὰ Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα νικητηρίοις παρίστασθαι φρονεῖν· οἷς πᾶσι τοὺς ἀκροατὰς διὰ τοῦ σχηματισμοῦ συναρπάσας ᾤχετο. Καίτοι παρὰ τῷ Εὐπόλιδι τοῦ ὅρκου τὸ σπέρμα φασὶν εὑρῆσθαι·*

*Οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην,*
*Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.*

Cætera ibidem consulenda. Nam plurimum conferent ad Auctoris nostri *δεινότητα* explicandam. Neque unquam bonus et magnus scriptor tam fidelem et accuratum nactus est interpretem, *μεγαλήγορος μεγαλήγορον.* Aristides, Rhetor itidem, et ingenio Critico præditus, summa arte trutinat verba hæc *ardentia.* *Παραδείγματος ἕνεκα ἔστω νόημα αὐτὸ καθ' αὐτὸ, ἐκ τῆς ἐννοίας, σεμνότητος μετεσχηκός· οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι — ἐνταῦθα τὸ μὲν ζητούμενον ἦν — τὸ δὲ καὶ ὀμόσαι ὡς κατὰ θεῶν, τῶν προγόνων, τοῦτο ἔχοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς σεμνότητος.* De dictione civili §. 8. Adjungam et alios. *Et Demosthenes jurando per interfectos in Marathone et Salamine, id agit, ut minore invidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret.* Quintilian. II. 9. *Nec meretur fidem, qui sententiolæ gratia jurat, nisi si potest tam bene, quam Demosthenes.* Id. Ibid. *Tales sunt illæ inclinationes vocis, quas invicem Demosthenes atque Æschines exprobrant, non ideo improbandæ: cum enim uterque alteri objiciat, palam est utrumque fecisse. Nam neque ille per Marathonis et Platæarum et Salaminis propugnatores recto sono juravit, nec ille Thebas sermone deflevit.* Id. XI. 3. *Quid denique Demosthenes? Non cunctos illos tenues et circumspectos, vi, sublimitate, impetu, cultu, compositione superavit? Non insurgit locis? Non figuris gaudet? Non translationibus nitet? Non oratione ficta dat carentibus vocem? Non illud jusjurandum per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reip. satis manifesto docet, præceptorem ejus Platonem fuisse?* Id. XII. 10. Ita *Geminus Antholog. Gr.* Lib. 4.

*Οὗτος ὁ Κεκροπίδαισι βαρὺς λίθος, ἄρεϊ κεῖμαι,*
*Ξεῖνε, Φιλιππείης σύμβολον ἠνορέης,*
*Ὑβρίζων Μαράθῶνα, καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος*
*Ἔργα, Μακεδονίοις ἔγχεσι κεκλιμένα.*
*Ὄμνυε νῦν νέκυας, Δημόσθενες, αὐτὰρ ἔγωγε*
*Καὶ ζωοῖς ἔσομαι, καὶ φθιμένοισι βαρύς.*

Nonnulla similiter *σχολ.* Apollon. Rhod. II. 259. *Ἐμπαθέστερος γίνεται ὁ ὅρκος, ὅταν τις κατὰ τῆς ἰδίας ὀμνύῃ συμφορᾶς — καὶ Δημοσθένης μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τοὺς ἐν Πλαταιαῖς παραταξαμένους.* Adjungatur Plutarchus de Gloria Atheniensium: — *τὸν Δημοσθένους περὶ τοῦ στεφάνου παραβάλωμεν· ἐν ᾧ τοῦτο λαμπρότατον καὶ λογιώτατον ὁ ῥήτωρ πεποίηκεν, ὀμόσας τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων.* Item Hermogenes p. 260. Edit. Crispin. *Μεθόδου λαμπρᾶς, καὶ τὸ τὰ ἔνδοξα ἐνδοξοτέρως λέγειν, ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας τῶν προγόνων, καὶ τὰ ἑξῆς. Τοῦτο γὰρ παράδειγμα μὲν ἔνδοξον· οἷον ὀρθῶς οὖν ἐβούλευσα ὑπὲρ ἐλευθερίας τῶν Ἑλλήνων κινδυνεύειν, οὕτω γὰρ ἐποίουν καὶ οἱ ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντες· ὁ δὲ εἰς τὸν ὅρκον αὐτὸ ἀναγαγὼν ἐνδοξότερον αὐτὸ ἐποίησε, καὶ λαμπρόν· οὐχ ἥμαρτον ταῦτα συμβουλεύσας, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, καὶ τὰ ἑξῆς.* Idem

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

# ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

ΤΕΙΧΟΣ μὲν ὁ ῥήτωρ ὑπὲρ Ἀθηναίων προὐβάλετο τῶν συνήθων τούτων καὶ χειροποιήτων ἀῤῥαγέστερόν τε καὶ βέλτιον, τήν τε εἰς τὴν πόλιν εὔνοιαν καὶ περὶ λόγους δεινότητα, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, οὐ λίθοις καὶ πλίνθοις τὰς Ἀθήνας ὠχύρωσα, ἀλλὰ μεγάλαις δυνάμεσι καὶ πολλῇ τινὶ συμμαχίᾳ, τῇ μὲν ἐκ γῆς, τῇ δὲ ἐκ θαλάττης· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν χειροποίητον περίβολον οὐ μικρὰ τῇ πόλει συνεβάλετο. Πεπονηκότος γὰρ κατὰ πολλὰ μέρη τοῦ τείχους τοῖς Ἀθηναίοις, ἐπειδὴ ἔδοξεν ἀνορθοῦν αὐτό, ᾑρέθησαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς, οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν παρέχεσθαι ψιλὴν τοῦ ἔργου· τὸ γὰρ ἀνάλωμα δημόσιον. εἷς τοίνυν τούτων καὶ ὁ ῥήτωρ γενόμενος, οὐχ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις τὴν ἐπιμέλειαν μόνην εἰσήνεγκε τῇ χρείᾳ, ἀλλὰ τὸ μὲν ἔργον ἀμέμπτως ἀπετέλεσε, τὰ δὲ χρήματα ἔδωκεν οἴκοθεν τῇ πόλει. Ἐπῄνεσεν [1] αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν ταύτην ἡ βουλή, καὶ τὴν [2] προθυμίαν ἠμείψατο στεφάνῳ χρυσῷ· ἕτοιμοι γὰρ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς χάριτας τῶν εὖ ποιούντων. Κτησιφῶν δὲ ἦν ὁ τὴν γνώμην εἰπών, ὡς δεῖ στεφανῶσαι τὸν Δημοσθένην ἐν μὲν καιρῷ τοῖς Διονυσίοις, ἐν δὲ τόπῳ τῷ τοῦ Διονύσου θεάτρῳ, ἐν δὲ θεαταῖς πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, οὓς ἡ πανήγυρις συνήγαγε· καὶ τούτων ἐναντίον ἀνειπεῖν τὸν κήρυκα, ὅτι στεφανοῖ Δημοσθένην Δημοσθένους Παιανιέα ἡ πόλις ἀρετῆς συμπάσης ἕνεκα καὶ εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτήν. Ἦν οὖν πανταχόθεν ἡ τιμὴ θαυμαστή· διὸ καὶ φθόνος αὐτῆς ἥψατο, [3] καὶ κατὰ τοῦ ψηφίσματος ἀπηνέχθη παρανόμων γραφή. Αἰσχίνης γὰρ ἐχθρὸς ὢν τοῦ Δημοσθένους ἀγῶνα παρανόμων ἐπήγγειλε Κτησιφῶντι, λέγων ἄρχοντα γεγονότα τὸν Δημοσθένην καὶ μὴ δόντα λόγον ὑπεύθυνον εἶναι, νόμον δὲ κελεύειν τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν, καὶ πάλιν νόμον παρεχόμενος τὸν κελεύοντα, ἐὰν μέν τινα ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι, ἐὰν δὲ ἡ βουλή, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ἀλλαχόθι δὲ μὴ ἐξεῖναι. φησὶ δὲ καὶ τοὺς ἐπαίνους εἶναι τοὺς ἐπὶ τῷ Δημοσθένει ψευδεῖς· μὴ γὰρ πεπολιτεῦσθαι καλῶς τὸν ῥήτορα, ἀλλὰ καὶ δωρο-

221 222

[1] αὐτοῦ [2] προμήθειαν [3] καὶ τοῦ ψηφίσματος. ἀπηνέχθη

Τῶν συνήθων τούτων] Συνηθέων Συνηθῶν postulat analogia. Sed quorum nominativi in ης penacutum desinunt, eorum genitivos plurales, et adverbia inde ducta, toties video, et in tam diversis Codd. penultima acuta scribi, ut dubitem, an id culpa librariorum accidat. WOLF.

Ὠχύρωσα] Alii ὠχύρωσεν. Constructio postulat ὀχυρώσας. IDEM.

Ὀχυρώσας] Hoc Wolfianum est, non editorum, aut mstorum. Revoca autem ex iis ὠχύρωσα: Demosthenem enim quasi loquentem fingit, orationemque ejus adducit, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν. Locum, ad quem adludit, vide §. 93. TAYLOR.

Εἰς οὓς ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν περαίνεσθαι τοῦ ἔργου] Pro δι' ὧν. Et sic fortasse legendum. Sed Feliciani editio [et msti nonnulli] ἄνευ σοφῶν φαρμάκων habet οὓς [sine εἰς] ἔδει τὴν ἐπιμέλειαν ψιλὴν παρέχεσθαι τοῦ ἔργου. WOLF. Εἰς οὓς ἔδει κ. τ. λ. habent nonnulla exemplaria, sc. Aldina, Parisiensia, Lindenbrogii. Recte quadantenus. Quod fortasse mireris. Sed vide, ut flammam ex isto silice excutiam. Ait Libanius huic operi curando dari *denos viros e singulis tribubus.* Itane? Vix crediderim. Non *centenis* civibus ea res erat perficienda. Non tanti erat. Verum unaquæque tribus *suum* tribulem ad id muneris emisit. Lege ergo, correctione nunquam pœnitenda, quam subjecit ora exemplaris Bodleiani, ᾑρέθησαν ἐπὶ τὸ ἔργον ἄνδρες δέκα, φυλῆς ἑκάστης εἷς· οὓς ἔδει κ. τ. λ. TAYLOR.

Προμύθειαν] [ut ab Aldo et Feliciano edebatur] προμήθειαν [Benenati] per η in antepenultima, id est, πρόνοιαν, ferri potest: Sed melius est προθυμίαν. WOLF.

Ἡ πόλις] F. ἡ πόλις σύμπασα, ἀρετῆς ἕνεκα, etc. MARKLAND.

Ὁ φθόνος] Articulum debemus liberalitati Wolfii: Itemque præpositionem κατὰ in linea proxima: Quæ tamen pene est necessaria. Φθόνος αὐτοῦ ἥψατο MS. Ven. sc. *Demosthenem*, ut vertitur quoque. TAYLOR.

Ἀπήγγειλε] Ἐπήγγειλε. Et v. seq. νόμος δὲ κελεύει. Lego cum Obsopœo, νόμον δὲ κελεύειν. Et pro, τὸν κελεύοντα, τὸν λέγοντα. Et p. 21. v. 1. καὶ τάξει γε ταύτῃ τῆς κατηγορίας. WOLF. Nam ταύτης ubique: quantum investigare potui. TAYLOR.

Νόμον δὲ κελεύειν] Pro νόμος κελεύει. MS. νόμον δὲ κελεύειν, in accusativo, quæ recta videtur lectio. Deinde pro τὸν κελεύοντα, antiquum habuit τὸν λέγοντα. OBSOPŒUS. Νόμον δὲ κελεύειν etiam exhibent editi a Benenato, et Feliciano. λέγοντα etiam idem Felicianus cum MSto Reg. ε.

δημον εἶναι καὶ πολλῶν κακῶν αἴτιον τῇ πόλει. Καὶ τάξει γε [1] ταύτῃ τῆς κατηγορίας Αἰσχίνης κέχρηται, πρῶτον εἰπὼν περὶ τοῦ τῶν ὑπευθύνων νόμου καὶ δεύτερον περὶ τοῦ τῶν κηρυγμάτων καὶ τρίτον περὶ τῆς πολιτείας· ἠξίωσε δὲ καὶ τὸν Δημοσθένην τὴν αὐτὴν τάξιν ποιήσασθαι. ὁ δὲ ῥήτωρ καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, καὶ πάλιν εἰς ταύτην τὸν λόγον κατέστρεψε, τεχνικῶς ποιῶν· δεῖ γὰρ ἄρχεσθαί τε ἀπὸ τῶν ἰσχυροτέρων καὶ λήγειν εἰς ταῦτα· μέσα δὲ τέθειπε τὰ περὶ τῶν νόμων. καὶ τῷ μὲν περὶ τῶν ὑπευθύνων ἀντίθησι διανοίας, τῷ δὲ περὶ τῶν κηρυγμάτων νόμον ἕτερον ἤτοι νόμου μέρος, ὡς φησιν αὐτός, ἐν ᾧ συγκεχώρηται καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ κηρύττειν, ἐὰν ὁ δῆμος ἢ ἡ βουλὴ τοῦτο ψηφίσηται.

## ἘΤΕΡΑ ὙΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

ΆΘΗΝΑΙΟΙ καὶ Θηβαῖοι πολεμοῦντες πρὸς Φίλιππον ἐν Χαιρωνείᾳ, πόλει τῆς Βοιωτίας, ἡττήθησαν· ἐπικρατήσας οὖν ὁ Μακεδὼν φρουρὰν μὲν εἰς τὰς Θήβας ἐνέβαλε, καὶ εἶχεν ὑπὸ χεῖρα δουλεύουσαν. ἐλπίσαντες οὖν τὸ αὐτὸ παθεῖν Ἀθηναῖοι, καὶ ὅσον οὐδέπω [2] καθ' αὐτῶν
223 ἥξειν προσδοκῶντες τὸν τύραννον, ἐσκέψαντο τὰ πεπονηκότα μέρη τῷ χρόνῳ τοῦ τείχους ἐπανορθώσασθαι· καὶ δὴ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς τειχοποιοὶ προεβλήθησαν. τοιόνδε καὶ ἡ Πανδιονὶς ἐξ ἑαυτῆς εἵλετο πρὸς [3] τὴν χρείαν τὸν ῥήτορα. τῆς τοίνυν ἐργασίας ἐν χερσὶν οὔσης, προσδεηθεὶς ἔτι χρημάτων [4] μετὰ τὰ δεδομένα ὑπὸ τῆς πόλεως ὁ ῥήτωρ ἐκ τῶν ἰδίων ἐδαπάνησε, καὶ οὐκ [5] ἐλογίσατό αὐτα τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ἐχαρίσατο. Ταύτην ἀφορμὴν ὁ Κτησιφῶν εἷς τῶν πολιτευομένων δεξάμενος, εἰσήνεγκε γνώμην ἐν τῇ βουλῇ περὶ αὐτοῦ τοιαύτην· ἐπειδὴ διατελεῖ Δημοσθένης ὁ Δημοσθένους παρ' ὅλον τὸν βίον εὔνοιαν εἰς τὴν πόλιν [6] ἐνδεικνύμενος, καὶ νῦν δὲ τειχοποιὸς ὢν καὶ προσδεηθεὶς χρημάτων οἴκοθεν παρέσχε καὶ ἐχαρίσατο, διὰ τοῦτο δεδόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ [7] στεφανοῦσθαί αὐτον χρυσῷ στεφάνῳ ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν, [8] ἴσως ὅτι τότε πλήθη συντρέχει ἐπιθυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν. Εἰσαγομένου τοίνυν καὶ εἰς τὸν δῆμον τοῦ προβουλεύματος, ἐφίσταται τοῦ Κτησιφῶντος κατήγορος Αἰσχίνης, ἐκ τῆς πολιτείας ὑπάρχων ἐχθρός, παράνομον εἶναι φάσκων πρὸς τρεῖς νόμους τὸ ψήφισμα, ἕνα μὲν τὸν κελεύοντα τὸν ὑπεύθυνον μὴ [9] στεφανοῦν, πρὶν ἂν δῷ τὰς εὐθύνας· οὔπω δὲ ταύτας, φησίν, ὁ Δημοσθένης ἐδεδώκει, καὶ τὰ θεωρικὰ διοικῶν καὶ τειχοποιῶν, καὶ ἔδει ἀναμεῖναι καὶ ἐπισχεῖν τὸ γέρας, ἕως ἂν [10] ὤφθη καθαρὸς ἐξεταστεθείς. δεύτερον δὲ ἀναγινώσκει νόμον τὸν κελεύοντα ἐν Πνυκὶ [11] στεφανοῦσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διαβάλλων

[1] ταύτης [2] κατ' αὐτῶν [3] Deest articulus. [4] μετὰ τὰ δεδομένα] μεταδεδομένων [5] ἐλογίσατο αὐτὰ [6] ἐπιδεικνύμενος [7] στεφανοῦσθαι αὐτὸν χρυσέῳ [8] ἴσως ὅτε πλήθη [9] στεφανοῦσθαι [10] ὀφθῇ [11] στεφανοῦσθαι, οὐκ ἐν

TAYLOR.

Μέσα] Similiter, in argumento, quod sequitur: Τοὺς μὲν γὰρ δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων, καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέῤῥιψε, στρατηγικῶς τοὺς κακοὺς ἐς μέσον ἐλάσας. Quintilian. VII. 1. *Demosthenes atque Æschines — in judicio Ctesiphontis diversum secuti ordinem, cum Accusator a Jure, quo videbatur potentior, cœperit: Patronus omnia, vel pene omnia, ante jus posuerit, quibus judicem quæstioni legum præpararet.* Καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ, inquit Xenopho Memorab. l. 3. in principio, τούς τε πρώτους ἀρίστους δεῖ τάττειν, καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν δὲ μέσῳ τοὺς χειρίστους cætera. IDEM.

Καὶ τῷ τῆς περὶ] Lege cum universis, καὶ τῷ μὲν περὶ τῶν ὑπευθύνων—Cui familiariter respondet, τῷ δὲ περὶ τῶν κηρυγμάτων. Nescio, unde Wolfio displiceret. Video esse necessarium. IDEM.

Ἀντιτίθησι διανοίας] Hoc est, a scripto recedens, voluntate legislatoris nititur. WOLF.

---

Τοιόνδε καὶ ἡ] [Editi et MSti] Forte, τοιγαροῦν καὶ ἡ. Et v. seq. πρὸς τὴν χρείαν. IDEM.

Μετὰ τὰ δεδομένα ὑπὸ τῆς πόλεως] Ita Reg. a. Cæteri omnes μεταδεδομένων. TAYLOR.

Προσδεηθεὶς] Benenatus, ut legimus supra, v. 6. Et membranæ quoque Regiæ, si Cod. ζ. excipias. IDEM.

Δεδόχθαι] Ita Wolfius solus et silens. δεδόχθω enim constanter in Impressis, quibus consentiunt o. l. s. Subjecit quidem ὁ δεῖνα in Exempl. Altemps. δεδόχθαι. Plura fortasse ad §. θ'. IDEM.

Τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν] In Æschine legitur τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, et τραγῳδοῖς. Utrum autem eo tempore novi Tragici Athenis exstiterint, an tantum de novis Histrionibus fiat Sermo, nostra parum interest. WOLF.

Δεδώκει] Ἀντὶ τοῦ, ἐδεδώκει. IDEM. Δεδώκει in Aldinis. ἐδεδώκει Editorum cæteri. TAYLOR.

Πνυκὶ στεφανοῦσθαι, οὐκ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ] F. οὐκ ἐν τῷ θεάτρῳ. Aut, omissa negatione, Πνυκὶ στεφανοῦσθαι, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Πνὺξ enim locus fuit legitimæ Concionis, διὰ τὸ πυκνὰ ἐκεῖ συνελθεῖν, ἢ διὰ τὸ πεπνῦσθαι· Καίτοι μυρίων ἐκεῖ ἀνοήτων καὶ βδελυρῶν πολλάκις ἐκκλησιασάντων, καὶ βλαβερὰ τῇ πόλει ψηφισαμένων. WOLF. Wolfius con-

τοὺς πολίτας τοὺς δεξαμένους ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγορευθῆναι τοῦ Δημοσθένους τὸν στέφανον. 224
ὁ δὲ τρίτος νόμος εἰς τὴν ὅλην ὁρᾷ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐξέτασιν· κελεύει γὰρ μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. ἐψεύσατο δέ φησιν, εὔνοιαν καὶ σπουδὴν μαρτυρήσας τῷ Δημοσθένει· κακόνους γὰρ μᾶλλον καὶ πολέμιος εὑρίσκεται τῇ πατρίδι. Τούτου τοῦ νόμου χρησίμου τυγχάνοντος τοῦ τρίτου, ἀντιλαβόμενος ὥσπερ τινὸς ἀγκύρας ὁ ῥήτωρ κατεπάλαισε τὸν ἀντίδικον, μεθόδῳ δεινοτάτῃ καὶ σοφωτάτῃ τῇ περὶ τοῦ κατηγόρου χρησάμενος· ἐκεῖθεν γὰρ ἔσχε λαβὴν ἑλεῖν καὶ καταγωνίσασθαι τὸν πολέμιον. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους δύο νόμους, τόν τε τῶν ὑπευθύνων καὶ τὸν τοῦ κηρύγματος, εἰς τὸ μέσον τοῦ λόγου ἀπέρριψε στρατηγικῶς, κακοὺς δ' εἰς [1]μέσσον ἐλάσας, τῷ δὲ ἰσχυροτάτῳ εἰς τὰ ἄκρα προσκέχρηται, τὸ σαθρὸν τῶν ἄλλων ἐξ ἑκατέρου ῥωννύς. Ἔοικε δὲ καὶ διοικεῖν πρὸς τὸ συμφέρον τὸν λόγον, καὶ οὐ σφόδρα ἀναιδῶς τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενος. δοκῶν γὰρ ἐν πρώτοις ὑπερβαίνειν τὸ νόμιμον, ἑτέρῳ τρόπῳ τῷ νομίμῳ προσκέχρηται. καὶ γὰρ νόμον ἀνέγνω Αἰσχίνης τὸν περὶ τῶν στεφάνων ψευδῆ, πρὸς ὃν ὁ ῥήτωρ ὑποκρινόμενος εὗρε καιρὸν εἰς μέσον ἀγαγεῖν τὰ ἑαυτοῦ πολιτεύματα, ὡς νομίμῳ μαχόμενος. Καὶ ἡ μὲν διοίκησις τοῦ λόγου τοιαύτη· κεφάλαιον δὲ ἰσχυρὸν τῷ μὲν Αἰσχίνῃ τὸ νόμιμον, τῷ δὲ ῥήτορι τὸ δίκαιον, κοινὸν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου τὸ συμφέρον, οὐκ ἔχον φανερὰν τὴν ἐξέτασιν. ἡ στάσις ἔγγραφος πραγματική· περὶ ῥητοῦ γὰρ τὸ 225
ψήφισμα.

Τῆς δὲ γραφῆς ἔτι Φιλίππου ζῶντος ἀποτεθείσης, ἐπὶ Ἀλεξάνδρου διαδεξαμένου τὴν ἀρχὴν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ ἡ κρίσις. ὡς γὰρ ἀπέθανε Φίλιππος καὶ τὴν φρουρὰν οἱ Θηβαῖοι τεθαρσηκότες ἐξέβαλον, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ὡς καταφρονηθεὶς τὰς Θήβας κατέσκαψεν, εἶτα μεταγνοὺς ἐπὶ τῷ πεπραγμένῳ ἐξεχώρησε τῆς Ἑλλάδος αἰσχυνόμενος, καὶ κατὰ τῶν βαρβάρων ἐστράτευσεν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι καιρὸν ἔχειν ἐνόμισαν κρίσει παραδοῦναι τοὺς προδότας τοὺς τὴν Ἑλλάδα ἀδικήσαντας, καὶ οὕτω συνεκροτήθη τὸ δικαστήριον. [Ed. Reisk. et al. add.] Οὐκοῦν τὸ πρῶτον προοίμιον εὐκτικόν ἐστι, κατὰ μερισμὸν εἰσαχθὲν, καὶ παρασκευάζει τὴν εὔνοιαν, ἧς μάλιστα ἐν τῷ παρόντι δεόμεθα· Ὁμηρικῷ δὲ εἴρηται ζήλῳ,

Κέκλυτέ μευ, πάντες τε θεοὶ, πᾶσαί τε θέαιναι.

Καὶ δὴ καὶ ἔμφασιν ἔχει τοῦ τῇ εὐνοίᾳ θαρρεῖν· οὐ γὰρ ἂν ὅλον ἐπεκαλεῖτο τῶν θεῶν τὸ γένος, εἰ μὴ οὕτω διέκειτο. Τὸ δὲ, διατελῶ, εἴληπται μὲν ἀπὸ τοῦ ψηφίσματος· δηλοῖ δὲ, ὅτι συνεβίωσε τῇ εὐνοίᾳ, καὶ ἀεὶ αὐτῆς μέλεται, καὶ πρότερον ἀφήσει τὴν ψυχὴν, ἢ τὴν τοιαύτην διάνοιαν.

[1] μέσον.

vertebat juxta priorem divinationem, *non in Theatro*. Quæ Correctio quanto durior est et horridior, non opus est dicere. Delenda est importuna ista Negativa: et bene ista verba, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, adduntur ad explicandum insolitum istum vocabulum, Πνυκί. Vide omnino Æschinem c. Ctesiph. §. ιδ'. et annotationes ad locum. Similiter in Libello Æschinis infra §. ιζ'. Ἐὰν μὲν ἡ Βουλὴ στεφανοῖ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνειπεῖν, ἐὰν δὲ ἡ πόλις, ἐν Πνυκὶ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. In hac quoque sententia est Vir doctissimus, qui nuperrime evulgavit Petit. LL. Attic. Quem vide ad lib. III. tit. VI. pag. 378. Nam Petitus ipse, qui aliter emendare studuit, est ex ea Schola Criticorum, quæ mendum subodorari potest, tollere autem neutiquam. TAYLOR.

Περὶ τοῦ κατηγόρου] [Ita enim omnes] F. κατά. Et [v. 10.] στρατηγικῶς κακοὺς ὄντας, vel, τοὺς κακούς. Et [v. 12.] ἀνέδην pro ἀναιδῶς. Et [v. 14.] πρὸς ὃν ὁ ῥήτωρ ἀποκρινόμενος. WOLF. ὑποκρινόμενος in o. l. s. et editis. TAYLOR.

Κακοὺς] Dedit Benenatus, quasi Poetæ alicujus stichum protulisset, στρατηγικῶς

—κακοὺς δ' εἰς μέσον [μέσσον] ἐλάσας.

Porro ἀναιδῶς istud, quod præcipitavit Wolfius, o. est l. s. et optime se habet. *Artificium summum adhibet Demosthenes, non tamen eo utitur* ἀναιδῶς, sine pudore *et moderatione. Aliquando enim orationem suam, non arte, sed utilitate,* πρὸς τὸ συμφέρον, *metitur:* uti in ea instantia, quam statim adhibet Scriptor hujus Argumenti. Nempe cum τῷ νομίμῳ Æschinis τὸ νόμιμον, non τὸ τεχνικὸν, aut artificiosum, opponere debuit, effecit sane, ut Ratio ejus administrandæ Reip. *utiliter* in locum istius τοῦ νομίμου succederet. Ad eum *locum* confugit, non *arte*, aut *calliditate* aliqua, sed *ratione* et *necessitate*. Præstant hæc multo, si quid Ego sapiam, et Correctioni et Versioni Wolfianæ. TAYLOR.

Ἄκρα] *in extremis*. Oscitanter versum. Tu, *in utraque acie*. IDEM.

Τῆς δὲ γραφῆς—ἀποτεθείσης] F. ἀποδοθείσης, sc. τῷ Ἄρχοντι, ἢ τοῖς Θεσμοθέταις. [Male hoc: Vide Ulpian. ad hæc verba Demosth. §. 35. ἐπέδωκα, καὶ ἐπαινοῦμαι.] Et [l. antepen.] εἴληπται μὲν ἐκ τοῦ ψηφίσματος. WOLF. Ita [ἐκ] Wolfius emendare satagebat, cum Aldus ἐπὶ dedit, pariter ut Felicianus, et Reg. Cod. Paris. ζ. Facilius erat et proclivius, ἀπὸ, uti Operæ dederunt Lutecianæ, auctoritate, credo, exemplarium Regiorum. TAYLOR.

Ἀεὶ αὐτῆς μέλεται] F. ἔχεται. Aut ἀντὶ τοῦ, ἐπιμελεῖται positum est insolentius. WOLF. Constantissime exarari video μέλεται. TAYLOR.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

## Ο ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΛΟΓΟΣ.

---

ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ

ΛΟΓΟΣ] *Philostratus Isocratis Panegyricum* κάλλιστον λόγων appellat: Sed *Dionysius Halicarnassensis:* τὸν ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἐγὼ κράτιστον ἀποφαίνομαι πάντων λόγων. WOLF.

ά. Πρῶτον] Laudatur hoc Exordium a multis antiquis Scriptoribus, et a nonnullis illustratur quoque. *Est et ille verecundæ Orationi aptissimus, quo quatuor primis leviter in summum coeuntibus digitis, non procul ab ore, aut pectore, fertur ad nos manus, et deinde prona ac paulum prolata laxatur. Hoc modo cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido summissoque principio.* Quintilian. XI. 3. Adde IX. 2. IV. 1. bis. Sunt et alii, quos recenset Nota MS. ad oram Exemplaris Altempsiani, sc. Dionysius Halic. Plutarch. Lucianus, Isocrates (quod summo jure mireris) et T. Magister. Horum liquet plurimos aliquid de hac Oratione consignasse, non exordium attigisse solum. In eo certe numero est Plutarchus, qui in tractatulo Περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, Ed. Gr. Bas. pag. 295. multa habet utilia, coque judicio plena, quo valere dignoscitur Scriptor ille præstantissimus. Cui adjungas, quæ de eadem re habet Quintilianus XI. 1. Existimarunt Antiquiores, Demosthenem aliquatenus in hoc exordio fuisse adjutum his verbis Aristophanis, Equit. 760.

Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ,
Εὔχομαι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι
Βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα, καὶ Κύνναν, καὶ Σαλαβάκχαν,
Ὥσπερ νυνὶ μηδὲν δράσας, δειπνεῖν ἐν τῷ Πρυτανείῳ. TAYLOR.

Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι] In hoc exordio quatuor res potissimum conficit Demosthenes. 1. Audientiam postulat cum commendatione suæ erga Remp. benevolentiæ. 2. Præjudicio anteactæ vitæ suæ accusationem refutat. 3. Accusatori fidem abrogat. 4. Viam sternit laudibus suis citra auditorum offensam commemorandis, ἀνεπαχθῶς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν φιλοτιμούμενος. Qua de re Plutarchi libellus exstat. Summa et cardo hujus orationis in eo maxime versatur: *Se, qui in gerenda Rep. dignitatem potius et perpetuam securitatem cum periculis pariendam, quam præsens otium, nec in longitudinem duraturum et cum turpitudine conjunctum, sit secutus, officio boni civis esse functum, nec fortunam sibi præstandam esse.* Privatam autem vitam suam cum Æschinis recriminatione defendit: ac legibus ab illo citatis partim alias leges, partim exempla opponit, ῥητορικωτέρως μέντοι, ἔμοιγε δοκεῖν, ἢ ἀληθεστέρως. Ratio etiam illa de dignitate et imitatione majorum ab Æschine, et in Oratione περὶ Παραπρεσβείας, et ultima Epistola ejusdem labefactatur: quod Athenienses, nec iisdem animis, neque viribus iisdem præditi, quibus olim, res consimiles gerere non potuerint. WOLF.

Πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Subjicitur huic mox, ἔπειθ' ὅπερ ἐστὶ, &c. Ubi observandum tertium membrum non semper addi, quemadmodum et Latini *primum* et *deinde* dicunt, neque *tertium* addunt. Cicero pro Cluentio: *Primum ut id iniquissimum esse confitear, hujusmodi est, ut communitatis eis opus sit legibus, non ut iis quæ sunt non pareamus. Deinde quis unquam Senator hoc accusavit? Ex edit.* HERVAG.

Θεοῖς] Τοῖς θεοῖς MSS. utputa Regii β. ε. ζ. η. et Aug. ex nostris Vind. et Harl. Codd. item quos excussit Aldus. Ita etiam laudatur ab Antiquis, Dionysio sc. Halic. Quintiliano IX. 4. Servio ad Virgil. XI. Æn. 301. Hermogene, T. Magist. σχ. Aristoph. Equit. v. 762. aliisque. Vide Hermogenem, Edit. Crispin. pag. 113. 280. 292. 344. Sed quorsum, inquies, morosa hæc diligentia in articulis expendendis? Quid confert ad mentem aut spiritum Demosthenis? Ad numeros fortasse, et periodorum structuram

τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι μοι παρ' 226
ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα· ἔπειθ' ὅπερ ἐστὶ μάλιστ' ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας τε καὶ δόξης, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς [1]ὑμῖν, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι περὶ τοῦ πῶς ἀκούειν ὑμᾶς ἐμοῦ δεῖ — σχέτλιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε —, ἀλλὰ τοὺς νόμους καὶ τὸν ὅρκον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδέν, οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀμφοτέροις

[1] † ὑμῖν [Hic semel monitus, Lector, velim teneas in memoria, obelum præfigi iis vocibus, quarum eadem est ratio in textu Taylori Reiskiique.]

multum. Nam Dionysius ille, qui exordium hoc celebratissimum in rhythmum et pedes dividit, vel *unam* syllabam ægre patietur avelli: et Dionysius ille alter, Longinum volo τὸν κριτικώτατον, multum interesse arbitratus est, utrum §. νς'. ὥσπερ νέφος, an ὡς νέφος, vel denique ὡσπερεὶ νέφος legeremus. Vide Tractatum περὶ Ὕψους, cap. 39. Et, quanquam auriculas nostras non omnis hodie ferire potest Gratia Constructionis Atticæ, multum tamen operæ in ea re elaboranda, atque in iis minutiis positum olim fuisse, et existimare par est, et docent Rhetorum Monumenta, quæ ad ætatem nostram pervenere. Verbi gratia, cum scribitur §. ζ'. Οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε ἐπολιτευόμην πω τότε, quis est nostrorum hominum, qui rotunditatem rite capiat istius periodi, aut quem offendere potuit ista Particula, si desideraretur? Attamen dicitur ab Ulpiano ad locum παρέλκειν τὸ, πω, χάριν τοῦ κώλου μόνον. Adjicere possem constructionem istam §. γ'. ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου. Quæ fefellit Interpretem. Rhythmus fortasse postulavit, ut verba ita ordinarentur, πάντων ὁμοίως ὑμῶν: Sed Series et ratio Grammaticæ τὸ ὁμοίως cum τῷ ἀκοῦσαι conjungit. Ut dicitur in hoc Exordio, verbis ritualibus, et ex Lege sumtis, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. Teretes erant et religiosæ aures Atheniensium, ut tota *Theatra exclamarent, si fuit una Syllaba aut brevior, aut longior*, ut ait Cicero in Bruto. Et, juxta eundem Auctorem, *Non Demosthenis fulmina tantopere vibrassent illa, nisi* numeris *contorta ferrentur*. Quam curiosi erant Antiqui, ut etiam prosam Orationem *digitis et arte callerent*, docet Dionysius ille sæpe a me laudatus, de Composit. Verbor. §. 18. Ἑνὸς ἔτι παραθήσομαι λέξιν, ᾧ τὰ ἀριστεῖα τῆς ἐν λόγοις δεινότητος καταδίδωμι. ὅρος γὰρ δή τις ἐστὶν ἐκλογῆς τε ὀνομάτων καὶ κάλλους συνθέσεως ὁ Δημοσθένης. ἐν δὴ τῷ περὶ τοῦ Στεφάνου λόγῳ τρία μέν ἐστιν, ἃ τὴν πρώτην περίοδον συμπληροῖ κῶλα· οἱ δὲ ταῦτα καταμετροῦντες οἵδε εἰσὶν οἱ ῥυθμοί. πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Ἄρχει δὲ τοῦδε τοῦ κώλου Βακχεῖος ῥυθμὸς, ἔπειθ' ἕπεται Σπονδεῖος, εἶτα Ἀνάπαιστος, καὶ μετὰ τούτων ἕτερος Σπονδεῖος, εἶθ' ἑξῆς Κρητικοὶ τρεῖς, Σπονδεῖος δὲ ὁ τελευταῖος. Τοῦ δὲ δευτέρου, ὅσην εὔνοιαν cætera, quæ eadem fide et diligentia exsequitur, in pedes et numeros digerendo. Rursus Idem in eodem libello numeros hujus exordii attingit, sc. §. 25. et deinde ad tantæ ἀκριβείας atque sollicitudinis *defensionem* se accingit, quam meam pariter, atque hujusce Annotationis, quam maxime cupio fieri. Taylor.

Εὐσεβείας] Nempe juris jurandi et legum servandarum, uti Ulpianus jam explicuit, quo etiam jam annotante, eleganter conjunguntur ἀντίδικος, h. e. πολέμιος, et σύμβουλος, h. e. προσφιλής. Tum τοῦτο παραστῆσαι etc. interpretandum est: *interest*, hanc *ut dii vobis* mentem *injiciant*. v. Viger. de gr. dictionis idiotismis c. V. sect. 9. §. VII. ibique Zeune, p. 275. ed. Hermann. Harl.

Παραστῆσαι] Disputatur, quid id esset, quod precatur Demosthenes τοὺς θεοὺς παραστῆσαι: Utrum, scil. τοῦθ' ὅπερ ἦν ὑπὲρ τῆς Ἀθηναίων εὐσεβείας, an illud demum, μὴ τὸν ἀντίδικον σύμβουλον ποιήσασθαι. In *hac* sententia est Interpres, adeoque verba (ὅπερ ἐστὶ — δόξης) in quadam quasi parenthesi concludit. Ego tamen aliter sentio. Nam §. δ'. ubi hanc precationem instaurat, legimus, ὅ, τι μέλλει συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν. Et mecum est Interpres Italus. Taylor.

Τὸ μὴ προκατεγνωκέναι] Latini *præjudicium* vocant, quod Græci προκατάγνωσιν,

ἀποδοῦναι, ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι.

β'. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι κατὰ τουτονὶ τὸν [1] ἀγῶνα Αἰσχίνου, δύο δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μεγάλα. Ἓν μέν, ὅτι οὐ περὶ τῶν ἴσων ἀγωνίζομαι. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον νῦν ἐμοὶ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας διαμαρτεῖν, καὶ τούτῳ μὴ ἑλεῖν τὴν γραφήν, ἀλλ' ἐμοὶ μέν—, οὐ βούλομαι δὲ δυςχερὲς εἰπεῖν οὐδὲν ἀρχόμενος τοῦ λόγου· οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ. [2] Ἕτερον δ' ὅτι φύσει πᾶσιν ἀνθρώ-

[1] ἀγῶνα, Αἰσχίνου δύο

[2] ἕτερον δ'· ἃ φύσει .... ἡδέως·

et verbum προκαταγινώσκω, quo in Oratione κατὰ Μειδίου etiam, et alibi utitur. Dicitur vero etiam ut hoc loco, προκατεγνωσμένη δίκη, *quæ præsumpta opinione damnata est*, antequam causa agatur. *Ex edit.* HERVAG.

β'. Πολλὰ μὲν οὖν ἔγωγ' ἐλαττοῦμαι] Ulpianus in Præfatione: μηδέπω συστήσας, πότερον αὐτὸν, ἢ Κτησιφῶντα ἀπολογήσασθαι δεῖ, συναρπάσας τοῦτο, ὡς ὁμολογούμενον, ἀξιοῖ τοὺς ἀκούοντας ἐπιτρέπειν αὐτῷ, καθ' ἣν βούληται τάξιν προάγειν τὸν λόγον. WOLF.

Ἀλλ' ἐμοὶ μέν] *Suidas* exponit, ἐγὼ μὲν περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύω. IDEM. Vertit Aquila Romanus in libro de Figur. Sentent. juxta init. Adde Quintilian. IX. 2. Hermog. p. 352. 410. TAYLOR. Demetrius Phaler. ed. Galei p. 149. 1. HARL.

Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας κ. τ. λ.] Catilina apud Sallustium: *Nos pro Libertate, pro Patria, pro Vita certamus: Illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum.* Ἐκεῖνοι δ' ἐκ περιουσίας ἀγωνίζονται ὑπὲρ τῶν ὀλιγαρχικῶν, ἢ, ὑπὲρ τῶν ὀλίγων δυναστείας. WOLF.

Ἐκ περιουσίας] *Ex abundantia*, nollem istud *supervacaneum* Wolfii et Lambini: multo minus, ex *nimia rerum affluentia*, quod dedit Anonymus: omnium minime, quod Etruscus: *e costui m'accusa per tempo che gli avanza.* Nos forte diceremus: *The odds are on the side of Æschines. Or, the difference of the account. Contentio inter nos* inæqualiter *admodum est comparata.* Vide Harpocr. Suidam. v. Ἐκ περιουσίας, et Demetr. Phaler. §. 265. TAYLOR. Adde Colomes. ad Quintil. Institt. IV. 5. p. 364. ed. Burmann. et Viger. de græcæ dictionis idiotismis IX. sect. 3. §. III. p. 599. ed. Herm. HARL.

Ἐκ περιουσίας] *Ex abundantia, absque necessitate.* Ἐκ περιουσίας, inquit Suidas, dicitur de rebus, quæ supersunt, et *quarum præsentia non est necessaria.* Vim igitur istius ἐκ περιουσίας multo melius assecutum fuisse crediderim eum, qui Anglice verteret, *out of wantonness*, quam qui, jubente Cl. Tayloro, exponeret, *the odds are on the side of Æschines; or, the difference of the account:* "contentio inter nos *inæqualiter* admodum est comparata." Sic enim in jejunam quandam et frigidam *iterationem* delaberetur Demosthenes: *Longe* (inquit) *meliore quam ego conditione est adversarius. Quippe non pari periculo ego et Æschines in judicium venimus.* Quare? Quoniam *mihi quidem —de fama et fortunis omnibus est periclitandum* (ita enim explenda est pulcra ista *aposiopesis*): *ille autem inæqualiter admodum mecum contentionem comparavit*, hoc est, *longe meliore quam ego utitur conditione!* STOCK.

Οὗτος δ' ἐκ περιουσίας μου κατηγορεῖ] Id est, iste autem tantum est otii nactus, et tantum quietis habet ab aliis negotiis, ut ei abunde vacet me accusare, nedum perinde ut ego, in hoc ipse certamine capite et fortunis periclitatur. Quibus verbis significat Æschinem id certamen sponte excitasse, nulla officii necessitate pulsum. Idem alibi, [κ. Στεφ. ψευδ. p. 1122. ed. Reisk.] οἱ δ' ἐκ περιουσίας πονηροὶ οὐδεμίαν πρόφασιν ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν: id est, qui autem in bonorum facultatumque copia prave agunt, excusare egestatem non possunt, cui ipsi ob secus admissa postulantur. *Ex edit.* HERVAG.

Ἕτερον δ', ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἄχθεσθαι. Τούτων τοίνυν κ. τ. λ.] Multo inferiorem Æschini in hac causa sese esse monens Demosthenes duo maxima ponit, quibus gravetur: ἐλαττοῦμαι Αἰσχίνου δύο καὶ μεγάλα· ἓν μέν, ὅτι — ἕτερον δ', ὃ φύσει κ. τ. λ. Per se igitur patet,

ποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδοριῶν καὶ τῶν κατηγοριῶν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς [1] δ' ἐπαινοῦσιν αὐτοὺς ἄχθεσθαι. τούτων τοίνυν ὃ μέν ἐστι πρὸς ἡδονήν, τούτῳ δέδοται· ὃ δὲ πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐνοχλεῖ, λοιπὸν ἐμοί. κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο μὴ λέγω τὰ πεπραγμένα ἐμαυτῷ, οὐκ ἔχειν ἀπολύσασθαι τὰ κατηγορημένα δόξω, οὐδ' ἐφ' οἷς ἀξιῶ τιμᾶσθαι δεικνύναι· ἐὰν δ' ἐφ' ἃ καὶ πεποίηκα καὶ πεπολίτευμαι βαδίζω, πολλάκις λέγειν ἀναγκασθήσομαι περὶ ἐμαυτοῦ. Πειράσο- 227
μαι μὲν οὖν ὡς μετριώτατα τοῦτο ποιεῖν· ὅ τι δ' ἂν τὸ πρᾶγμα αὐτὸ ἀναγκάζῃ, τούτου τὴν αἰτίαν οὗτός ἐστι δίκαιος ἔχειν ὁ τοιοῦτον ἀγῶνα ἐνστησάμενος.

γ'. Οἶμαι δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, πάντας ἂν ὁμολογῆσαι κοινὸν εἶναι τουτονὶ τὸν ἀγῶνα ἐμοί τε καὶ Κτησιφῶντι, καὶ οὐδὲν ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἐμοί. πάντων μὲν γὰρ ἀποστερεῖσθαι λυπηρόν ἐστι καὶ χαλεπόν, ἄλλως τε κἂν ὑπ' ἐχθροῦ τῳ τοῦτο συμβαίνῃ· μάλιστα δὲ τῆς παρ' ὑμῶν εὐνοίας τε καὶ φιλανθρωπίας, ὅσῳ περ καὶ τὸ τυχεῖν τούτων μέγιστόν ἐστι. Περὶ τούτων δ' ὄντος τουτουὶ τοῦ ἀγῶνος, ἀξιῶ καὶ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου

[1] † ἐπαινοῦσι δ'

ut ἓν μὲν, ita ἕτερον δ' ab ἐλαττοῦμαι pendere, alterumque ἓν μὲν per ὅτι, alterum ἕτερον δ' per ὃ explicari, *altero vero inferior hoc sum, quod omnibus hominibus natura insitum est* etc. Verba autem, quæ sequuntur, τούτων (quod ad infinitivos ἀκούειν et ἄχθεσθαι pertinet) τοίνυν κ. τ. λ. addenda erant, ut, utrum eorum, quæ posuerat, τῶν — ἄχθεσθαι, ad Demosthenem pertineret, accuratius doceretur. Sic in priore membro verba ὅτι — ἀγωνίζομαι per οὐ γάρ ἐστιν κ. τ. λ. exponenda erant. Itaque verba bene ligata, nec magis structuram immutatam vides, quam §. νδ'. δυεῖν ἕνεκα· — ἑνὸς μὲν, ὅτι — ἑτέρου δὲ, ὅτι κ. τ. λ. Reiskius, ἕτερον δ'· ἃ φύσει — ἄχθεσθαι· τούτων τοίνυν κ. τ. λ. rescribens, vereor, ut huic loco bene consuluerit. Nam neque ἕτερον δ' (ἐλαττοῦμαι), ita absolute positum, plenum hunc sensum habere potest, quem ille voluit, *alterum eorum, quibus inferior sum Æschini*, hoc *est*, sed ὅτι vel relativum ὃ, vel simile quid subjici debuit; et verba ἃ — τούτων ad se invicem referri, particula adjecta τοίνυν vetat. Wunderl. ὃ Tayl.

Ὅ] Forte ὅτι. Auger.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν] Aretinus: *ut ita dicam.* Melanchtho: *quod fere omnibus ingratum est.* Perionius: *quod omnes solet offendere.* Meletus: *Ut uno verbo dicam.* Wolf.

Κἂν μὲν εὐλαβούμενος τοῦτο] Cicero, sive quis alius, in Sallustium: *Quo me vertam, P. C.? Unde initium sumam? Majus enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod si aut de vita atque rebus nostris huic conviciatori respondebo, invidia gloriam consequitur: aut si hujus facta, mores, omnem ætatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huio objicio.* Idem.

γ'. Ἂν ὁμολογῆσαι] Demosthenes, de assensu judicum, ut de re præsente, cogitans, modestiori forma loquendi utitur ἂν ὁμολογῆσαι pro ὁμολογῆσαι. Modestiæ enim speciem quandam opinionibus vel sententiis expositis particula ἂν adjecta veteres adjunxisse, opinamur, secuti cum alia tum Plutarchum in procemio vitæ Demosth. et Cic. Δύο γὰρ ἑτέρους οὐκ ἂν εὑρεθῆναι δοκῶ ῥήτορας, ἐκ μὲν ἀδόξων καὶ μικρῶν ἰσχυροὺς καὶ μεγάλους γενομένους. Wunderl.

Τῳ] Τινί. Wolf.

Μάλιστα δὲ — ὅσῳ περ] Ἀντὶ τοῦ, τοσούτ-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

συνοίσειν καὶ πρὸς εὐδοξίαν κοινῇ καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἑκάστῳ, τοῦτο παραστῆσαι τοὺς θεοὺς πᾶσιν ὑμῖν περὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι.

ε. Εἰ μὲν οὖν περὶ ὧν ἐδίωκε μόνον κατηγόρησεν Αἰσχίνης, κἀγὼ περὶ αὐτοῦ τοῦ προβουλεύματος εὐθὺς ἂν ἀπελογούμην· ἐπειδὴ δ' οὐκ ἐλάττω λόγον τἄλλα διεξιὼν ἀνάλωκε, καὶ τὰ πλεῖστα κατεψεύσατό μου, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω καὶ δίκαιον ἅμα, βραχέα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, περὶ τούτων πρῶτον εἰπεῖν, ἵνα μηδεὶς [1]ὑμῶν τοῖς ἔξωθεν λόγοις ἡγμένος ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. Περὶ μὲν δὴ τῶν ἰδίων ὅσα λοιδορούμενος βεβλασφήμηκε περὶ ἐμοῦ, θεάσασθε ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. Εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον, οἷον οὗτος ᾐτιᾶτο, — οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ὑμῖν —, μηδὲ φωνὴν ἀνάσχησθε, μηδ' εἰ πάντα τὰ κοινὰ ὑπέρευ πεπολίτευμαι, ἀλλ' ἀναστάντες καταψηφίσασθε ἤδη. εἰ δὲ πολλῷ βελτίω τούτου καὶ ἐκ βελτιόνων καὶ μηδενὸς τῶν μετρίων, ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, [2]χείρω καὶ ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς ὑπειλήφατε καὶ [3]γιγνώσκετε, [4]τούτῳ μὲν μηδ' ὑπὲρ τῶν ἄλλων πιστεύετε· δῆλον γὰρ ὡς ὁμοίως ἅπαντ' ἐπλάττετο· ἐμοὶ δ' ἣν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὔνοιαν ἐνδέδειχθε ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον γεγενημένων, καὶ νυνὶ παράσχεσθε. Κακοήθης δ' ὤν, Αἰσχίνη, τοῦτο παντελῶς εὔηθες ᾠήθης, τοὺς περὶ τῶν πεπραγμένων καὶ πεπολιτευμένων λόγους ἀφέντα με πρὸς τὰς λοιδορίας τὰς παρὰ σοῦ τρέψεσθαι.

[1] † ὑμῶν [2] † χείρονα [3] † γινώσκετε [4] τούτῳ μὲν δὴ, μηδ'

ε. Κατηγόρησεν] Κατηγορεῖν significat *publice rem incusare*, præsertim in judiciis aut coram populo. WUNDERL.

Καὶ ἐκ βελτιόνων] Formula. Lysias Orat. IX. κατὰ Θεομνήστου, p. 118. Ed. Steph. Ἀλλ' ὅτι βελτίων, καὶ ἐκ βελτιόνων ὁ φεύγων ἐμοῦ; MARKLAND.

Τοῦτο παντελῶς εὔηθες ᾠήθης] Ἀντὶ τοῦ, εὐήθως. WOLF.

Τρέψεσθαι] Lectionem τρέψασθαι, quam tres optimi codices habent, vulgatæ τρέψεσθαι præferendam duxi, ut §. ς'. a med. in verbis ἐμὲ δ' εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν editores fecisse video, secutus ea, quæ ipse in Observatt. Crit. p. 177. 178. explicui, quæque in eam sententiam amicissimus meus Schaeferus ad Theocritum p. 227. protulit. Quibus quidem, Græcos aoristis sæpius, ubi ex latinæ vel vernaculæ linguæ ingenio futurum positum exspectes, usos esse, satis jam probatum esse putamus. Idque egregie quoque confirmari nunc video loco Homeri Odys. B. 274.

Εἰ δ' οὐ κείνου γ' ἐσσὶ γόνος καὶ Πηνελοπείης,
Οὐ σέ γ' ἔπειτα ἔολπα τελευτήσειν, ἃ μενοινᾷς. —
Ἀλλ' ἐπεὶ οὐδ' ὄπιθεν κακὸς ἔσσαι, οὐδ' ἀνάημων,
Οὐδέ σε πάγχυ γε μῆτις Ὀδυσσῆος προλέλοιπεν,
Ἐλπωρή τοι ἔπειτα τελευτῆσαι τάδε ἔργα.

229 οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι, ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τῶν πεπολιτευμένων ἂ κατεψεύδου καὶ διέβαλλες, αὐτίκα ἐξετάσω· τῆς δὲ πομπείας ταύτης τῆς [1] ἀνέδην οὐτωσὶ γεγενημένης ὕστερον, ἂν βουλομένοις [2] ᾖ τουτοισὶ ἀκούειν, μνησθήσομαι.

ς'. Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινά, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας· τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει καὶ ὕβριν καὶ λοιδορίαν καὶ προπηλακισμὸν [3] ὁμοῦ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν οὐδ' ἐγγύς. οὐ γὰρ

[1] ἀναίδην [2] ἀκούειν ᾖ τούτοις [3] * ἐμοῦ

Nec tamen negarim, discrimen aliquod subtilius esse inter aoristum et futurum in ejusmodi locis. Observasse enim mihi videor, ubi de re agitur, futura quidem, sed quæ continuo aut incipit aut eventum habet, aoristi vel præsentis infinitivum significatione futuri poni. Ap. Hom. Il. Γ. 28. Menelaus, Paride conspecto, lætitia afficitur, φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην. Herodotus I. 156. Κῦρος δὲ ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ, καὶ ὑπεὶς τῆς ὀργῆς, ἔφη οἱ πείθεσθαι, futurum πείσεσθαι non usurpavit. Nam id statim facturus erat Cyrus. WUNDERL.

Τετύφωμαι] Vide Harpocrat. in v. et Vales. pag. 187. TAYLOR.

Τετύφωμαι] "Τυφοῦσθαι non tantum *inflari*, sed etiam *dementem esse* significat: ap. Polyb. III. 81. *Si quis inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit cura explorandi ingenium ac naturam ducis adversariorum, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται, is errat et cæca mentis caligine laborat.* Sic et Demosth. Philip. III. δ'. *in fin.* ἂν δὲ ληρεῖν καὶ τετυφῶσθαι δοκῶ, μήτε νῦν μήτ' αὖθις ὡς ὑγιαίνοντί μοι προσέχητε. *Si nugari et mentis affici errore videbor, neque nunc neque inposterum mihi ut sano auscultetis.* Et pro Cor. οὐ δὴ ποιήσω τοῦτο, οὐχ οὕτω τετύφωμαι. *Nequaquam faciam hoc, non ita* SUM AMENS. Et rursus idem (περὶ Παραπρεσβ. ξδ'. *in fin.*) ἀλλ' ἐγὼ μαίνομαι καὶ τετύφωμαι νῦν κατηγορῶν. *Sed ego insanio et stolidus sum, qui nunc accusem.* Ubi sicut μαίνομαι et τετύφωμαι copulantur, ita τετυφωμένος et μανικὸς ap. Aristot. in Probl. quærentem διὰ τί οἶνος τετυφωμένους ποιεῖ καὶ μανικούς." Raphelius ad Ep. D. P. ad Tim. I. 6. 4.

Πομπείας] Ulpian. Ὕβρεως, λοιδορίας, διὰ τὸ ἐν ταῖς πομπαῖς κωμῳδεῖν καὶ λοιδορεῖν ἀλλήλους. Deinde sequitur Scholion aliud, alterius, ut puto, Scriptoris, quod tamen non longe distat sensu et interpretatione. Infra scribit Noster §. 37. in fin. Ταῦτα τοίνυν εἰδὼς Αἰσχίνης, οὐδὲν ἧττον ἐμοῦ, πομπεύειν ἀντὶ τοῦ κατηγορεῖν εἵλετο. Ubi rursus consules σχ. ad locum. Addes porro Hermogenem, π. μεθ. δεινότ. statim ad initio, Harpocr. v. Πομπείας, Suid. quoque v. Πομπεία et Πομπείας, Magist. et Ammonium v. πομπή. σχ. Aristoph. Plut. 1015. TAYLOR.

Τῆς ἀναίδην οὐτωσὶ] Cum non significet ἀναιδῶς, sed ἀπαρακαλύπτως, rectius scribi videtur per ε, ἀνέδην, παρὰ τὸ ἀνιέναι, sicut συστάδην, βάδην, παρὰ τὸ συνιστάναι, βάναι. WOLF. Iterum audi σχτην. nostrum: Ἐὰν μὲν διὰ τῆς διφθόγγου γράφηται, τῆς ἀναισχύντου λέγει, ἂν δὲ διὰ τοῦ ε, ὅπερ καὶ βέλτιον, τῆς πολλῆς, ἐκ τῆς ἀνέσεως, ἀθρόας τε καὶ σφοδρᾶς. Et Ego sane cum Ulpiano potiorem esse *hanc* lectionem judico. Ob soni et literarum affinitatem iterum MSS. discordant circa has voces, ad initium σχ. Orationis Timocrateæ. Ἀναίδην præter Parisinam Benenati, Ald. Ven. et Ital. Ἀνέδην MSS. Ald. β. γ. ex Regiis, Harl. Vindob. Editio optima Feliciani, et Cod. Aug. TAYLOR. Paulo ante διέβαλες, et post τούτοις Tayl.

ς'. Τῶν μέντοι] F. τῶν μὲν τοίνυν. WOLF.

Οὐκ ἔνι] Malim, οὐκ ἐνῆν. IDEM.

Οὐδ' ἐγγὺς] Sc. τῆς ἀξίας δίκης. IDEM.

Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ — οὐδ' ἐν ἐπηρείας] Forte, ἀλλ' ἐν, vel τὸ δ' ἐν ἐπηρείας, aut οὐ δὴ ἀφαιρεῖσθαι. Aretinus: *Non enim decet auferri jus populum adeundi, nec in odii ac malevolentiæ loco istud ponere. Non enim*

*rectum, nec justum, nec civile est fieri, Athenienses.* Melanchtho: *tanta vero crimina cum mihi objecerit, ut ne pares quidem pœnæ inveniri queant, audet petere, ne mihi dicendi potestas concedatur. Injustissimum est autem, et nequaquam civili societati conveniens, odio et petulantiæ cujusquam largiri, ne reus audiatur.* Perionius: *Neque enim eripienda est potestas veniendi ad populum: Nec causæ dicendæ facultas: Nec id in obtrectationis aut invidiæ loco ponendum: Nec fieri recte atque ordine potest: Nec id æquum est quidem, Judices. Sed eum oportuit,* etc. Meletus: *Ne in ipso quidem recenti facto.* (*sic τὸ οὐδ' ἐγγὺς* interpretatur) *Non enim privandus est aditu populi et potestate dicendi Æschines. Sed ut hoc ex petulantia atque invidia faciat, neque per Deos est rectum, neque civile, neque justum, viri Athenienses, sed in quibus,* etc. Locus est obscurus et controversus, proptereaque suspectus. Ego meam interpretationem si non veram, at perspicuam esse puto. Connexio periodorum habet obscuritatem: *Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ,* etc. — *Τῶν μὲν τοίνυν κατηγοριῶν* etc. — *Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ* etc. — *Ἀλλ' ἐφ' οἷς* etc. — Est Commemoratio quædam in conquestione iniquitatis: et Confessio, maxima esse crimina, et omni supplicio vindicanda, recteque delata ad judices, si vera essent. Eum enim esse judiciorum usum, ut causæ cognoscantur, et nocentes mulctentur. Sed abuti judicum benignitate ad criminandos ex odio atque invidia insontes (id quod nunc Æschines faciat) id vero nequaquam esse ferendum. Sed in hac quoque sententia me nonnihil turbat, quia ait *προσελθεῖν τῷ δήμῳ,* ut non de *judiciis,* sed de *concionibus* loqui videatur. Eodem pertinet etiam *τὸ λόγου τυχεῖν.* Queritur enim Isocrates, *τοὺς πολλοὺς οὐδὲ τῆς φωνῆς τῶν ἐναντιουμένων ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἐθέλειν ἀνασχέσθαι.* Quid ergo si sic connectas? *Si crimina mihi objecta vera essent, nec dignas pœnas, neque dignis proximas, de me sumere possit Resp. Quæ cum mihi adeundi populi habendarumque concionum potestatem dederit, ea ego potestate sim abusus ad explendum odium meum adversus inimicos atque invidiam. Id quod neque rectum est* etc. *Atque si me tantis in rebus Æschines, quantas eas facit, pestem et perniciem reip. moliri videbat, cur non statim in judicium adducebat?*

Cum via multa patet, nulla est bona; qua sit eundum,
Ipse tibi monstret ductor Atlantiades. WOLF.

*Ἐν τούτοις τοῖς ῥητοῖς,* ut conquestus est Ulpianus, *ἀσάφειά ἐστι πολλή.* Et merito sane. Interea Voces ipsæ sunt satis perspicuæ: sed Sententiæ non recte cohærent, neque apte distribuuntur. Ego igitur primum lectoris oculis subjiciam eum ordinem et sequelam, quam ex Demosthene auctore profectam esse arbitror: deinde meam de ea re exponam sententiam, et iis rationibus, quas habeo, enitar vincere, simul et turbatum esse in Textu, quo utimur vulgo, atque istius infelicitatis causam a me esse deprehensam. Ad hunc modum igitur loquitur Demosthenes, si me audias, sc.

*Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας·*

*Τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις αὐτὴ, ἐχθροῦ μὲν ἐπήρειαν ἔχει, καὶ ὕβριν, καὶ λοιδορίαν, καὶ προπηλακισμὸν ὁμοῦ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.*

[*Ὃ*] *οὔτε μὰ τοὺς θεοὺς ὀρθῶς ἔχον, οὔτε πολιτικὸν, οὔτε δίκαιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*

*Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι δεῖ τὸ προσελθεῖν τῷ δήμῳ, καὶ λόγου τυχεῖν, οὐδ' ἐν ἐπηρείας τάξει καὶ φθόνου τοῦτο ποιεῖν·*

*Ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀδικοῦντά με ἑώρα τὴν πόλιν, οὗσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν ἐτραγῴδει, καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι·*

*Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμενον·*

*Καὶ μὴν εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν νυνὶ διέβαλλε καὶ διεξῄει* (scii. *πράττοντά με ἑώρα*) *ἢ καὶ ἄλλ' ὁ, τιοῦν ἀδικοῦντά με ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων, καὶ τιμωρίαι, καὶ κρίσεις —καὶ τούτοις ἐξῆν ἅπασι χρῆσθαι.* In his interpretandis, versione utar propemodum Lambini: Nam ille quadantenus in hac causa processit, et pariter translationem instituit:

*Crimina igitur mihi illata sunt multorum atque atrocium facinorum, quibusque pœnæ sunt acerbissimæ legibus constitutæ: sed tota hæc Accusatio nihil aliud habet propositi, quam improbam inimici calumniam, petulantiam, convicium, probrum et contumeliam, cæteraque generis ejusdem.* [Omitto hic, quæ repeti arbitror.] *Quod medius fidius, Athenienses, neque rectum, neque civile, neque justum est, ne ulla quidem ex parte. Non enim jus adeundi ad populum, causæque dicendæ potestatem cuiquam eripere, non in ea re dolori suo servire, neque maledicendi et petulanter alterum insectandi occasionem ex ea quærere oportet: Sed quæ me facinora committere in remp. videbat; quum præsertim essent tanta, quanta modo voce pene tragica clamabat, eorum pœnas a legibus constitutas, recentibus etiam tum maleficiis, expetere, judicioque persequi debebat: si res delatione nomi-*

*nis* dignas *admittere videret, nomen meum deferre, et hac via me in judicium vocare: si quid contra leges scribere ac decernere, accusationem mihi de decretis contra leges factis intentare: denique si quid omnino me contra remp. admittere videret, cuicuimodi esset, sunt leges, sunt judicia, sunt actiones, quibus omnibus uti licebat.*

Profecto si eo ordine et nexu non scripsit Demosthenes, optandum pene fuit, (absit verbo invidia) ut ita scripsisset: Adeo nitide, adeo luculente, adeo disposite procedunt omnia. Verum quid de fugitivis istis commatibus statuam, proximum est ut ostendam. Ab hujusmodi Propositione satis recte orditur: nempe:

Τὰ μὲν κατηγορημένα, πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας.

Bene est: et huic Sententiæ adversative apponitur ea quæ sequitur, satis proba et luculenta: sc.

Τοῦ δὲ παρόντος ἀγῶνος ἡ προαίρεσις— ἐπήρειαν ἔχει—καὶ λοιδορίαν κ. τ. λ.

Esto: Sed et aliud Adversativum video:

Τῶν μέντοι (i. e. δὲ) κατηγοριῶν etc. v. 11.

Et, quod merito displicere potest, nihil aliud hic in Redditione dicitur, quam quod in Propositione dictum erat prius. Age, ἐξέτασον παράλληλα, ut scribunt Græci, et ut scribit Noster, ut eo situ dispiciamus, quid intersit:

| | |
|---|---|
| Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα πολλὰ καὶ δεινὰ, καὶ περὶ ὧν ἐνίων μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι τάττουσι τιμωρίας. | Τῶν μέντοι κατηγοριῶν καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν εἰρημένων, εἴπερ ἦσαν ἀληθεῖς, οὐκ ἔνι τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν, οὐδ' ἐγγύς. |

Conferas, Trutines, Metiaris, Excutias, Excrucies, quidvis fac periculi: Solertem dabo, qui quidvis ex hac posteriore Oratione expresserit, quod non interceptum erat in priore.

*Multa mihi crimina objecit Æschines, quorum de singulis gravissimæ quæ possunt pœnæ statuuntur: Ultimum sc. supplicium: gravissimum quidem quod Sors humana patitur, verum ob delicti naturam leve:* Interea tamen *tot et talia mihi crimina objecit Æschines, ut pœnas* dignas *a me repetere* Civitas *nullo modo possit.*

Hiccine est quem dicunt Demosthenem! Hæccine ea quæ contorqueri aiunt Fulmina! Atqui, ut in instituto pergam, hæc Confusio non simplici vice Auctori nostro contigit. Infra §. κ'. cum Æschine ita agit:

*Quando in eo statu essent Res Græcæ, et Philippus cunctorum servitutem palam meditaretur, a Te, Æschine, vel ab alio quovis, qui mea consilia reprehendit, rogarem, quid in ea Fortuna Civitatem nostram agere oporteret? Utrum eam decuit, quæ toti Græciæ saluti esse solebat, jam* dignitatis *atque istius prærogativæ immemorem, Philippum in consiliis exsequendis adjuvare, ut Thessali et Dolopes faciebant? An, (quod levius fortasse) istud quidem non agere, sed* domi *sedentem, atque otiosam, sinere Philippum ea per se facere, quo pacto Arcades, Messenii et Argivi se gesserunt? Age dic mihi, ποίας μερίδος, ἐν τίνι τάξει, in qua* classe, *expediebat fuisse Remp.? Nam, si meis consiliis usa non fuisset, necesse est eam vel in hac vel in illa parte omnino fuisse constitutam.* Recte. Sed videas, quæso, quo pacto eam rem exsequitur:

| §. κ. in init. | §. κ. circa med. |
|---|---|
| Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν, Αἰσχίνη, τὸ φρόνημα ἀφεῖσαν, καὶ τὴν ἀξίαν τὴν ἑαυτῆς, ἐν τῇ Θετταλῶν καὶ Δολόπων τάξει, συγκατακτᾶσθαι Φιλίππῳ τὴν τῶν Ἑλλήνων ἀρχὴν, καὶ τὰ τῶν προγόνων καλὰ καὶ δίκαια ἀναιρεῖν; ἢ τοῦτο μὲν μὴ ποιεῖν· δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς· ἃ δ' ἐώρα συμβησόμενα, εἰ μηδεὶς κωλύσει, καὶ προησθάνετο, ὡς ἔοικεν, ἐκ πολλοῦ, ταῦτα περιιδεῖν γιγνόμενα; | Ἀλλὰ νῦν ἔγωγε τὸν μάλιστα ἐπιτιμῶντα τοῖς πεπραγμένοις, ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος γενέσθαι τὴν πόλιν ἐβούλετ' ἄν; πότερον τῆς συναιτίας τῶν συμβεβηκότων τοῖς Ἕλλησι κακῶν, καὶ αἰσχρῶν, ἧς ἂν Θεταλοὺς, καὶ τοὺς μετὰ τούτων εἴποι τις; ἢ τῆς περιεωρακυίας ταῦτα γιγνόμενα ἐπὶ τῇ τῆς ἰδίας πλεονεξίας ἐλπίδι, ἧς ἂν Ἀρκάδας, καὶ Μεσσηνίους, καὶ Αργείους θείημεν; |

Posterius sane Incisum, si quid est in ea Observatione, quod prodesse potest, non erat in Ulpiani Codd. quantum ex ejus scholiis augurari fas est. Verum sive ille invenerit, necne, a me nunquam impetrare possis, aut hæc, et similia, non nisi deploratissima ad nos pervenisse, aut multum me aberrare in ea divinatione, quæ omnem hanc molestiam amoliri posse videtur. Scilicet utroque in loco, ubi vides iterari Commata illa ἰσοδυναμοῦντα, si alterum tollas (neque id ægre feres), defæcabitur Textus, eumque colorem Demostheni restitues, quem ille exoptaverit. Unde autem, dices, per tot sæcula interpolatum sit? Duæ nimirum ab ultima vetustate exibant Demosthenis quæ vocantur Ἐκδόσεις. Solebat id apud Antiquos fieri; atque ea Cura iis Scriptoribus

impendi, quorum in libris expoliendis recensendisque aliorum opera utiliter collocari poterat. Ita Homeri alia erat Editio κατὰ Φιλήμονα, alia κατὰ Ῥιανὸν, Σωσιγένους alia, alia Ἀριστάρχου, Ζηνοδότου, alia Cypria, Sinopica, alia κοινὴ, et nominantur etiam κοιναὶ, et χαριέστεραι, alia denique ἐκ νάρθηκος, ut cæteras omittam, quæ erant numerosæ. Quod legitur hodie Apollonii Rhodii, est ex secunda Editione istius Scriptoris. Scholiastes enim, qui latus ejus claudit, eum diligenter ad Προέκδοσιν, sive Editionem priorem, recensuit, quæ quantum ab hodierna distet, intelliges ex σχ. ad hos versus I^mi. libri, sc. 285. 515. 543. 725. 788. 801. Et similis Fortuna, ut dicebam, obtigit Auctori nostro. Quod quoniam alibi a me animadversum est liberius, hic sufficiat memorare, unam ab Ulpiano vocari Ἀρχαίαν, sive *Antiquiorem* Demosthenis Editionem, Δημώδη, sive *Popularem*, alteram. Vide Ulpian. ad Orat. contra Midiam sæpiuscule. Hinc fortasse liquebit, cur multa hodie non legantur in nostro Auctore atque hac Oratione, quæ citarunt ex ea Antiquiores. Verbi gratia: Nullibi per totam hanc Orationem occurrunt hæc verba: Τῶν δὲ πλοίων τὰ μὲν συντριβόμενα ταῖς ἀποστολαῖς. Attamen ea diserte profert Ulpianus, et exponit, ad Philipp. I. ex Oratione, quæ erat ὑπὲρ Κτησιφῶντος, et Suidas etiam citat, in v. Ἀποστολὰς, sed Auctore dissimulato. Nimirum in altera Editione legi poterant: in altera non ita. Et sic de aliis quoque statui posse et debere arbitror.

Et quoniam ea res jam agitur, non videbor esse importunus, si locos deperditos ex hac Oratione colligam. Interea tamen non omne quod laudatur ex Oratione περὶ Στεφάνου, ad eam classem protinus redigo. Nempe, aliquando errat ille, qui citat, et Demosthenem intelligit, non in causa Ctesiphontis, sive περὶ Στεφάνου, verum in earum alterutra quæ exstat, inscripta κατὰ Στεφάνου ψευδομαρτυριῶν. Ita Suidas v. Καταψευδομαρτυρησάμενος· quem tamen facile argueret Harpocratio, qui κατὰ Στεφάνου diserte habet; quin et Initium istius Orationis, ita scil. conceptum: Καταψευδομαρτυρηθεὶς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, et quæ sequuntur. Idem dicendum est de voce Παραπεπτωκὼς, quæ in harum quoque priore legitur, non in ea de Corona. Ita etiam statuendum est de v. Φαρμακῶντα. Vid. Suid. Harpocr. v. Φαρμακὸς, atque etiam Etymol. M. Atque huic simile exemplum mox subjungam. Hæc igitur erat una Erroris ansa in citando. Sequitur alia. Nempe ob Causæ non magnam dissimilitudinem, confundere solebant hanc nostram cum illa π. Παραπρεσβείας. Utraque enim gravis, spectabilis, et ad Remp. pertinebat. Id Th. Magistro aliquoties usu venit. [e.g. in ξαίνω p. 638. ubi vide interpretes in ed. Bernardi. HARL.] Aliquando memoria freti Antiquiores sensum solummodo adducebant, verbis aliquantulum disparibus et diversis. Hæc omnia fortasse, vel plurima, perseveranti in legendis iis, quæ scribimus, plana fient. Denique alia de causa abesse poterant nonnulla, quæ olim hic legebantur, sc. quia obelum Criticorum perpessa sunt. Qua de re audi Hermogenem, p. 317. Ἐκεῖνα μέντοι διὰ τὸ ἄγαν εὐτελὲς καὶ ὀβελίσαντές τινες ὑπεξείλοντο ἴσως ὀρθῶς ποιοῦντες· λέγω τὸ, κυάμους ἐφθοὺς βοῶσα, καὶ, κατὰ πᾶν τὸ θέρος ἐπλανᾶτο, καὶ τὰ ἑξῆς. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐν μὲν ἰδιωτικοῖς λόγοις ἴσως ἂν ἁρμόσειεν· ἐν δημοσίῳ δὲ, καὶ τηλικοῦτον ἔχοντι ἀξίωμα λόγῳ, ἢ προσώπῳ, ἢ πράγματι, πῶς ἂν ἁρμόττοι; His præmissis, hæc citantur, quæ sequuntur:

Τοῦ μὲν τὸν πατέρα ἠταιρηκέναι, τοῦ δὲ τὴν μητέρα πεπορνεῦσθαι.

T. Magist. v. Ἑταῖρα.

Λογογράφους τοίνυν καὶ ὑβριστὰς ἀποκαλῶν καὶ τοιαῦθ' ὑβρίζων.

Id. v. Λογογράφος.

Exstant in π. Παραπρ.

Ὁ δεῖνα τοῦ δεῖνος τὸν δεῖνα εἰσήγγειλε.

Id. v. Ὁ δεῖνα. Si hoc sit verba Oratoris laudare.

Τί δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἶναι διαφέρει;

Id. v. Τί διαφέρει.

Vide Not. ad §. νθ'. in fin.

Φιάλας Λυκιουργεῖς δύο.

Athen. XI. 12.

Vide Leopard. XI. Emend. 18.

Σινώπη.

Harpocr. in v.

Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα αὐτῶν ὑπὸ τούτων, Φασηλιτῶν ὄντων, ὥσπερ δεδομένων σύλων Φασηλίταις κατὰ Ἀθηναίων. ἐπειδὰν γὰρ μὴ ἐθέλωσιν ἀποδοῦναι, ἃ ἔλαβον, τί ἄλλο τις ἔχοι ὄνομα θέσθαι τοῖς τοιούτοις, ἢ ὅτι ἀφαιροῦνται βίᾳ τὰ ἀλλότρια;

Hæc et plura laudant ex περὶ Στεφάνου, tum Suidas, tum Etym. M. Leguntur tamen hodie in Orat. πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν· Et vox quidem Σύλας (id est, Συλήσεις) in ea Oratione, quæ inscribitur περὶ τοῦ Στεφάνου τῆς τριηραρχίας. Vides his verbis, quæ subjicimus, istius erroris originem. Nam recte se habet Harpocratio: Σύλας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου [τῆς τριηραρχίας, κἂν τῷ πρὸς τὴν Λακρίτου. Ἐξελόμενος ὁπόταν μὴ σύλαι ὦσιν Ἀθηναίοις.] ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ὥσπερ ἐξηγούμενος αὐτό φησιν· Σεσυλήμεθα τὰ ἡμέτερα κ. τ. λ. Verba Harpocrationis, quæ uncis inclusimus, deerant in Etymologo. Atque hæc hactenus: Redeo.

Aio autem porro, fieri etiam potuisse, ut binæ istæ Editiones, quibus fruebantur

Antiqui, aliquando per incuriam describentium, aut quavis alia ex causa, conflarentur, ad hanc nostram, quæ sola hodie obtinet, concinnandam. Ita constabit, quare plurimæ identidem Sententiæ verbis aliquantulum diversis ab Auctore nostro iterentur (vide quæso quæ præfamur ad Midianam): licet Photius arbitretur magis, eas quasi abortivas excidisse ex scriniis Demosthenis, priusquam ultimam manum Auctoris expertæ fuissent, aut secum ille statuisset, utri parti Orationis eæ elegantius convenirent. Ex hac etiam Hypothesi expediemus fortasse, unde toties turbatum sit per Orationem *de falsa Legatione*, tot repetantur, commisceantur, tot ex improviso inchoata, statim etiam ex improviso relinquantur imperfecta. Vide notata ad Æsch. p. 254. ed. R. p. 265. l. 11. ed. T. et Dem. περὶ Παραπρεσβ. ad not. δι' αὐτὸ κ.τ.λ. §. ζδ'. et quæ præmisimus isti Orationi. Verum age, exemplis et rationibus hanc rem transigamus. Scribit Demosthenes c. Aphob. I. 816. 12. 13. ed. R. n. 14. Ed. Lutet. Καὶ ταῦτα μὲν ἐνεργὰ κατέλιπεν, ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ὁμολογήσουσιν, ὧν γίγνεται τοῦ μὲν ἀρχαίου κεφαλαίου τέτταρα τάλαντα, καὶ πεντακισχίλια. Ut in transcursu id moneam, istud πεντακισχίλια erat πεντακισχίλιαι, sc. *Drachmæ*, non *Talenta*. Nam hoc fuisset incredibile. Verum ad me propius pertinet in isto loco Budæi sollicitudinem levare, qui merito miratur, quare præter omnem consuetudinem Demosthenes scriberet ἀρχαίου κεφαλαίου, cum utrumvis vocabulum recte per se stare possit, et *Sortem*, i. e. uti nos appellare solemus, *The Principal*, denotare. Nimirum Vox *hæc* in uno Exemplari, in altero *illa* exstabat. Plurimos proferre potui Auctores, qui τὸ ἀρχαῖον de ea re dicunt, plurimos etiam, qui τὸ κεφάλαιον, ni ea res esset a Lexicographis præoccupata: sed qui utrumque adhiberet, et τὸ ἀρχαῖον et τὸ κεφάλαιον, præter Demosthenem in hoc loco, vidi neminem. Neque sane nata est ea locutio ex glossemate, quod vocant. Non enim solent rara vocabula æque raris explicari et exponi. Nimirum opera ista luderetur. Et quo jure diceres τὸ κεφάλαιον elucidare τὸ ἀρχαῖον, eodem, illud ab hoc elucidari contenderem. Porro, c. Aphob. falsi testimon. p. 846. 24. ed. R. n. 11. Ed. Lutet. Μαρτυριῶν γὰρ πλέον ἢ πάνυ πολλῶν τῶν ἀπασῶν ἀναγνωσθεισῶν et quæ sequuntur: Nimirum scribebatur:

μαρτυριῶν πλέον ἢ ** (Numero abraso)

et rursus:

μαρτυριῶν πάνυ πολλῶν.

In Philip. I. §. δ'. dicitur

συνελόντι δ' ἁπλῶς εἰπεῖν,

Quæ vox ἁπλῶς in nonnullis desideratur. Sc. dixerunt Antiqui eodem animo,

et συνελόντι δ' εἰπεῖν,
et ἁπλῶς δ' εἰπεῖν.

His fortasse conjungenda sunt et ea in Oratione, in qua occupamur, §. κά. in fin.

Τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας [αὐτεπαγγέλτους] [ἐθελοντὰς] παραχωρῆσαι Φιλίππῳ. Vide locum.

Et Philip. I. §. ς'.

Ὡς μὲν οὖν δεῖ τὰ προσήκοντα ποιεῖν [ἐθελοντὰς] ὑπάρχειν ἅπαντας [ἑτοίμους].

In Oratione de Corona ter legitur:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

Sensus optime perficeretur, si legamus, vel:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πόθεν;

Vel:

Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. πολλοῦ γε καὶ δεῖ.

At utrumque dici, inficetum et molestissimum. Unde a nostris MSS. vel hoc vel illud abesse solet. Verum quod omnium maxime memorari et animadverti volebam, incredibile dictu est, quanto æstu laborant nonnulli, cum Æschines ait *decem* legatos, Demosthenes *quinque* tantum, ad Philippum fuisse missos: porro ei numero Demosthenem accenseri ab Æschine, excludi a se ipso: Vel, quod potius, quandoque a se ipso in eo cœtu numerari, quandoque autem prætermitti. Attigi ad Argumentum Orat. π. Παραπρεσβ. Attamen ubi, ais Tu, sibi in ea re adversatur Demosthenes? In ea Causa, quam hodie tractamus. Nam aliquando exaratur de ea Legatione παρόντων ἡμῶν—μὴ ἀπίωμεν ἐκ Μακεδονίας—ἀπαγγειλάντων ἡμῶν—ἀπαγγελλόντων ὑμῖν ἡμῶν, cum in aliis Codd. constanter παρόντων ὑμῶν—μὴ ἀπίωσιν ἐκ Μακεδονίας—ἀπαγγειλάντων αὐτῶν—ἀπαγγελλόντων ὑμῖν τούτων. Vide modo, §. ί. Nimirum consarcinata est Editio, quæ ad nostram ætatem pervenit, ex prioribus, quarum hæc unam, illa alteram partem in hac disceptatione tuebatur. Nam in Editorum nullis, prout hodie circumferuntur, ea est Constantia, qualem jure exspectare potuissemus, si ex uno Exemplari deprome-rentur. Et proinde in eo, quod memoravi, Argumento Orationis *de falsa Legatione* habitæ, cum tenor loci, atque res ipsa tulerit ad eam Hypothesin, ut Demosthenes *secunda* vice ea legatione defungi crederetur: — ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης ἀπῆλθεν ἐν τῇ δευτέρᾳ πρεσβείᾳ. Adhæsit tamen ex *altera Hypothesi* in libris quamplurimis: ἰστέον δὲ, ὅτι Δημοσθένης οὐκ ἀπῆλθεν. Plura fortasse alibi. Jam, ut telam pertexam, si istud impetravero, repeti hic nonnulla atque inconsi-

derate interseri ex diversis exemplaribus, atque semel cœptum esse juxta hunc locum perturbari ; nemo cætera mihi invidebit, sc. permisceri potuisse, atque ex suo ordine moveri, Comma unum atque alterum, quibus Nos postliminium dedimus, et de quibus mox plura dicemus.

Scio equidem, auctoritatem Hermogenis pag. 279. contra me facere, qui iteratas illas Interrogationes (de quibus egimus, p. 31.) Πότερον αὐτὴν ἐχρῆν —; et Ἀλλὰ νῦν ἔγωγε ἡδέως ἂν ἐροίμην, τῆς ποίας μερίδος —; exemplum affert istius Figuræ, quæ Ἐπιμονὴ dicitur a Technicis, et solerter ab Oratoribus antiquis aliquando adhibetur. Ita Ille: Ταύτῃ τῇ ἐννοίᾳ πλέον ἢ τετράκις ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κέχρηται—Διὰ γὰρ τὸ ἔνδοξον τῆς ἐννοίας ἐπιμένει, καὶ δεινῶς ἐπίκειται τῷ ἐχθρῷ, ταῖς συνεχέσιν ἐρωτήσεσι οὐδὲ ἀναπνεῖν ἐῶν. Non nego feliciter olim vibrasse ea fulmina Demosthenem, et sæpissime pertundi et καταῤῥητορεύεσθαι iis artibus adversarium, quem nactus est. An id hoc loco præstare voluerit, vehementer dubito. Judicet æquus lector. Ego interea acumen Hermogenis desidero, qui *plus quam vicibus quaternis* hic ait ingeminari a Demosthene. Teneo quid hominem impulerit, ut ita scriberet. Sed in eo decipiebatur. Et nihil amplius ex istius auctoritate efficitur, quam ut constaret, inveterasse jam inde ab Hermogenis ætate duos istos paragraphos, quorum alterum eliminandum pronunciavi. Neque ego mendi diuturnitatem valde disputo. Verum de tota hac causa plura contendam ad §. θ'. ubi (si nondum vicisse videbor) causa vicero. Et lectorem meum magnopere oro et obtestor, ut adjungeret huic disputationi ea, quæ ibi dicturus ero. TAYLOR.

Ingentem illam ego corrigendi licentiam non sum ausus imitari ; neque fortasse (unam si modo clausulam recidas, Τῶν μέντοι κατηγοριῶν—) usque adeo necessaria videbitur.

Accusationis hujus, inquit Orator, propositum ipsum et prima quasi facies indicia præ se fert hostilis malitiæ et ludibrii. Etenim cum nemini deneganda sit ad populum accedendi copia, quemque libet in jus vocandi, neque tamen qui istuc fecerit vexandi gratia et explendæ invidiæ, aut rectum fecerit, aut civile, aut justum, Athenienses. *Quod nisi hac mente accusator extitisset*, tantis meis flagitiis, cum etiam tum essent recentia, pœnas legibus constitutas opponere illum oportuit, vel læsæ majestatis, vel legum violatarum postulantem ; καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν. (*Me, inquam, atque* hac via *solicitare debuit*: neutiquam enim Ctesiphontem potest confodere per mea latera ; neque enimvero, si me obrui posse confideret, illum unquam petivisset.) Quinetiam si quod aliud eorum, quæ modo calumniose percensebat, me patrantem observasset, sunt leges de omnibus, sunt judicia, sunt actiones, &c. STOCK.

Τὰ μὲν οὖν κατηγορημένα — ἀλλ' ἐφ' οἷς κ. τ. λ.] Hunc locum cum Taylorus aliique ut corruptissimum transpositionibus sanare et emendationibus tentaverint, Reiskius vero, quæ illis viris dubia visa, iis silentio transmissis, pro sano et integro habuerit, in hoc dissensu virorum doctorum, ut fit, timidius ago, cum meam de illo sententiam aperio. Nam alterius utrius judicio ignorantiæ crimen sustinendum esse video. Et tamen faciam. Demosthenes, ad ea responsurus, quæ Æschines in res, ab eo publice gestas, contulerat crimina et mendacia, in universum ante de consilio accusationis (περὶ τῆς προαιρέσεως τοῦ ἀγῶνος) disputat, ut ostendat, Æschinem illo quidem animum sibi inimicissimum prodere, quod crimina illa non olim, suo quodque tempore, objecerit, sed omnia nunc in perniciem suam coacervaverit. Verbis igitur τὰ — τοιαῦτα discrimen facit inter crimina ab Æschine in se dicta, quorum multitudinem et magnitudinem non negat, et inter consilium accusationis ipsum, quod statim ut atrocissimum et pessimum insectatur; *quamquam* — idque verbis τῶν μέντοι — ἐγγὺς continetur — dignam sibi pro malefactis, si vera sint, mulctam imponere nequeat civitas. Ita verba τῶν μέντοι κατηγοριῶν — ἐγγὺς, quæ ut iterationem meram verborum τὰ μὲν οὖν — τιμωρίας ejicienda censuit Taylorus, si pro adjecto membro acceperis, locum habere posse, nemo non videt. Particula μέντοι autem, ut Latinorum *quamquam*, ejusmodi membra prioribus apponi, indicat. Jam vero periodo Οὐ γὰρ ἀφαιρεῖσθαι — γραφόμενον, qua de causa consilium accusationis inimicissimum sibi videatur, demonstrare aggreditur. Itaque particulam γὰρ ad verba τοῦ δὲ — τοιαῦτα referendam esse, nec magis hunc connexum verbis interpositis τῶν — ἐγγὺς turbari, patet, quam loco huic simillimo, quo interpretationem nostram egregie juvari firmarique vides, §. ξ'. Νῦν δ' ἐγὼ μὲν ὑμετέρας τὰς τοιαύτας προαιρέσεις ἀποφαίνω, καὶ δείκνυμι, ὅτι καὶ πρὸ ἐμοῦ τοῦτ' εἶχε τὸ φρόνημα ἡ πόλις· τῆς μέντοι διακονίας τῆς ἐφ' ἑκάστοις τῶν πεπραγμένων καὶ ἐμαυτῷ μετεῖναί φημι οὗτος δὲ, τῶν ὅλων κατηγορῶν, καὶ κελεύων ὑμᾶς ἐμοὶ πικρῶς ἔχειν, ὡς φόβων καὶ κινδύνων αἰτίῳ τῇ πόλει γεγενημένῳ, τῆς μὲν εἰς τὸ παρὸν τιμῆς ἐμὲ ἀποστερῆσαι γλίχεται, τὰ δ' εἰς ἅπαντα τὸν λοι-

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

λιν, οὔσί γε τηλικούτοις, ἡλίκα νῦν [1]δὴ ἐτραγῴδει καὶ διεξῄει, ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις παρ' αὐτὰ τἀδικήματα

[1] † Deest δή.

Ἐτραγῴδει] Obsop. διετραγῴδεις. WOLF. Potius §. ή. in voco. ἡλίκ. νῦν ἐτραγῴδεις. TAYLOR.

Παρ' αὐτὰ τἀδικήματα] Id est, protinus admissis delictis, de quo etiam πρὸς Λεπτίνην. *Ex edit.* HERVAG.

Παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] Εὐθὺς ὅτε ἠδίκουν ἐγὼ ταῦτα. Ferventibus delictis, et flagranti crimine, ut JCti loquuntur. WOLF.

Παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] *Recentibus delictis.* Eo ore omnes fere Interpretes. Ita scribit Josephus Antiq. Jud. p. 416. Ἵνα γνῷς ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοί, μὴ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες, scil. *pœnam ex continente adjectam sceleri*, τὸ ἀμύνασθαι τῷ παθεῖν ὅτι ἐγγυτάτω κείμενον, ut verbis utar Thucydidis, III. 38. Sed et aliam habet et majorem Emphasin, nempe pœnam *juxta formam criminis*, ut dici potest, subeundam; verbi gratia, si Εἰσαγγελίας ἄξια *commiserit*, ut v. 1. p. seq. *eas pœnas* daret, *quæ lege* isti *culpæ affiguntur: si* παράνομα γέγραφε, v. 3. *eas quæ competebant* παράνομα γράφοντι, *denique* (continuatur enim argumentum v. 3. p. 38. sine importunissimo isto commate, quod v. 1. et 2. inveteravit) *cujuscunque demum criminis argueretur, erant leges, erant supplicia, quæ in unumquemque facinorosum peculiariter statuisset Majorum Diligentia.* Jurisprudentia enim Attica accurate distinxit, quo animo, quo gradu maleficii, et quanto cum damno Reip. committeretur unumquodque facinus: et eadem pariter fide et diligentia trutinavit supplicia quoque. Qui Græcos scriptores evolvit sine eo monito et delectu, multa frigide leget, quæ illi exactissime scripserunt. Atque arrepta ea opportunitate, sumere liceat, §. οδ'. hujus Orationis, ubi, quæ cum summa proprietate scripsit Demosthenes, vel levissime, ut dixi, feriunt lectorem, Fori Attici hospitem, rerum istarum indiligentem, et in eo Jure minus exercitatum.

Ἐν οἷς εἰσηγγελλόμην, ὅτε ἀπεψηφίζεσθέ μου, καὶ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων τοῖς διώκουσιν οὐ μετεδίδοτε, τότ' ἐψηφίζεσθε τὰ ἄριστά με πράττειν.

Ea erat Εἰσαγγελίας Conditio et Natura. Atque ad istum ritum pertinent solennia ista, ἐψηφίζεσθε — ἀπεψηφίζεσθε — τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. Sequitur Criminis et Processus Species altera:

Ἐν οἷς δὲ τὰς γραφὰς ἀπέφυγον, ἔννομον καὶ γράφειν καὶ λέγειν ἀπεδεικνύμην.

Ecce ut stilum vertat? γραφὰς φεύγειν — ἀποφεύγειν — ἀποδείκνυσθαι ἔννομα γράφειν. Quæ non temere aut inconsulto variantur. Sequitur:

Ἐν οἷς δὲ τὰς εὐθύνας ἐπεσημαίνεσθε, δικαίως καὶ ἀδωροδοκήτως πάντα πεπράχθαί μοι προσωμολογεῖτε.

Erat et hæc quædam quasi Accusationis Species, sed in se recepit calculi quandam rationem, eosque ritus, qui in scrutando, ponderando, inquirendo atque computando fere exercebantur. Dixit ergo ἐπισημαίνεσθαι: quod de Rationibus *subscribendis* atque *obsignandis* dicitur. Iterumque dixit προσωμολογεῖτε: quæ pariter Vox solenniter et quasi ritualiter adhibetur, cum rationibus probe subductis, FELICITER, aut ACCURATE, pronunciatum. Æsch. c. Ctesiph. 447. 1. ed. R. p. 387. ed. T. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὰν ὁ λογισμὸς συγκεφαλαιωθῇ, οὐδεὶς ὑμῶν ἐστὶν οὕτω δύσκολος τὴν φύσιν, ὅστις οὐκ ἀπέρχεται τοῦθ' ὁμολογήσας, καὶ ἐπινεύσας ἀληθὲς εἶναι, ὅ, τι ἂν αὐτὸς ὁ λογισμὸς (vel, ut vertente pagina scripsit, ὁ τῆς ἀληθείας λογισμὸς) αἱρῇ. An eo dico quæ lectori probari possunt? Nondum tamen omnia, quæ videor deprehendisse. Nam cum ibidem concludit Demosthenes, et rem ad quandam quasi ἀνακεφαλαίωσιν reducit, ibi *distinctionis, proprietatis* et *decoris* memor, accurate subjungit:

Τί προσῆκον ἦν—τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένοις θέσθαι τὸν Κτησιφῶντα ὄνομα; οὐχ ὃ τὸν δῆμον ἑώρα τιθέμενον; οὐχ ὃ τοὺς ὀμωμοκότας δικαστάς; οὐχ ὃ τὴν ἀλήθειαν παρὰ πᾶσι βεβαιοῦσαν;

Non est utiquet emere factum, quod ad Εἰσαγγελίαν, τὸν δῆμον, ad γραφὰς, τὸν δικαστὴν, ad Εὐθύνας denique τὴν ἀλήθειαν accommodaret. Ita cum scripsit Demosthenes §. λή. Ἐξέλιπες ἐν ταῖς εὐθύναις, ἐν ταῖς γραφαῖς, ἐν ταῖς ἄλλαις κρίσεσι, bene subjungit Ulpianus, sc. εὐθύνη ἐστὶν ὧν δημοσίᾳ τις ἐπιστεύθη· γραφὴ ἐπὶ τῶν παρανόμων· κρίσις δὲ ἐπὶ ἐγκλήματος. Ita scriptum est c. Stephanum II. Μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὐτῷ, οὔτ' ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ' ἐπὶ ταῖς δίκαις, οὔτ' ἐν ταῖς εὐθύναις. Idem tamen §. οδ'. hujusce Orationis distinxit propius ad ea, quæ proferimus, scil. Καὶ γραφὰς, εὐθύνας, εἰσαγγελίας, πάντα ταῦτα ἐπαγόντων μοι. Sed hæc a me sunt alio loco expendenda.

Atque isti usui, quem dixi, commode inservit Præpositio παρά. Quæ comparationem quandam (*juxta-positionem* vocant technice) repræsentat: atque monet rationem esse institutam inter pœnam et male-

χρῆσθαι, εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά μ' ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἰς κρίσιν καθιστάντα παρ' ὑμῖν, εἰ δὲ γράφοντα παράνομα, παρανόμων γραφόμε-

fieium. Licet ergo hæc et similia in leviori sensu nonnunquam accipiantur, et *statim*, *confestim*, etc. significent, nempe §. ξς'. Διόπερ τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους φυγὼν — Et similiter, modo, Ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ, καὶ φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους, verumtamen ad nostram sententiam prope et probe accedit id, quod dicitur §. λ'. Φέρε δὴ παρὰ τοῦτον, τὸν ἐκ τοῦ ἐμοῦ νόμου κατάλογον: Age *conferas*, *apponas* utriusque nostrum catalogum, ut quid intersit, dispicere possimus. Eo igitur animo sæpissime in his Orationibus reperitur παραναγινώσκειν τοὺς νόμους sc. τὰ ψηφίσματα, aut aliquid ejusmodi. Age recita causam, quæ in jus deducitur, et *juxta* quoque recita leges. Ὑπομνήσατ' αὐτὸν ἄνευ θορύβου τὸ σανίδιον λαβεῖν, καὶ τοὺς νόμους τῷ ψηφίσματι παραναγνῶναι. Æsch. c. Ctesiph. 590. 3. ed. R. 443. l. 1. ed. T. Similiter p. 577. pen. ed. R. p. 438. l. 3. ed. T. ἀναγνώσεται ὑμῖν τὸ ψήφισμα· παρανάγνωθι καὶ ὁ γέγραφε Κτησιφῶν. Adde eundem p. 241. 1. R. p. 260. l. 6. T. p. 268. 10. R. p. 271. l. 16. T. et notas ad loc. ubi Lector meus consulere admonebatur, quæ Vir doctissimus habiturus erat ad Æschinem p. 582. R. p. 439. 17. T. Cl. enim Marklandus in eo loco pro πάλιν ἀναγινώσκειν, fretus iis exemplis, quibus in hac re modo utimur, παραναγινώσκειν legi jusserat. Quod cum optima fide præstare potui, deterritus tamen iis verbis, quæ ex Polluce ibidem adduxi, ab ea Correctione abstinui, licet peritissime judicavit Vir præstantissimus; atque ad eam normam, in qua jam laboramus, summa cum proprietate dici ab Æschine potuisset παρανάγνωθι τοὺς νόμους καὶ τὸ ψήφισμα. Denique ea Locutio extra Forum deprehenditur quoque: ut ubi ait Demosthenes §. π'. Φέρε δὴ καὶ τὰς τῶν λειτουργιῶν μαρτυρίας, ὧν λελειτούργηκα, ὑμῖν ἀναγνῶ πάσας· παρανάγνωθι δὴ ἡμῖν καὶ σὺ τὰς ῥήσεις, ἃς ἐλυμαίνου. *Recitentur monumenta meorum in Remp. benefactorum*, et una quoque, juxta, comparandi gratia, *Senarii*, *quos ille infelix Actor* recitando *labefactavit*. Porro: a παραναγινώσκειν recta deducimur ad παραγράφεσθαι Quod cum significet, *non nude* et *simpliciter describere*, verum eo animo, ut in contentionem veniat, atque ideo opponi possit, id quod describitur, idcirco de *Exceptoriis* in Jure Attico usurpatur, de qua re disputavi ad Aristocrateæ p. 629. 16. R. tom. III⁰. p. 344. col. 2. T. Hæc autem si vere dicantur, et arbitror esse verissima, hallucinatur Wolfius aliquoties in vertendis nostris Auctoribus. Ait Æschines c. Ctesiph. pag. 539. 2. R. p. 442. l. 12. T. *Quemadmodum in architectonica rectitudinem* et *obliquitatem discernimus*, *normam applicando*, οὕτω καὶ ἐν ταῖς γραφαῖς τῶν παρανόμων παράκειται κανὼν τοῦ δικαίου, τουτὶ τὸ σανίδιον, sc. hæc Tabella litis institutæ, (Libellus) καὶ τὸ ψήφισμα, Decretum, quod tulit Ctesipho, καὶ οἱ παραγεγραμμένοι νόμοι, sc. *Leges quas describi fecimus*, *juxta apponi curavimus*, *et quibus*, ut *exceptoriis*, *utimur contra jus*, *quod Ctesipho sua rogatione statui voluit*. Ita verto liberius, et justius credo, quam *Wolfius*, qui habet miserrima hæc verba, scil. *leges*, *quibus fraus facta* est. Neque hilum proficit Interpres Etruscus: *le leggi publicamente scritte*. Rursus in hac oratione §. λγ'. Λόγων, οὓς οὗτος ἄνω καὶ κάτω διακυκῶν ἔλεγε περὶ τῶν παραγεγραμμένων νόμων: *de violatis legibus*, ait Wolfius: Et Ferrus, jam sibi dispar: *delle leggi ingiustamente scritte*. Neuter recte. Neque quidem Scholiastes ad locum: Qui quid intellexit per hæc verba, νόθων νόμων, ὧν εἰσῆγεν Αἰσχίνης, παρ' οὓς παρέγραψα τὸ ψήφισμα, ipse viderit. Tantum scio, locum ipsum non ab eo fuisse intellectum. Taylor. Conf. Petiti comm. in leg. Atticas p. 429. ed. Wesseling. et de vi παρὰ Heusing. ad Juliani Cæsares p. 107. sq. Harl.

Παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα] Mentem Oratoris propius attigisse mihi videntur, qui vertunt, *recentibus delictis*, (dicit enim ille mox, ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ, καὶ φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους) et usitatam etiam locutionis ipsius significationem. Joseph. Antiq. Jud. p. 416. (quem citat Taylorus) hæc habet: ἵνα γνῷς, ὅτι κερδαίνουσιν οὐδὲν οἱ κακοὶ, μὴ παρ' αὐτὰ τἀδικήματα κολασθέντες, *pœnam ex continente adjectam* sceleri. Demost. c. Pantænetum, (p. 966. in fin. ed. Reisk.) ἁπάντων δ' ἀνθρώπων εἰωθότων παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα μᾶλλον, ἢ χρόνῳ ἐγγεγενημένων, ἀγανακτεῖν. Stock.

Εἰ μὲν εἰσαγγελίας ἄξια πράττοντά με ἑώρα, εἰσαγγέλλοντα, &c. εἰ δὲ γράφοντα παράνομα] *Si me vidisset rogationem ad populum ferentem legibus contrariam, aut contra legum interdicta aliquid promulgantem.* Est enim παρανόμων γράφεσθαι, idem quod κατηγορεῖν τοῦ παράνομα γράφοντος.

νον· οὐ γὰρ δή που Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ δ' εἴπερ [1] ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. καὶ μὴν εἴ τι τῶν ἄλλων, ὧν [2] νῦν διέβαλλε καὶ διεξῄει, ἢ καὶ ἄλλ' ὁτιοῦν ἀδικοῦντά μ' ὑμᾶς ἑώρα, εἰσὶ νόμοι περὶ πάντων καὶ ἀγῶνες καὶ κρίσεις καὶ τιμωρίαι, πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τὰ ἐπιτίμια. καὶ τούτοις ἐξῆν αὐτῷ ἅπασι χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ, καὶ ὁπηνίκα ἐφαίνετο ταῦτα πεποιη- 230
κὼς καὶ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρημένος τοῖς πρὸς ἐμέ, ὡμολογεῖτ' ἂν ἡ κατηγορία τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Νῦν δ' ἐκστὰς τῆς ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ καὶ φυγὼν τοὺς παρ' αὐτὰ τὰ πράγματα ἐλέγχους, τοσούτοις ὕστερον χρόνοις αἰτίας καὶ σκώμματα καὶ λοιδορίας συμφορήσας ὑποκρίνεται· εἶτα κατηγορεῖ μὲν ἐμοῦ, κρίνει δὲ τουτονί, καὶ τοῦ μὲν ἀγῶνος ὅλου τὴν πρὸς ἐμέ πως ἔχθραν προΐσταται, οὐδαμοῦ δ' ἐπὶ ταύτην ἀπηντηκὼς ἐμοὶ τὴν ἑτέρου ζητῶν ἐπιτιμίαν ἀφε-

[1] † ἐξελέγχειν

[2] † νυνὶ

*Ex. edit.* HERVAG.

Οὐ γὰρ δήπου κ. τ. λ.] Ita suum scholiolum curiosus aliquis lector allevit ad oram Exemplaris *Altempsiani:* Ταῖς μὲν κατηγορίαις καὶ ταῖς ἐκ τῶν νόμων τιμωρίαις πολιτικὸν ἦν τότε, καὶ δίκαιον ἅμα παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα χρῆσθαι· καὶ οὐ νῦν. οὐ γὰρ δύναται ἐκ τοῦ κρίνειν καὶ διώκειν ἐμὲ, ὥστε καταδικάσασθαι τὸν Κτησιφῶντα. Wolfius, perinde ac legisset: Εἰ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμὲ, ἐμὲ δ', εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο, ita vertit: *Cum enim* Ctesi*phontem* propter *me* persequi *judicio possit, ipsi mihi profecto, si* convinci posse *confideret, non pepercisset.* Venetus ita: *Non enim Ctesiphontem jure* accusare *valet mea causa, me* quidem *ipsum* si *convincere posse* putasset, *non accusasset?* Etruscus: *Percioche non puo* esser *questo, che* egli *per amor mio habbia* accusato *Tesifonte;* e *me,* se *egli havesse* sperato *di* convincermi, *non mi havesse* accusato. Alius: *Non enim utique Ctesiphontem quidem* potest *judicio* persequi propter *me: me* vero, *siquidem* convincere *existimabat* ipsum, *non accusasset:* Et similiter Lambinus. Harum vero nulla Versionum vel minimum sensum exhibet, neque si verba per se ipsa contemplemur, neque si eam relationem aut nexum, quem habere debent cum iis, quæ præcedunt, aut iis quæ sequuntur, et quem hodie infeliciter sane interpellant. Ita Πόνος πόνῳ πόνον φέρει, et labes labi materiam præbet. Si hoc videbitur, dele: mox rostituemus in suo loco. Vide statim ad finem §. ϛ'. TAYLOR.

Δήπου] *Utique.* v. Hoogeveen de partic. p. 305. HARL.

Ἐμὲ δ' — αὐτὸν] Ἀντὶ τοῦ, ἐμαυτὸν δὲ, Attica Tmesi, et interpositis aliquot vocibus. WOLF. Perperam. TAYLOR.

Ἐξελέγξειν ἐνόμιζεν. αὐτὸν, οὐκ ἂν —] Sic distinguit Aug. 1. addito scholio ἀντὶ τοῦ ἐμὲ αὐτόν. REISKE. ἐξελέγξειν etiam codd. Wolfenbütt. et Harl. At enim observavit Wunderlich. præfat. p. 16. ubi de re agitur, futura quidem, sed quæ continuo aut incipit aut eventum habet, aoristi vel præsentis infinitivum significatione futuri poni. Dein cum cod. August. et Reiskio ac Wunderl. scripsi, οὐκ ἂν ἐγράψατο, *illum in jus non vocasset.* Alii autem ἂν omittunt. HARL.

Καὶ τούτοις] In plerisque et melioribus, καὶ τούτοις ἐξῆν αὐτῷ πᾶσι χρῆσθαι κατ' ἐμοῦ. TAYLOR. VV. enim αὐτῷ et κατ' ἐμοῦ omittuntur in ed. Tayl. quæ etiam paulo ante τιμωρίαι, καὶ ἀγῶνες, καὶ κρίσεις habet.

Αὐτοῦ] Non jungendum est cum ἔργοις, sed cum κατηγορία. AUGER.

Ὑποκρίνεται] Conferas de usu et significatu hujus vocaboli Io. Benedict. Carpzou. in libro eleganti et urbano: *Paradoxon Stoicum Aristonis Chii* — (Lips. 1742.) Sect. I. cap. V. pag. 90. seq. et Sect. II. cap. VI. pag. 341. et in indice rerum sub voc. ὑποκρίνεσθαι. HARL.

Ἐπιτιμίαν ἀφελέσθαι] Hoc est, ἀτιμῶ-

λέσθαι φαίνεται. Καίτοι πρὸς ἅπασιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, οἷς ἂν εἰπεῖν τις ὑπὲρ Κτησιφῶντος ἔχοι, καὶ τοῦτ' ἔμοιγε δοκεῖ καὶ μάλ' εἰκότως ἂν λέγειν, ὅτι τῆς ἡμετέρας ἔχθρας ἡμᾶς ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν δίκαιον ἦν τὸν ἐξετασμὸν ποιεῖσθαι, οὐ τὸ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι παραλείπειν, ἑτέρῳ δ' ὅτῳ κακόν τι δώσομεν ζητεῖν· ὑπερβολὴ γὰρ ἀδικίας τοῦτό γε.

ζ'. Πάντα μὲν τοίνυν τὰ κατηγορημένα ὁμοίως ἐκ τούτων ἄν τις ἴδοι οὔτε δικαίως οὔτ' ἐπ' ἀληθείας οὐδεμιᾶς εἰρημένα· βούλομαι δὲ καὶ καθ' ἓν ἕκαστον [1] αὐτῶν ἐξετάσαι, καὶ μάλισθ' ὅσα ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρεσβείας κατεψεύσατό μου, τὰ πεπραγμένα ἑαυτῷ μετὰ Φιλοκράτους ἀνατιθεὶς ἐμοί. Ἔστι δ' ἀναγκαῖον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ προσῆκον ἴσως, ὡς κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους εἶχε τὰ πράγματα, ἀναμνῆσαι [2] ὑμᾶς, ἵνα πρὸς τὸν ὑπάρχοντα καιρὸν ἕκαστα θεωρῆτε. Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ συστάντος πολέμου — οὐ δι' ἐμέ· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγ' ἐπολιτευόμην πω τότε — πρῶτον μὲν ὑμεῖς οὕτω διέκειστε, ὥστε Φωκέας μὲν βούλε-
231 σθαι σωθῆναι, καίπερ οὐ δίκαια ποιοῦντας ὁρῶντες, Θηβαίοις δ' ὁτιοῦν ἂν ἐφησθῆναι παθοῦσιν, οὐκ ἀλόγως οὐδ' ἀδίκως αὐτοῖς ὀργιζόμενοι· οἷς γὰρ εὐτυχήκεσαν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως [3] ἐχρήσαντο. ἔπειθ' ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διειστήκει, καὶ οὔθ' οἱ μισοῦντες Λακεδαιμονίους οὕτως ἴσχυον,

[1] † αὐτῶν [2] † ὑμᾶς [3] † ἐκέχρηντο

*σαι*, *infamia notare*: qua pœna afficeretur Ctesiphon, si causa victus mulctam L talentum solvere non potuisset. Vid. Potter. I. 25. et infra Not. ad §. 97. Stock.

Ὑπερβολὴ — τοῦτό γε] Istam ὑπερβολὴν ἀδικίας, quam in Æschine reprehendit, potuit luculentius descripsisse, si comma istud turbulentum [οὐ γὰρ δήπου— οὐκ ἂν ἐγράψατο.] hic sequeretur. Scil. *Utrumque est injustum et incivile, Ctesiphonti quidem* litem intendere: *me autem per totam causam* accusare. *Meæ enim Criminationes ad istius condemnationem pertingere non possunt aut debent*, οὐ γὰρ δήπου Κτησιφῶντα μὲν δύναται διώκειν δι' ἐμέ. Illud prius: Proximum est, *neque rursus confidit posse, ut me reum perageret, aliter contra me actionem instituisset, non contra Ctesiphontem*: vel, ut Græca sonant, ἐμὲ δ' εἴπερ ἐξελέγχειν ἐνόμιζεν, αὐτὸν οὐκ ἂν ἐγράψατο. Nihil certius, quam ut ἐμὲ ad ἐξελέγχειν (vel ut Codd. Vindob. Guelph. et Harl. ἐξελέγξειν) jure sit referendum, αὐτὸν ad ἐγράψατο. Et si non pro vero venditem, vero tamen simile haberi velim, erraticum istud Comma hic jure optimo sisti oporteri. Ita infaustissimo huic Paragrapho valedicere liceat: quem alii forsan felicius vindicare possint; Nemo sollicitius exploravit. Taylor.

ζ'. Τοῦ γὰρ Φωκικοῦ κ. τ. λ.] Certatim hoc Comma a Rhetoricis laudatur, a Quintiliano V. 2. fin. ab Hermogene pagg. 281. 286. 287. 307. a Demetrio Phaler. §. 322. 323. Aquil. Rom. pag. 16. Idem.

Τοῦ Φωκικοῦ, &c.] Seilerus animadvertit, secundum Diodorum Siculum bellum hoc ortum esse anno sexto regni Philippici, Olymp. 106. an. 2. Demosthene circiter XXVII. annum agente. Harl.

Πελοπόννησος] Vide Longin. cap. 24. Taylor.

ὥστ' ἀνελεῖν αὐτούς, οὔθ' οἱ πρότερον δι' ἐκείνων ἄρχοντες κύριοι τῶν πόλεων ἦσαν, ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν ἔρις καὶ ταραχή. Ταῦτα δ' ὁρῶν ὁ Φίλιππος — οὐ γὰρ ἦν ἀφανῆ — τοῖς παρ' ἑκάστοις προδόταις χρήματα ἀναλίσκων πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν, εἴτ' ἐν οἷς ἡμάρτανον οἱ ἄλλοι καὶ κακῶς ἐφρόνουν, αὐτὸς παρεσκευάζετο καὶ κατὰ πάντων ἐφύετο. ὡς δὲ ταλαιπωρούμενοι τῷ μήκει τοῦ πολέμου οἱ τότε μὲν βαρεῖς, νυνὶ δ' ἀτυχεῖς Θηβαῖοι φανεροὶ πᾶσιν ἦσαν ἀναγκασθησόμενοι καταφεύγειν ἐφ' ὑμᾶς, ὁ Φίλιππος, ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο μηδὲ συνέλθοιεν αἱ πόλεις, ὑμῖν μὲν εἰρήνην, ἐκείνοις δὲ βοήθειαν ἐπηγγείλατο. Τί οὖν συνηγωνίσατο [1] αὐτῷ πρὸς τὸ λαβεῖν ὀλίγου δεῖν ἑκόντας ὑμᾶς ἐξαπατωμένους; Ἢ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων — εἴτε χρὴ κακίαν εἴτ' ἄγνοιαν εἴτε καὶ ἀμφότερα ταῦτ' εἰπεῖν, οἱ πόλεμον συνεχῆ καὶ μακρὸν πολεμούντων ὑμῶν, καὶ τοῦτον ὑπὲρ τῶν κοινῇ πᾶσι συμφερόντων, ὡς ἔργῳ φανερὸν γέγονεν, οὔτε χρήμασιν οὔτε σώμασιν οὔτ' ἄλλῳ οὐδενὶ τῶν πάντων συνελάμβανον [2] ὑμῖν· οἷς καὶ δικαίως καὶ προσηκόντως ὀργιζόμενοι ἑτοίμως ὑπηκούσατε τῷ Φιλίππῳ.

η'. Ἡ μὲν οὖν τότε συγχωρηθεῖσα εἰρήνη [3] τῷ Φιλίππῳ διὰ ταῦτα, οὐ δι' ἐμέ, ὡς οὗτος διέβαλλεν, ἐπράχθη· τὰ δὲ τούτων ἀδικήματα καὶ δωροδοκήματα ἐν αὐτῇ τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων, [4] ἐάν τις ἐξετάζῃ δικαίως, αἴτια εὑ- 232

[1] † αὐτῷ [2] † ὑμῖν [3] † Desunt vv. τῷ Φιλίππῳ. [4] † ἄν

Οὔθ' οἱ πρότερον κ. τ. λ.] Significat, τοῖς δεκαδάρχαις (de quibus vide Isocratis Panegyricum et Panathenaicum) magistratum fuisse abrogatum. Wolf.

Ἄκριτος] Vide Harpocr. in v. et Suid. qui per ἀδιάκριτον exponunt. Adde H. Steph. Thes. Gr. L. T. II. col. 430. qui de vi et usu istius vocabuli disputat. Exponere liceat *Contentionem tacitam et obductam, quæ nondum in apertum bellum erupit.* Taylor.

Τοῖς ἄλλοις] Rescribe juxta probatissima exemplaria, καὶ παρὰ τούτοις, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν. Sunt autem Reg. α. Guelph. Vindob. Aug. et Harl. qui conspirant amice. Idem. VV. enim παρὰ et Ἕλλησιν desiderantur in ed. Tayl. quæ infra etiam v. 9. νῦν pro νυνὶ exhibet: et v. 14. ὑμᾶς ἑκόντας, et v. 18. οὐδ' ἄλλῳ, et v. 22. διέβαλλεν.

Ἐτάραττεν] Ἐξήραττεν, vel ἐπήραττεν, ab Ἀράττω. Markland.

Πάντας συνέκρουε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν] Id est, *bella inter eos committebat et eiebat.* Id enim συγκρούειν significat *collidere*, et *in conflictum impellere*, quemadmodum et ταράττειν. *Ex edit.* Hervag.

Ἵνα μὴ τοῦτο γένοιτο] Bello inter Phocenses et Locrenses orto, illis Athenienses, his, Locrensibus, Thebani miserunt auxilia. Ad alendam belli inter Thebanos et Athenienses flammam Philippus, ut res publicæ Græcæ semet ipsæ conficerent, et ipse victor discederet, Thebanis contra Athenienses auxilia obtulit, neque tamen arma movere pacisque tranquillitatem turbaturus videri voluit. Æschines vero arguit Demosthenem, ab hoc pacem illam periculi damnique plenam esse perfectam. Harl.

ρήσει. Καὶ ταυτὶ πάνθ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκριβολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι. εἰ γὰρ εἶναί τινα δοκοίη τὰ μάλιστα ἐν τούτοις ἀδικήματα, οὐδέν ἐστι τούτων δή ϖου πρὸς ἐμέ· ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος εἰπὼν καὶ μνησθεὶς [1] ϖερὶ τῆς εἰρήνης Ἀριστόδημος ἦν ὁ ὑποκριτής, ὁ δ' ἐκδεξάμενος καὶ γράψας καὶ ἑαυτὸν μετὰ τούτου μισθώσας ἐπὶ ταῦτα Φιλοκράτης ὁ Ἀγνούσιος, ὁ σὸς Αἰσχίνη κοινωνός, οὐκ ἐμός, οὐδ' ἂν σὺ διαῤῥαγῆς ψευδόμενος· οἱ δὲ συνειπόντες [2] ὁτουδήποθ' ἕνεκα — ἐῶ γὰρ τοῦτό γ' ἐν τῷ παρόντι — Εὔβουλος καὶ Κηφισοφῶν, ἐγὼ δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ. Ἀλλ' ὅμως, τούτων τοιούτων ὄντων καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας οὕτω δεικνυμένων, εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀναιδείας, ὥστ' ἐτόλμα λέγειν, ὡς ἄρ' ἐγὼ ϖρὸς τῷ τῆς εἰρήνης αἴτιος γεγενῆσθαι ἔτι καὶ κεκωλυκὼς εἴην τὴν πόλιν μετὰ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων αὐτὴν ϖοιήσασθαι. Εἶτ' ὦ — τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσεί-

[1] † ὑπὲρ

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης] Omnes fere l. s. uno ore μνησθεὶς ϖερὶ τῆς εἰρήνης. Sunt autem Ven. Guelph. Aug. Ital. Vindob. et Parisienses Regii α. β. ε. ζ. η. Annotavi de hac re ad Æschinem p. 452. 5. R. p. 389. l. 9. T. Noster quod in §. δ'. ait: ϖαραστῆσαι ϖᾶσιν ὑμῖν ϖερὶ ταυτησὶ τῆς γραφῆς γνῶναι, idem §. ε. ἀλλοτριώτερον τῶν ὑπὲρ τῆς γραφῆς δικαίων ἀκούῃ μου. Servius ad Virg. IV. Æn. 233. SUPER *sua laude*] *Id est*, PRO *sua laude, et Græcum est Schema. Sic enim Demosthenes,* ὑπὲρ τοῦ στεφάνου, *id est*, Pro *Corona*. Ita minus erit necessarium semper ad emendationem confugere, sicubi hæ voces turbari et inter se commisceri videantur. Vide Not. p. 522. 16. R. tom. III. p. 175. col. 1. T. et p. 532. 9. R. p. 180. 2. T. TAYLOR. V. præc. deest τούτων in ed. Tayl.

Τολμᾷ] [Ita Tayl.] Τολμᾷν Ven. et Reg. ζ. ἐτόλμα Guelph. Aug. Vind. et ex Regg. Parisiensibus Cod. α. Neutrum credo necessarium. Æsch. c. Ctesiph. p. 610. 10. R. p. 448. l. 8. T. οὕτω γάρ ἐστι δεινὸς — ὥστε οὐκ ἀπόχρη κ. τ. λ. Et Noster infra, §. ια'. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ—ὥστε πάλιν μισθοῦται τουτονί. TAYLOR.

Εἰς τοῦθ' ἧκεν ἀναιδείας, ὥστε τολμᾷ λέγειν, ὡς ἄρα ἐγὼ — κεκωλυκὼς εἴην] Quam lectionem Reiskius ex quatuor prætulerat codicibus, ὥστ' ἐτόλμα, erat, quod ægre relinquerem. Nam imperfectum ἧκεν, ut ἐτόλμα sequeretur, postulare videbatur. Ita apud Demosth. in Mid. c.

[2] † ὅτου δήποτε

13. Καὶ τοσαύτῃ γ' ἐχρήσατο ὑπερβολῇ, ὥστε, κἂν εἰς δοῦλον ὑβρίζῃ τις, ὁμοίως ἔδωκεν τούτου γραφὴν aoristi, res uno tempore gestas significantes, recte se excipiunt. Adde imperfecta ibidem c. 7. ἀλλὰ τοσούτῳ (ὕβρεως) αὐτῷ περιῆν, ὥστε ἐστεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε, τοὺς χορηγοὺς συνῆγεν ἐϖ' ἐμέ; ubi cur Spaldingius συνήγαγεν malit, causam idoneam desidero. Accedebat, quod ad res, ab Æschine in oratione expositas, enarrandas imperfecto ex more utitur Demosthenes, ut §. ε. κατεψεύδου καὶ διέβαλλες, §. η. διέβαλλεν. At vero præsens quoque tum Demosthenem usurpare tenebam, ut §. ς'. Νῦν — ὑποκρίνεται, §. η. κατηγορεῖς, §. θ'. εἶτα — λέγει — διαβάλλει; nec immemor eram loci §. ια'. οὕτω δ' ἦν ὁ Φίλιππος ἐν φόβῳ καὶ ϖολλῇ ἀγωνίᾳ — ὥστε πάλιν μισθοῦται τὸν κατάϖτυστον τουτονί. Nam præsenti μισθοῦται consuetudine historicorum pro ἐμισθώσατο posito scripturam nostrum τολμᾷ pro ἐτόλμησε defendi, nemo negabit. Itaque hoc quidem loco insolentiorem formam præferendam duxi. WUNDERL.

Εἶτ' ὦ, τί ἂν εἰπὼν] Recte hanc figuram dicendi cepit Wolfius: nonnullos perterrefecit. Neque bonus Etruscus vidit, quidnam rei hic ageretur. Suidas v. Ὦ μηδαμῶς. Τὸ τοιοῦτον σχῆμα Ἀποσιώπησις λέγεται. ἔστι καὶ ϖαρὰ Δημοσθένει τὸ ὅμοιον. Ἀλλ' ὦ, τί ἄν τις σε εἰπὼν ὀρθῶς ϖροσείϖοι; Εἰρηκότος γὰρ αὐτοῦ μηδαμῶς, εἶπεν, Ὦ μηδαμῶς. Ut postrema hæc intelligantur, conferas Aristoph. Acharn.

ποι; ἔστιν ὅπου σὺ παρὼν, τηλικαύτην πρᾶξιν καὶ συμμαχίαν, ἡλίκην [1] νῦν δὴ ἐτραγῴδεις καὶ διεξῄεις, ὁρῶν ἀφαιρούμενόν με τῆς πόλεως ἠγανάκτησας [2] καὶ παρελθὼν ταῦτα, ἃ νῦν κατηγορεῖς, ἐδίδαξας καὶ διεξῆλθες; Καὶ μὴν εἰ τὸ κωλῦσαι τὴν τῶν Ἑλλήνων κοινωνίαν ἐπεπράκειν ἐγὼ Φιλίππῳ, σοὶ τὸ μὴ σιγῆσαι λοιπὸν ἦν, ἀλλὰ βοᾶν καὶ διαμαρτύρεσθαι καὶ δηλοῦν τουτοισί. οὐ τοίνυν ἐποίησας οὐδαμοῦ τοῦτο, οὐδ' ἤκουσέ σου ταύτην τὴν φωνὴν οὐδείς. Εἰκότως· οὔτε γὰρ ἦν πρεσβεία πρὸς οὐδένας ἀπεσταλμένη τότε τῶν Ἑλλήνων, ἀλλὰ πάλαι πάντες ἦσαν ἐξεληλεγμένοι, οὔθ' οὗτος ὑγιὲς περὶ τούτων εἴρηκεν οὐδέν. Χωρὶς δὲ τούτων καὶ διαβάλλει τὴν πόλιν τὰ μέγιστα ἐν οἷς ψεύδεται. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἅμα τοὺς μὲν Ἕλληνας εἰς πόλεμον παρεκαλεῖτε, αὐτοὶ δὲ πρὸς Φίλιππον περὶ εἰρήνης [3] πρέσβεις ἐπέμπετε, Εὐρυβάτου πρᾶγμα, οὐ πόλεως ἔργον οὐδὲ χρηστῶν ἀνθρώπων διεπράττεσθε. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· τί γὰρ καὶ βουλόμενοι μετεπέμπεσθ' ἂν [4] αὐτοὺς ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ; ἐπὶ τὴν εἰρήνην; ἀλλ' ὑπῆρχεν ἅπασιν. ἀλλ' ἐπὶ τὸν πόλεμον; ἀλλ' αὐτοὶ περὶ εἰρήνης ἐβουλεύεσθε. [5] Οὔκουν οὔτε τῆς [6] ἐξ ἀρχῆς εἰρήνης ἡγεμὼν οὐδ' αἴτιος ὢν ἐγὼ φαίνομαι, οὔτε τῶν ἄλλων, ὧν κατεψεύσατό μου, οὐδὲν ἀληθὲς ὂν δείκνυται. 233

θ'. Ἐπειδὴ τοίνυν ἐποιήσατο τὴν εἰρήνην ἡ πόλις,

[1] νῦν διετραγῴδεις [2] † ἢ [3] [πρέσβεις] [4] † αὐτοὺς
[5] † οὐκοῦν [6] † ἐξαρχῆς

333. ad quem verba hæc olim annotabantur, et cujus σχ. compilavit Suidas, ut solet. Adde Hermog. pag. 179. 352. TAYLOR.

Πρᾶξιν] Quid si παράταξιν, *Apparatum?* Recte conjungitur cum voce συμμαχίαν. Et credo, tametsi neutiquam corroboretur a MStis, eam esse lectionem unice veram. IDEM. v. seq. δὴ in ed. Tayl. deest; et v. 4. ἢ διεξ· et v. 9. οὐδένα, et v. 13. μὲν ἄλλους Ἑλλ. legg.

Ταύτην] Leg. ταύτην τὴν φωνήν. εἰκότως. οὔτε γὰρ — WOLF.

Οὐδεὶς] Subjicitur in optimis Exemplaribus et plurimis, Guelph. Harl. Vindob. Regg. α. β. ε. ζ. et Edit. Felician. εἰκότως [desid. in ed. Tayl.]. Reote. TAYL.

Ἐξεληλεγμένοι] Recte Wolfius. Item Etruscus: *gran tempo era che ci erauamo chiariti de gli animi di tutti loro.* Plurimi offendunt: Ἀποδεδειγμένοι reoto, Ulpian. IDEM.

Ἐξαρχῆς] Ulpianus hæc illustrat, ad Demosth. π. Παραπρεσβ. pag. 369. 17. R. p. 145. l. ult. T. Vide Æschin. 448. 1. R. 388. 9. T. IDEM.

Οὔτε τῶν ἄλλων οὐδὲν—οὐδὲν] [Ita Tayl.] Licet Græci negativis sæpenumero gaudeant, (de qua re Priscian. col. 1196. Vide supra §. β'. hujusce Orationis) hæc tamen omnem modum superant, et prius οὐδὲν reote ideo abest a Codd. Regg. α. ε. η. Aug. Harl. et Vindob. IDEM.

Οὐδὲν] Ego etiam οὐδὲν vulgatum post ἄλλων delevi. Conf. infra ad cap. 97. sub fin. Ernesti ad Callim. hymn. in Cerer. v. 18. Dorvill. ad Charit. p. 200. , Ceterum in densatis hisce et coacervatis argumentis vide exemplum vis Demosthenis! HARL.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

τὴν Ἐργίσκην, οὕτω γίγνοιν̓θ' οἱ ὅρκοι, καὶ μὴ προλαβὼν ἐκεῖνος τοὺς ἐπικαίρους τῶν τόπων κύριος τῆς Θρᾴκης καταστάίη, μηδὲ πολλῶν μὲν χρημάτων, πολλῶν δὲ στρατιωτῶν εὐπορήσας ἐκ τούτων ῥᾳδίως τοῖς λοιποῖς ἐπιχειροίη πράγμασιν. Εἶτα [1] τουτὶ μὲν οὐχὶ λέγει τὸ ψήφισμα, οὐδ' [2] ἀναγιγνώσκει· εἰ δὲ βουλεύων ἐγὼ προσάγειν τοὺς πρέσβεις ὤμην δεῖν, τοῦτό μου διαβάλλει. ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; μὴ προσάγειν γράψαι τοὺς ἐπὶ τοῦθ' ἥκοντας, ἵν' ὑμῖν διαλεχθῶσιν; ἢ θέαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα [3] αὐτοις κελεῦσαι; Ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουν ἄν, εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη. τὰ [4] σμικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ' ὅλα ὥσπερ οὗτοι [5] πεπρακέναι; Οὐ δή που. Λέγε τοίνυν μοι τὸ ψήφισμα τουτὶ λαβών, ὃ σαφῶς [6] οὗτος εἰδὼς παρέβη. λέγε.

## ΨΗΦΙΣΜΑ. 235

Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτα-

1 † τοῦτο 2 † ἀναγινώσκει 3 † αὐτοῖς 4 † μικρὰ
5 † πεπρακέναι Φιλίππῳ; 6 εἰδὼς οὗτος

Μυρτώνιον. Meurs. VI. Attic. Lect. 28. TAYLOR.

Ἀρχιτ.] h. e. *Designatorem, inspectorem, moderatorem operum publicorum.* HARL.

Ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν] Ἀντὶ τοῦ, δυοῖν ὀβολοῖν, pro genitivo pretii, ut ὁ Δημοσθένης πέντε ταλάντων σιγῆσαι λέγεται. WOLF. Vide Etymol. M. v. Θεωρικὸν ἀργύριον, ubi hunc locum citat et illustrat, Casaubon. item ad Theophrast. Charact. pag. 100. Edit. Needham. TAYLOR.

Μικρὰ] Aug. 2. habet τὰ σμικρὰ, quod quidem magis Atticum est. Mœris enim Atticista pag. 356. exempl. Io. Piersoni: Σμικρὸν, ait, Ἀττικῶς· μικρὸν, κοινόν. vide etiam Maittaire de dialectis græcis pag. 295. C. exempl. Reitzii. HARL.

Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου] Mnesiphilus Archon Eponymus non invenitur in Olympiadum Recensione, nec apud Diodorum. Sed hoc anno videtur Theophilus fuisse Archon Eponymus. At idem Mnesiphilus repetitur in alio psephismate infra §. ιβ'. Item pluribus in locis infra nomina Archontum præfixa decretis non concordant cum anno Eponymorum. Ideo dubito, an nomina Eponymorum præfigi solerent decretis ejusdem anni, an vero alterius Archontis nomen, qui præsidebat ecclesiæ et suffragiis. Erant enim Archontes IX. numero. Ideo ἐπέχω. PALMER. Conf. Petiti commentar. in leges Atticas libr. III. tit. II. pag. 320. seq. ex edit. Wesselingii Lugd. Bat. 1742. ubi de Archontibus multa scitu necessaria reperies. HARL.

*Ibid.* Mnesiphilus Prætor in Fastis Atticis non occurrit. Et memini me alibi monuisse, plures istius Farinæ in hac unica oratione occurrere, (scil. in Decretis, quæ recitantur a scriba, aliisque monumentis publicis) quam in quovis uno libro, qui a vetustate descenderit. Nescimus, inquam, quis fuerit ille Demonicus, qui memoratur, §. λδ'. Euthycles, §. λέ. Heropythus, §. νβ'. Mnesithides, §. νά. Nausicles, §. νέ. Neocles, §. κγ'. Nicias, §. μγ'. Polycles, §. λ'. Niocles, §. κγ'. Quos omnes, inquam, nescit Chronologia Attica, similiter atque hunc Mnesiphilum, qui rursus occurrit infra, §. ιβ'. Non audeo sane hæc Monumenta insimulare, aut eorum derogare fidei. Totam fere Jurisprudentiam Atticam, quæ hodie remanet, ea res quasi radicitus evelleret. Sunt tamen ex his Actis alia aliis suspectiora. Suspectorum tamen numero ideo accenseri non debet Decretum hoc, in quo hæ-

remus. Nam in vulgata serie Prætorum Atheniensium Eponymorum, quam hodie habemus, et quæ multos annos complectitur, fieri vix potuit, ut ne unus suum haberet, vel *Vicarium*, vel quovis modo *Substitutum*. Quali quidem artificio, seu malis, *honesta ratione*, huic difficultati Archontum Pseudonymorum jamdiu est responsum. Atque ei Quæstioni eruditissimus longe Corsinius Dissertationem VIII^vam Fastorum Atticorum assignavit, in qua omnium istiusmodi *Archontum Series atque Ætas demonstratur*. Age autem: majus opus movetur. Res enim gestas de *Legatione obita, de clade Phocensium* etc. uno et constanti tenore narrant oratores nostri, (neque enim unquam vel levissime dissident): verum cum de iis ipsis rebus *Acta publica* perspiciamus, quæ hic et §. ιε'. recensentur, in alia anni parte, incredibili discrepantia, eas res gestas et conclusas esse deprehendimus. Primum igitur eam seriem Temporis describo, qua ab Æschine et Demosthene traduntur esse transactæ:

## OLYMP. CVIII. 2.

PRÆTORE ATHENIS THEMISTOCLE.

Æsch. c. Ctesiph. pag. 450. ult. R. p. 389. I. 2. T.

Philocrates decretum tulit, ut X. Legati ad Philippum mitterentur de pace ineunda: quique eum orent, ut suos quoque legatos cum plena potestate vicissim Athenas mitteret ad eam rem transigendam. Eunt. Impetrant. Redeunt domum.

Argumentum Orationis Demosthenis π. Παραπρεσβ. Secundum.

Æschines c. Ctesiph. pag. 450. R. p. 389. T. et passim.

Demosth. pro Cor. §. ή.

## MENSIS

ELAPHEBOLIO = MARTIUS

præterpropter.

VIII. ASCLEPIA Festum. Concio. Decretum Demosthenis de recipiendis Philippi legatis.

Æschines c. Ctesiph. pag. 455. ult. R. p. 390. l. 15. T.

Id. pag. 234. 6. R. p. 258. T.

XVII. DIONYSIA IN URBE.

Æsch. 458. 3. 241. 3. R. 391. 2. 260. 8. T.

XVIII. Pax cum Philippo sancita.

Æschines ibid.

XIX. Societas etiam, sive Συμμαχία, inita cum Philippo.

Æschines ibid.

Dem. π. Παραπρεσβ. §. κ'. in init.

XXIV. Concio. Demosthenes Proedrus. Philocratis Decretum. Socii Atheniensium, qui aderant, jurejurando pacem confirmant cum legatis Philippi.

Æschines π. Παραπρεσβ. p. 259. 267. R. p. 268. 271. T.

Id. c. Ctesiph. pag. 462. R. p. 393. T.

Hoc die, vel nudiustertius potius, juxta Corsinium, die scil. XXII^do, decernuntur Legati ad exigendum pariter a Philippo jusjurandum. Potest tamen fieri, ut die hujus Mensis XIX^no ea res transigeretur. Idque constare arbitror ex Decreto ipso, in quo versamur. Et quid tam verisimile, ut die crastino istius diei, quo Pax cum Philippo rata est et sancita, iterum Concione sive Senatu habito, quod factum esse novimus, vellent juberent Athenienses decerni legatos ad Philippi fidem de ea re jurejurando postulandam?

XXV. Cersobleptes imperio exuitur a Philippo.

Æsch. π. Παραπρεσβ. 267. ult. R. p. 271. 10. T.

MUNYCHIO = APRILIS.

III. Decernitur, ut Legati confestim, et sine mora, proficiscantur.

Demosth. §. θ'.

Æschin. 268. 8. R. 271. 17. T.

Absunt Legati per Spatium trimestre.

Demosth. π. Παραπρεσβ. §. κ'. in init. π. Στεφ. §. ι.

THARGELIO = MAIUS.

SCIRRHOPHORIO = JUNIUS.

XIII. Redeunt Legati.

Demosth. π. Παραπρεσβ. §. κ'.

XVI. Concio. Renunciatur Legatio.

Id. ibid. §. κ'.

XXIII. Interitus Phocensium.

Idem ibid. §. κ'. post med.

XXVII. Senatus in Piræeo. Nunciatur Athenis Clades Phocensium.

Idem ibid. §. κ'. post med.

Bene est: Conspirant feliciter. Age autem: Videamus, quid *Monumenta* publica, quid *Decreta* αὐτολεξεὶ recensita:

HECATOMBÆO = JULIUS.

PRÆTORE ATHENIS MNESIPHILO.

XXIX. Decretum de Legatis, qui jusjurandum a Philippo exigerent.

Demosth. pro Ctesiph. §. θ'.

METAGITNIO = AUGUSTUS.

BOEDROMIO = SEPTEMBER.

MÆMACTERIO = OCTOBER.

XXI. Decretum Callisthenis, de Civitate tutanda, audita Athenis Phocensium clade. Demosth. §. ιϛ'.

Ergo Decretum de maturanda Legatione ad exigendum a Philippo jusjurandum, quod narrant Scriptores latum esse III^tio Munychionis, (sive fuerit Decretum de constituendis legatis, quod latum esse vidimus mense priore exeunte, sc. die XXII^do Elaphebolionis, vel etiam XIX^no) jam non eo mense, aut die, verum, si fides habenda sit Decreti verbis disertis, quæ producuntur hic §. θ'. Hecatombæonis *die postremo*, sive XIX^no latum erat. Porro autem Decretum a Callisthene de excubiis latum, in summa trepidatione civium ob deletam urbem Phocensium, ponunt *Illi* contigisse Scirrhophorionis die XXVII^mo: *Hoc* vero Mæmacterionis die XXI^mo.

Quid de his turbis Chronologicis fiet? Certe ad eas molestias tollendas utile et expeditum esset Commentum (eo tamen non utor) Strateclis cujusdam, ut memoriæ traditur a Plutarcho, qui, ut Demetrium captaret Poliorceten, tali consilio Ralendarium Atticum mutavit. Demetrius Athenas mense Munychione appulsus Mysteriis initiari voluit. Id lege non licuit, nisi privatis et minoribus, quæ mense Anthesterione celebrabantur, prius fuisset receptus; post id tempus, eosque ritus, mense demum Boedromione, *magna* illa, ut vocantur, *vota* susceptarus. Quid ergo fieret? Tulit Populus, hoc, quem dixi, suasore, ut Munychie, pro hac vice, Anthesterio: deinde peractis sacris, quæ isti Mensi competebant, protinus Boedromio vocaretur. Verum eo consilio, atque iis technis, inquam, non utor. Eruditissimus Corsinius in Fastis Atticis, Dissertat. III. §. 17. hæc duo Monumenta publica emendat juxta normam et seriem istam Temporum, quam prius exhibuimus, rescribens, hic scil. pro Ἑκατομβαιῶνος ἕνῃ καὶ νέᾳ, Μουνυχιῶνος τρίτῃ, aut potius Ἐλαφηϛολιῶνος φθίνοντος ἐννάτῃ. Rursus §. ιϛ'. pro Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος rescribit Idem Σκιρροφοριῶνος τετράδι φθίνοντος. Adde eundem Dissert. II. §. 15. Verumtamen, cum expresse exarentur in utroque loco, verbisque disertissimis, Mensium Dierumque nomina, quæ non facile, vel ob literarum ductum, vel ob soni similitudinem a librariis et descriptoribus permutari poterant: Cum, si quid erat innovandum, Narratio potius ad Registrum conformanda erat, quam *Hoc* ab *Illa* emendandum: Cum nullus Textus sacer esse potest, si verba Supputationis tam distincte enarrata, et tanta fide membranarum munita, in tam aliena et tam disparia protinus mutarentur, eo fine, ut unus ex utroque loco computus eliceretur: Cum denique non temere, non casu, aut exemplarium vitio, sed summo consilio factum esse deprehendimus, ut simile pene intervallum temporis intercederet inter *Decretum de constituendis Legatis* et *Decretum de vigiliis habendis*, quale juxta historiam intercedere necesse fuit, quemcunque demum computum iniveris: id est, sive id fiat juxta *superiorem* calculum, quem ex Oratorum verbis elicimus, sive juxta *posteriorem*, quem Decreti verba repræsentant: Cum ita, inquam, se res habeat, nollem sane, pace eruditissimi atque amicissimi Viri dixerim, eam defensionem fuisse paratam, licet nonnulli fortasse, qui nostram legerint, neque probabiliorem multo, neque elegantiorem aut accuratiorem existimaverint. Hoc vero ut felicius expedire possim, liceat repetere atque ingeminare, quæ nuperrime dixi, scil. *posteriorem* calculum feliciter satis esse subductum, neque temere factum videri, aut talem, quem a temerario, aut oscitante Scriba profectum deprehenderis. Quid enim? In superiori Computo excitantur Legati ad proficiscendum, Munychionis die III^tio. Proficiscuntur. Spatium ultra bimestre terunt. Revertuntur. Et paulo post reditum, scil. Scirrhophorionis die XXVII^mo narratur Athenis clades Phocensium. Quod intervallum est dierum circiter LXXXIII. Jam autem, si juxta *hunc* Computum numeres, scil. ab Hecatombæonis die ultimo, ad Mæmacterionis diem XXI^mum. Dies iterum sunt LXXX. Ievissima, vel potius nulla, differentia. Utrinque ergo conveniunt Rationes, atque accuratius quidem, quam in tali re fas erat exspectare. Aliquid igitur latet, quod iis, quas dixi, machinis expugnari non potest. Et profecto, si Kalendarii Attici Ratio una fuisset et perpetua, neque stilo renovata, neque interdum ad *Solis Lunæque vias*, atque ad accuratiorem amussim diligenter reformata, crediderim illud fuisse inexpugnabile. Verum solebat id aliquoties fieri: atque Anno Civili Atheniensium, qui indiligenter satis erat confectus, uti opus erat maxime, ita usu venit sæpissime, ut Intercalationibus, novisque Supputationum artibus, pristinam antiquamque formam, moremque numerandi, subinde verteret. Ea ratione contigisse potuit, ut, immutata paulatim facie Computi Civilis, sive, quod verum esse arbitror, id auctoritate publica simul factum fuerit, præter ἀρχαίαν illam, et vetustam horum Oratorum Ἔκδοσιν, quæ juxta eorum ætatem describi poterat, prodiret illa, quam δημώδη Ulpianus vocat, (de quibus supra ad hanc Orationem verba habuimus) ad *vulgarem* sc. usum concinnata, atque ad eam Fastorum rationem accommodata,

quæ tum increbescebat, et usu quotidiano pervulgabatur. Unde non alia et diversa anni parte hæ res geri describuntur, in utroque Calculo, sive Kalendario, sc. *de profectione Legatorum*, et *de excidio Phocensium*; neque aliter scribunt Oratores, aliter loquuntur Monumenta publica: Sed uterque Computus verus esse potuit, si Æram in uno casu *antiquiorem*, in altero *vulgarem* inspicias. Exemplo populari illustrabo: Ego, qui hunc Commentarium scribo Aprilis die II^do^ puta, Anni Anglicani MDCCLVII. si ante quinquennium hoc scripsissem, (quod oportuit fortasse, et potui, si hoc solo labore defunctus essem) non utique *dedissem* eo mense atque die, quo jam utor, verum Martii die XXII^do^. Ita tulit Utilitas publica, et Kalendarii nostri Redintegratio. Ad Ralendarium Atticum revertor. Inconstantiam Annorum Græcorum multa arguunt. Ante Olymp. LXXVII. a Gamelione mense ordiebatur Annus Atheniensium, circa solstitium hibernum, post ea tempora, ab Hecatombæone, diversa et opposita anni parte. Neque eo ritu semper deprehendimus *magnos procedere Menses*. Nam ex Marmore Sponiano, in Populis Attic. Artic. 4. solerter argumentatur optimus Corsinius Fast. Attic. Dissert. XIV. §. 6. mensium ordinem ea ætate, qua Saxum istud exarabatur, non ab Hecatombæone, sed a Boedromione potius profluxisse. Quod si illa Computandi Ratio invecta erat, ob discordiam Temporum Tempestatumque, ex imperitia Atticæ Chronologiæ enatam, quis non videt Hypothesi nostræ multum roboris accedere? Præterea: Invaluit diutius, ut novus Annus hoc ordine procederet, sc.

Hecatombæo.
Metagitnio.
Boedromio.
*Mæmacterio.*
*Pyanepsio.*

Et juxta illam sane periodum, jure optimo, per totam hanc disputationem calculum meum constitui. Deinde Menses illi 4^tus^ et 5^tus^ locum inter se permutarunt:

Hecatombæo.
Metagitnio.
Boedromio.
*Pyanepsio.*
*Mæmacterio.*

Et in ea consequentia memorantur ab Antiquioribus, ab Harpocratione videlicet, qui Mæmacterionem *quintum* mensem appellat: eumque ordinem servarunt Marmora et Inscriptiones satis antiquæ. Vid. Dodwell. de Cyclis. Dissert. II. §. 5. et 16. et Corsinium l. c. Porro autem: In Saxo illo, quod descripsit Sponius, jam a me memorato, Ordo Mensium ita instituitur:

Boedromio.
Pyanepsio.
Mæmacterio.
Posideo I.
Posideo II.
Camelio.
Anthesterio.
Munychio.
Thargelio.
Scirrhophorio.
Hecatombæo.
Metagitnio.

Τιμωρησαμένους] Id est, ἀλλὰ (συμφέρει ὑμῖν ὑμᾶς) τιμωρησαμένους (τοῦτον) ποιῆσαι παράδειγμα etc. Sic Æschines π. Παραπρεσβ. p. 280. 5. ed. Reisk. οὐδ' ἐπιτρέψειν τινὶ — προκαταλαβόντα τὰ Φιλίππου ὦτα etc. hoc est, τινὶ, (αὐτὸν) προκαταλαβόντα etc. pro τινὶ προκαταλαβόντι. Initio hujusce Orationis: δεήσομαι δὲ πάντων ὑμῶν — [ὑμᾶς] ἐνθυμουμένους etc. C. Aristocr. p. 665. ult. ed. Reisk. ἆρ' οὖν — πρέπον ὑμῖν — τοιαύτην φυλακὴν ἐψηφισμένους φαίνεσθαι etc. i. e. ὑμᾶς ἐψηφισμένους φαίνεσθαι: ut nihil mutarem sine Codd. cum utrovis modo scribere liceat. MARKLAND.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

# FRID. AUG. WOLFII

IN

# DEMOSTHENIS

## ORATIONEM LEPTINEAM

## PROLEGOMENA.

—— Est Leptinea hujus [Demosthenis] ex genere quietiore, tota in docendo magis quam in permovendo auditore occupata, nec eam vim et granditatem habens verborum ac sententiarum, quam in Philippicis aliisque nonnullis admiramur; unde fere Demosthenicus character constitui solet.[a] Hic lenia, summissa, enucleata omnia, æquabili quodam tenore. Sed enim hoc vel summum est oratoriæ facultatis, nosse, quomodo pro varietate rerum ad dicendum propositarum stilus variandus sit, ne, ubi vehementem et incitatum res poscat, summisso, neve contra elato utaris. Quam artem nemo unquam melius calluit Oratore nostro, quem quis recte hac una de caussa ceteris omnibus, quos et suppar et posterior ætas protulit, anteponendum putet. Ita ille in nonnullis Orationibus, quas in caussulis privatorum scripsit, pressus est et tenuis, ita in Philippicis copiosus, gravis et grandiloquus, vix ut in utrisque eandem manum agnoscas.[b] Sed his duobus generibus interjectum tertium est Orationum carum, quibus ab eo leges aut populiscita impugnantur, præ ceteris illud jam ab antiquis magistris commendatum.[c] Excellit in eo imprimis nobilis illa de Corona, quanquam grandiori generi propior. Secundum quam, haud scio, an Leptinea nostra proxima ponenda sit. Certe quæ sunt ex eadem classe Orationes, contra Androtionem, Aristocratem, Timocratem, Aristogitonem, harum quatuor nulla est, quæ nostræ anteferri debeat, una Androtiana, quæ cum ea de loco contendere possit.

Non ego omnia, quæ in ea placent, huc congeram, præmonebo tamen, quibus maxime rebus præstantia illius cernatur: in quo non tam meis utar, quam veterum judiciis. Ac primum quidem ipsum genus dicendi tantam habet subtilitatem, vix ut majorem usquam,

[a] Res nota ex Longino, imprimisque Hermogene, et Auctore libelli de Elocutione. Characterem vocarunt Græci μέγεθος vel δεινότητα.

[b] Idem passim monuerunt nonnulli veterum, nemo diligentius quam Dionysius Halic. de vi dicendi in Demosth. p. 974. seqq. T. VI. Reisk. edit.

[c] Theo Progymn. p. 5. Basil. edit. Οἱ κάλλιστοι τῶν δημοσίων λόγων εἰσίν, ἐν οἷς περὶ νόμου τι ἢ ψηφίσματος ἀμφισβητεῖται, λέγω δὲ τόν τε περὶ Στεφάνου κ. τ. λ.

præterquam in Lysia, qui totus subtilis est, invenias. Cujus virtutis qui vim et difficultatem cognovit, neque nescit, quanti eam veteres æstimarint, magnum sane putabit Ciceronis testimonium, nominatim hanc Orationem ab hac parte laudantis.[d] Sed illa virtus non nisi ab eo animadverti potest, qui tritas notando proprio cujusque generis sono aures affert: at veritatem et pulcritudinem, et nobilitatem sententiarum etiam indoctior sentiat oportet. Oriuntur autem hæc ex communi fonte eorum, quæ in eloquentia maxime eminent, animo erecto, liberali, et ea, quæ vulgus ampla ducit, contemnente: id quod imprimis ex iis locis intelligitur, ubi Orator sanctitatem fidei atque honorem Reipubl. ceteris rationibus omnibus anteponendam esse docet. Hujus vero doctrinæ omnia hic plena sunt, ad eamque, quidquid profertur, revolvitur. Quapropter non mirum est, quod Orationem eximie placuisse legimus Panætio, Stoico, scilicet quem ad honestatem ex præceptis disciplinæ suæ omnia retulisse, illam in omni actione, etiam repugnante utilitate, sequendam putasse constat.[e]

Jam vero quanta vis et gravitas inest argumentis, quibus a Demosthene adversaria ratio refellitur! Commotum te sentires, si judices non secundum hunc decrevissent, præsertim quum gravitatem illam ubique magna in refellendo lenitate temperarit. Id quod mirabuntur fortasse ii, qui audierunt, rem rari apud hunc exempli esse. Sed Oratorem, qui nihil indecorum, nihil alienum a tempore moliri consuerat, alia nunc fortasse ad moderationem et lenitatem flectere potuerunt,[f] et vero debuit adversarii ipsius persona, et eorum, qui ad ejus caussam defendendam delecti essent, ætas atque auctoritas.[g] Ipse quidem Leptines quis fuerit, nescimus:[h] veri tamen persimile puto, hominem in civitate potentem et

[d] Orat. ad M. Brut. c. 31. *Multæ sunt Demosthenis totæ Orationes subtiles, ut contra Leptinem: multæ totæ graves, ut quædam Philippicæ: multæ variæ, ut contra Æschinem, falsæ legationis; ut contra eundem, pro caussa Ctesiphontis.* De subtilitate orationis, quam Græci dicunt λέξιν λιτήν, ἰσχνήν, ἀφελῆ, videndus a tirone impr. Cicero Orat. c. 23. seqq. vel Ernest. Init. rhetor. §. 397. qui sua omnia a Cicerone sumsit. Fuerunt olim, qui in ea sola Atticum characterem ponerent. Tanti res videbatur.

[e] Plutarch. in Demosth. §. ιγ'. Παναίτιος, ὁ φιλόσοφος, καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνον τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς· ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἥδιστον ἢ ῥᾷστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἴεται δεῖν ἐν δευτέρᾳ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος.

[f] Verbi caussa, quod Leptines reus non erat. Hoc quid sit, postea explicabo.

[g] De Syndicis loquor, de quorum munere plura paullo mox, et in Commentar. ad §. λβ'. seqq. Simul magnitudinem caussæ arguunt tales tamque clari viri a Populo ad id munus delecti.

[h] An is sit Λεπτίνης ὁ ἐκ Κοίλης quem commemorat Demosth. in Androt. p. 611. ed. R. aut ille, quem inimicum Æschini inducit hunc auctorem mentiens Epist. 5. extr., nemo dixerit, nisi qui sit divinus. Videri autem potest idem esse, cujus dictum quoddam refert Aristot. Rhet. III. 10. med. Quod pertinere conjicio ad tempora, pugnam Leuctricam insecuta. Sed quod ille fortasse primus dixerat, Athenas et Lacedæmonem ocellos Græciæ esse, id deinde sæpe ad alios transiit, unde nunc in vulgaribus libellis

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Est enim hæc Oratio ex genere δευτερολογιῶν, et is, quem modo nominavi, Phormio priore loco verba fecerat.[l] Illi generi, re ipsa jubente, summa brevitas proposita erat, et nonnunquam, si quis rem a decessore suo ab omni parte illustratam putaret, nudo epilogo defungebatur. Cujusmodi aliquot Oratiunculæ apud Lysiam exstant.[m] Quanquam in gravioribus caussis etiam satis longæ Orationes secundo et tertio loco afferebantur, qualis Nostri est contra Androtionem, et hæc Leptinea. At in talibus vix potuit fieri, quin sæpe eadem, quæ πρωταγωνιστὴς[n] dixisset, repeterentur, mutatis tantum verbis, ordine argumentorum, aliis id genus. Cujus rei culpa aliqua, si hæc culpa dicenda est, ne hanc quidem Orationem caruisse, ex Hermogene intelligi licet.[o] Quid? quod in ea, quanquam rarius, et multo crebrius in aliis hujus auctoris, eædem subinde diversis in locis sententiæ resumuntur: id quod miretur aliquis, qua ratione aures Atheniensium tulerint tam fastidiosæ. Sed ego sic omnino statuo, aliter oratione affici legentem, aliter audientem. Nimirum alterum, cui vacat prima cum mediis, media cum extremis conferre, omniaque secum composite revolvere, talis res suboffendere potest; alterum, qui incitate cursum præeuntis sequitur, non potest; sed latet eum, aut, si minus latet, etiam juvat.

[l] Quater ille a Nostro commemoratur in Orat. §. ιγ'. ιθ'. κά. λδ'.

[m] Vid. Lysiæ Orationes XVIII. XXI. XXVII. XXVIII. XXIX. ex ordine Taylori. Conf. Hermog. περὶ τῶν στάσεων c. 5. p. 30. et περὶ μεθόδου δεινότ. c. 27. p. 554. ed. Laurent. cum Gregor. Cor. Comment. p. 944. Ulpian. ad Orat. nostræ init.

[n] Scilicet nomina, πρωταγωνιστής, δευτεραγωνιστής, τριταγωνιστής, usu a scena ducto, dicuntur de oratoribus seu caussidicis, qui se in eadem caussa dicendo excipiunt et adjuvant. Simili translatione Latini quoque interdum utuntur, quum dicunt *actores primarum, secundarum, tertiarum partium*.

[o] Περὶ μεθ. δειν. c. 24. p. 551. ubi ostenditur, quibus modis Orator ab aliis ante se dicta proferre possit sine offensione: Ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ καὶ ἡ τῆς τάξεως μεταβολὴ χώραν ἔχει, ὥσπερ Δημοσθένης ἐποίησεν ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας. Φορμίωνος γὰρ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου, καὶ χρησαμένου τοῖς κεφαλαίοις τῆς διαιρέσεως, τῷ δικαίῳ, τῷ συμφέροντι, τῷ καλῷ, τῷ τῆς ἀξίας, ἀνέστρεψε τὴν τάξιν μεταβαλών. Ἣς δὲ τοῦτο ἐποίησεν, ἐν τοῖς περὶ τοῦ λόγου διεξήλθομεν. Hinc obiter discimus, Rhetorem proprium quiddam in hanc Orationem, fortasse commentarium rhetoricum, scripsisse. Sed ad illa verba, ἐν τῇ δικανικῇ ἰδέᾳ, ita Gregor. Cor. in Explicatione Hermog. p. 938. Ἀπορῆσαί μοι πρότερον ἔπεισι, πῶς προθέμενος ὁ τεχνικὸς διδάξαι, ὅτι ἐν τῷ δικανικῷ ἀλλάσσεται καὶ ἡ τάξις, παράδειγμα ἤγαγε τὸν περὶ ἀτελείας λόγον· εὔδηλον γὰρ, ὅτι ὑπὸ τὴν πραγματικὴν οὗτος ἀνάγεται· ἡ δὲ πραγματικὴ τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις τέμνεται, καὶ ὑπὸ τὸ συμβουλευτικὸν εἶδος ἀνάγεται μόνη τῶν ἄλλων στάσεων δικανικῶν οὐσῶν. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τοῦ σκοποῦ λέγεται δικανικός· ἐπεὶ γὰρ σκοπὸν ἔχει κατηγορῆσαι τοῦ νόμου τοῦ ὑπὸ Λεπτίνου τεθέντος, ἡ δὲ κατηγορία μέρος ἐστὶ τοῦ δικανικοῦ, διὰ τοῦτο λέγεται καὶ δικανικὸς ὁ λόγος, εἰ καὶ ἡ κατηγορία τοῖς τοῦ συμβουλευτικοῦ κεφαλαίοις κατασκευάζεται· ὁ δὲ Φορμίων ῥήτωρ ἦν, καὶ κατηγόρησε καὶ οὗτος τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου, συνηγορῶν τῷ Ἀφεψίωνι, υἱῷ Βαθίππου, τοῦ προκατηγορήσαντος τοῦ νόμου, καὶ πρὸ τοῦ τέλους τῆς δίκης ἀποθανόντος. Κατηγόρησε δὲ καὶ Κτησίππος, υἱὸς Χαβρίου, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Ἡ δὲ ζήτησίς ἐστι πραγματικὴ ἔγγραφος. Ὁ μὲν οὖν Φορμίων πρῶτον τῷ δικαίῳ ἐχρήσατο· ὁ δὲ Δημοσθένης τῷ τῆς ἀξίας, εἶτα τῷ καλῷ, εἶτα τοῖς λοιποῖς κ. τ. λ. Locum huc transscripsi propter illa, quæ habet de genere Orationis nostræ. Hæc autem eo pertinent, quod veteres magistri singulas Orationes in aliquod horum trium generum, deliberativi, judicialis et epidictici, includere solebant. Quam id plerumque temere et parum utiliter factum sit, constat, etiam ex hoc loco. Nihil ergo ista quæstio ad nos.

Quin apud auditores, quales Athenis fere essent, in foro atque in judiciis, id est, homines mire inter se ingenio, moribus et peritia rerum dispares, sæpe adeo opus esse potuit, gravissima momenta rationum animis et memoriæ impensius inculcare, et hoc pacto negligentium quoque ac reluctantium assensum extorquere. Qui pro concione ibi voluisset Thucydidius esse, næ illi intempestivum studium magno stetisset.[p] Verum, ut dixi, hic haud facile ulla sententia iteratur, quam non alio atque alio colore inductam novitatis quædam species commendet. Sed hæc et his similia quilibet sine ulla doctrina invenire legendo et existimare poterit: nos agamus id, quod proprium est Grammatici, ut lectori viam aperiamus ad caussam, in qua Oratio habita est, cognoscendam.

Is, quem Noster in ea adversarium habet, Leptines legem tulerat Athenis, ut quas immunitates honoris caussa adhuc bene meritis civibus concedi usitatum esset, eæ pariter omnibus, qui eas accepissent, adimerentur, et plane tollerentur in reliquum tempus. Jam quum in illa Repuhl. cuique liceret, perlatæ ac publice fixæ legis latorem reum agere, modo ut id intra eum annum fieret, quo rogatio esset promulgata; accusavit ita illum Bathippus quidam, subscriptoribus duobus.[q] Subscriptionis enim mos, quem constat Romæ fuisse, idem in Attico foro viguit. Sed Bathippo mortuo ante, quam ea caussa in judicium deducta esset, quum reliqui, (incertum, sponte an consilio Leptinis) ab accusatione destitissent, alii duo postea aliquanto, certe anno illo elapso, exorti sunt, qui legis tanquam vitiosæ et perniciosæ abrogationem commoverent. Illi duo fuerunt Aphepsio, filius Bathippi, et Ctesippus, Chabriæ, clari imperatoris.[r] Et huic quidem id negotium proprium fuisse propter immunitatem patri datam, satis declarat is Orationis locus, qui est de laudibus Chabriæ:[s] de Aphepsione nihil tale, neque hic, neque alibi, proditur. Sed omnino hujus hominis non magis, quam Bathippi, ulla memoria exstat; alterum tanto novimus melius.[t]

p Conf. Ciceronis Brut. c. 83. et Orat. c. 9. At octies Thucydidem ipse Demosthenes descripserat, si vera narravit Lucian. adv. Indoct. T. III. p. 102. Conf. Agathiæ Hist. II. p. 48. Venet. Nimirum in magnis scriptoribus aliud legit homo ingeniosus, illorum similis, aliud serva natio imitatorum. Id docent rara in Demosthene vestigia imitationis Thucydidiæ.

q Vid. Orat. §. λά. et Argum. græc. Sed nusquam illorum duorum nomina leguntur.

r Sane ex Demosthene de his duobus tantum constat. Auctor tamen brevioris Argumenti, a nobis omissi, quem Libanium ferunt, sic scribit: Φορμίων, καὶ Κτήσιππος, ὁ Χαβρίου παῖς, καὶ τινὲς μεθ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται. At homini hujus familiæ parum fidei habuerim.

s Vid. §. ιζ'.

t Præcipue ex Plutarch. Phoc. p. 744. E. et ex Athenæo IV. p. 165., apud quem Diphili, Timoclis, et Menandri versus de Ctesippo proferuntur. Postremi poetæ fragmentum est ex fabula, Ὀργή, quam omnium primam docuit Olymp. 114, 4. ut est apud Euseb. in Chron. Conf. Corsini Fastorum Att. T. IV. p. 54. seq. Fragmentum intulit in Menandrea sua Clericus p. 136. Perditissimus nebulo fuit iste filius herois, et omni generi luxuriæ et nequitiæ dedi-

Major autem natu, Aphepsio, *συνήγορον* habuit Phormionem, Oratorem:[u] minor, Ctesippus, Demosthenem, qui caussam receperat vel propter Rempubl., vel mercede, qui tum mos erat, vel vinculo nescio quo cum illo conjunctus.[v] In quo id mirabile accidit, quod in tam longa Oratione ne semel quidem clientis nomen legimus: sicubi nominandus erat, Chabriæ filius vocatur.[w] Sed ejus rei, quæ propter caussam hodie prorsus ignotam fieri potuit, si modo ulla de caussa, et non fortuito potius facta est, ejus, inquam, rei rationes operose exquirere velle, alienum duco et prope ineptum.[x] Sufficit tenere, quod ex Ulpiano et aliunde cognoscimus, Ctesippi nomen homini fuisse.[y] Et quidquid est, ab ipso auctore, Demo-

tissimus. Eo denique processit improbitatis, ut, quum bona sua omnia prodegisset, etiam lapides divenderet de monumento, quod patri Populus Athen. impensa 1000 drachmarum exstruxerat. Inde nomen ejus apud Comicos, etsi tum modestos et minime maledicos, in proverbium cessit, et quodammodo commune factum est asotorum. Neque vero Phocio, hominis corrigendi cura propter amorem patris suscepta, quidquam videtur valuisse ad ejus pervicaciam expugnandam. Sed hæc omnia, mea quidem sententia, post tempus hujus Orationis acciderunt, cujus tempore, plane non dubito, quin Ctesippus prima adhuc ætate fuerit, et ambigui ingenii. Huc et alia me deducunt, et anni poetarum, quos citavi. Ceterum ipsum quoque patrem, Chabriam, nomine *ἀσελγείας* notavit Theopomp. in Philippicis, teste Athen. XII. p. 532. B., quod, ut alia ejusdem Theopompi, in libellum suum transtulit Cornelius Nepos.

[u] Itaque propter ordinem ætatis, in foro Attico observatum, et ipsi Aphepsioni et actori ejus debebatur prior locus dicendi, *ἡ πρωτολογία*. Vid. Argum. nostræ Orat. et Androtianæ, et conf. Hotom. ad Cic. Divin. in Cæcil. c. 15. De Phormione, dubito, an ullus præter Nostrum vetus auctor mentionem habeat. Et quis miretur, in tanta turba Oratorum, quam illa ætas tulit, plurium, neque tum obscurorum, nomina vel obscurata esse, vel prorsus intercidisse? præsertim si qui nihil scripto mandassent. At hoc posterius an ad Phormionem et hanc ejus Orationem pertineat, ambigere licet propter Hermogenem, tali modo loquentem l. c., ut ipsa illi præ manu fuisse videatur.

[v] Id vinculum olim nonnulli putarunt, amorem matris Ctesippi fuisse. Rem narrat Plutarch. in Vita Demosth. §. *ιέ*. *Τὸν κατὰ Ἀριστογείτονος αὐτὸς ἠγωνίσατο, καὶ τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, διὰ τὸν Χαβρίου παῖδα, Κτήσιππον, ὥς φησιν αὐτός· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, τὴν μητέρα τοῦ νεανίσκου μνώμενος· οὐ μὴν ἔγημε ταύτην, ἀλλὰ Σαμία τινὶ κ. τ. λ.* Conf. Ulpian ad Orat. §. *ις'*. At nihil hujus rei habet Dinarchus Or. contra Demosth. p. 74., ubi orationes a Nostro dicit mercede conscriptas esse *ὑπὲρ Κτησίππου καὶ Φορμίωνος καὶ ἑτέρων πολλῶν*. Quem locum huc potissimum refero, nihil moratus Reiskii animadversionem, tametsi non negarim, forsan in aliis quoque caussis, quas ignoramus, Ctesippo eidem Demosthenem se *συνήγορον* præbuisse. Quid autem? Nihilne caussæ fuit Dinarcho, cur duos istos ex tot aliis nominarit? Immo putem fuisse. Certe Phormionis, qui Pasionis fuit libertus, et diversus haud dubie ab eo, qui in Or. *ὑπὲρ δανείου* compellatur, Phormionis igitur illius patrocinium dedecori fuisse Nostro, patet ex Plut. l. c., et probabile nobis fit ex ipsa Orat. pro Phormione p. 958. et duabus seqq. in Stephanum.

[w] Vid. §. *ά. ιζ'*.

[x] Apud Athen. IV. p. 166. B. est suspicio, juvenis nomen ab Oratore celatum de industria esse ob ejus publicam ex moribus infamiam. Non id equidem arroganter rejicio, sed admodum dubitare me fateor propter ea, quæ paullo ante de temporibus scripsi. Penitus suspicionem rejicit Ulpian. ad Orat. §. *ά*. Qui quam ipse affert rationem, ea satisfacere fortasse vibebitur iis, qui rem forte fieri potuisse negarint. Nam et alibi legimus pueros et adolescentes, nullodum suo merito claros, vulgo non suis, sed patrum nominibus appellatos.

[y] Iis, quos testes dedi in antecedentibus notis, accedit Aristid. Declam. Lept. §. 107. Etsi ibi *Καλλίππῳ* est in Cod. Marc. Recte vidit Morellius, quid librario ante oculos fuerit.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

annos Lacedæmonii, gravissima clade afflicti, Atticæ civitati æmuli potentiæ desierant esse, Thebani contra, ad summum imperium celeriter gradum facientes, omni Græciæ impotentem dominatum minabantur; horum odium et metus, ipsa vicinitate Thebarum auctus, Athenienses callidos rerumque peritos facile eo perduxit, ut ad illorum amicitiam se applicarent, cum iisque societatem conjungerent. At hæc nimirum nimis vaga sunt. Neque etiam magis certa ratio iniri potest ex iis, quæ Orator de publica inopia Athenarum et exhausto ærario queritur.[c] Opportune alia sunt in promtu, quæ nos ad illud, quod quærimus, propius ducant. Nam res memorantur Olympiadis 105, Pydna videlicet et Potidæa, a Philippo occupatæ, et interitus Chabriæ, qui in primum annum belli socialis incidit.[d] Tum alia proximæ Olympiadis succurrunt, Dionysius, filius, e regno expulsus a Dione, et Leuco, tyrannus Bospori, ut quum maxime opibus florens atque imperio.[e] Atqui hunc principem Olymp. 106, 3. mortem obiisse, apud Diodorum perspicue traditum est. Jam in cumulum accedit locus Dionysii Halicarnassei,[f] hanc de immunitatibus Orationem testantis habitam esse

[c] Orat. §. ή. κδ'. a med. Continuo tamen hæc faciunt, ut versari tibi videaris in tempore belli socialis vel proxime insecuto. Sic vero mireris Oratorem, si de classibus (περὶ συμμοριῶν) oravit Olymp. 106, 3., quæ Dionysii Halic. sententia est, qua tandem ratione ibi p. 136. Atticas opes ceteris civitatibus prope omnibus æquiparare potuerit. Sed ita sæpe Oratores temporis caussa de Republ. sua elatius dicunt, quam pro vera conditione rerum. Quanquam ne illud quidem omnino falso dictum videtur. Illo autem tempore quam summam quotannis in Rep. Attica reditus publici confecerint, neque ex Oratoribus, nec, quod sciam aliunde liquet. Certe locus in Philipp. IV., ubi vectigalia civitatis summam 130 talentûm non superare dicuntur, ad superiora tempora pertinet, si qua omnino fides est Orationi illi, quam Orationem Valckenaerius, plane me probante, suspectam habet in Not. ad Orat. suam de Philippo Maced. p. 251. Multo potius fidem habendam putem auctori inter Plutarchea de Vitis X. Orr. T. II. p. 842. E., qui narrat, reditus a Lycurgo auctos esse ad 1200 talentûm, quum prius fuissent 60. Nam conjecturæ Meursii de Fort. Att. c. 7. non multum tribuo. Id vero mihi non dubium est, Lycurgi, qui Orator per 12 annos ærario præfuit, administrationem hanc tempori assignandam esse Oratione nostra posteriori, ita ut bona vota Demosthenis eventum suum potissimum per hunc virum habuisse videantur. De ejus cura vectigalium, Reipubl. fructuosissima, vide quamvis diverse narrata apud Plutarch. l. c. p. 841. B. et 852. B. coll. Taylori Præf. ad Lycurgi Orat. et Wesseling. ad Diod. Sic. XVI. 88.

[d] Vid. §. ιε'. et ιζ'. et ibi Comment.

[e] Vid. §. λζ'. et θ'. seqq. Ibi in Commentario legantur, quæ de hoc Leucone cognita habemus. Ἄρχοντα eum Demosthenes appellat, non τύραννον, quippe hominem gratiosum, et eum, cujus in Rempubl. merita extollere studet, gratiore Atticis auribus, et liberæ conditionis nomine commendans. Ita sæpius faciunt Oratores.

[f] Locum, quo et superius utebamur, nunc totum damus ex Epist. ad Ammæum §. δ'. ad init. Tom. I. Οὗτος ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος· ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους, εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον· δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος. Καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτίωνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ, τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων· καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. Postremus in hoc loco numerus tum aliis vitiatus videtur, tum Tayloro ad Or. in Androt. p. 659. Omnes pro anno XXV. rescribi jubent XXVII., advocato etiam Gellio XV. 28. Itaque simul præcedens

Callistrato Archonte, h. e. Olymp. 106, 2. ab U. C. 399. a. Chr. 355. Adeo nihil dubitationis relictum videas, quin actionis tempus atque ipsum etiam annum teneamus.[g]

Atque hac eadem opera hoc quoque liqueret, quo anno lex esset a Leptine lata, si, quam pridem ea tum obtinuisset, quum hac Oratione impugnaretur, a nostro aut alio scriptore proditum exstaret. Verum nulla adest talis significatio, id quod conjecturæ locum aperit. At Athenis cuique idem jus fuit, legem perlatam et brevissimo intervallo, et decem vel viginti annis post, ad novum judicium devocare. Fuit utique id liberum cuique facere, quocunque tempore vellet. In hac autem lege, quam non paucis damni plurimum dedisse necesse est, numne credibile fit, rem ab illis post mortem primi accusatoris esse dilatam, aut segniter actam? Etiam hoc amplius. In tota Oratione nullus locus est, qui nos cogat ademtionem immunitatum e Leptinis lege jam tum perfectam, aut quenquam præmio suo jam tum spoliatum putare. Immo nonnullis in locis Demosthenes ita loquitur, ut solemus, quum imminentis, nondum factæ, rei malis proponendis homines ab ea facienda avertimus; nec usquam, quod solet in hoc genere, legis incommoda ullo argumento, ab experientia ducto, demonstrat. His igitur de caussis veri mihi videtur simile, legem Elpine Archonte, h. e. Olymp. 106, 1. latam esse, statimque insequenti anno hac actione petitam.[h]

Ipsum argumentum et capita legis ex nullo veterum, præterquam ex hoc Nostro, cognita habemus; etsi ne ipse quidem totam sententiam ejus uno tenore retulit. Opus est ergo coagmentari ea,

numerus XVII. corrigendus erat. Palluntur viri optimi. Ex computatione Dionysii Demosthenes natus est Olymp. 99, 4. Demophilo Arch. Ergo quum extremo anno, non ineunte, in lucem editus sit, idem Timocrate Arch. (Olymp. 104, 1.) dici debebat *agere* annum XVII, et Callistrato Arch. (Olymp. 106, 2.) *complesse* annum XXV., id est, *agere* a. XXVI. Interest nimirum aliquid inter verba, ἦν ἐμβεβηκὼς ἔτος, et ἔτος ἔχων, quod posterius idem est, ac γεγονώς. Attamen Dionysii ipsa sententia de natali anno Oratoris vera non est, quamvis eam et Plutarchus sequatur in Vit. Demosth. et hodie doctorum plerique omnes. Ostenderunt id S. Petitus de Legibus Atticis p. 267. et Corsin. Fast. Att. T. II. p. 139., et nos idem agemus alibi tollendis variis in ea re dubitationibus. Interim cum illis sequimur scriptorem de Vit. X. Orr. qui natalis anni Archontem Dexitheum prodit, summum magistratum Olymp. 98, 4. a. Chr. 385. Proinde Demosthenes quum Leptineam Or. habebat, annum agebat XXX.

[g] Eandem rationem, h. e. ipsum Dionysium Halicarnasseum, sequitur Anonymus, quem vocant, in Ὀλυμπιάδων ἀναγραφῇ p. 326. Ab ea longius abit Photius in loco, quem exscripsi in Comment. §. ά. Nihil tamen ibi corrigendum, nisi forsan πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη, vel ne hoc quidem. Erroris caussa manifesta est ex iis, quæ modo de computatione Dionysii monui.

[h] Pro Elpine plerique male scribunt Elpinicen. Ipsa opinio mea de anno latæ legis non est nova, ut nunc video Petitum tractans LL. AA. p. 381. Sed is non habet, quo eam confirmet, nisi verba Argum. græci, μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐστέστη κατήγορος Ἀφεψίων, υἱὸς Βαθίππου κ. τ. λ. Quodsi quis illa, μετὰ τὸν ἐνιαυτόν, aliter accipi non posse putat, omninoque Anonymo isti aliquid in hoc auctoritatis tribuit, certam rem esse sibi persuadeat. Ego probabilem opinionem attulisse satis habeo.

quæ pluribus in locis sparsa leguntur, tanquam verba Leptinis. Unde efficitur, si modo ab Oratore nihil omissum est, conceptam legem fuisse bisce verbis:[i]

*Λεπτίνης εἶπεν· ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων, ἁπλῶς μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· μηδὲ τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ αἰτηθέντι τὴν ἀτέλειαν δοῦναι. Ὃς δ' ἂν αἰτήσῃ, ἄτιμος ἔστω, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία, ἔστωσαν δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγαί· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἄρχῃ τῷ δημοσίῳ.*

Patet, per hanc legem immunitate fraudari, quoscunque ea unquam Populus Athen. donasset, excepto nemine præter posteros Harmodii et Aristogitonis. His duobus enim honores sui integri a Leptine relinquuntur, prudenti illud consilio. Ita celebrata et sancta etiam tum erat tyrannicidarum illorum memoria apud bonum quemque et patriæ amantem, ut verendum esset, si quis vel ipsos, vel aliquem ex posteris eorum, ullo genere injuriæ afficere voluisset, ne eum omnes malum hominem, ne dicam proditorem libertatis, judicarent. Meruerant autem illi plurima et amplissima præmia, statuas æneas, honoratiorem in publicis consessibus locum, victum Prytanei, immunitatem, alia, partim novo exemplo, ex quibus pleraque etiam posteris propria manebant.[k] Sed ceteros omnes, ut dixi, lex Leptinea alligat, plane rigideque vetans, immunem esse quempiam *μήτε τῶν πολιτῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων.* Quibus vocabulis tribus comprehenduntur, quotquot liberos incolas habuit regio Attica. Primum *πολῖται* sunt illi, qui, vere et optima conditione cives, omnibus juribus et commodis Reipubl. fruebantur. Vulgo iidem vocantur *ἀστοί.* Contra *ξένοι* vel ii sunt, quos proprie dixerunt, peregrini, Athenis commorantes aliquamdiu, vel qui alias nominantur *μέτοικοι*, Latine hodie vertunt *inquilinos* seu *municipes*, utrumque minus congruenter, ut fit in his rebus. At quæri potest de voce *ξένος*, utro sensu in lege dicatur. De quo vix nostrum esset judicare, si Leptines, quod in Oratione innuitur, ex ambiguo fallaciam quæsivisset. Verum non nimis tamen dubitem, quin vocem præcipue ad *μετοίκους* referri voluerit.[l] Fuerunt autem *μέτοικοι*

[i] Vid. §. ά. ϑ'. κζ'. λγ'. Ex iisdem locis, non ex alio fonte, sua hausit auctor Argum. græci, sed minus fideliter in nonnullis; ita, ut ex eo legem augeri nolim. Sic nihil est in Oratore de Archontibus lege solutis; etsi hoc non est improbabile. Alia passim habet Aristides in Declamatione, quæ Morellius ad legem referenda putat, velut §. 23. Sed ne hoc quidem ausim.

[k] Statuæ H. et A. in foro positæ ad sera tempora manserunt. Nam quum ablatæ essent a Xerxe, instauratæ postea sunt Olymp. 75, 4. Vid. Meursii Pisistr. c. 14. et Corsini Fast. Att. T. III. p. 171.

[l] Haud scio an nulli antea hoc observatum sit, simplici nomine *ξένων* vocari *μετοίκους.* Scripsi id autem Aristophanis auctoritate Equitt. v. 347., ubi est *κατὰ ξένου μετοίκου*, et ipsius Demosthenis cujus locum notavi in Comment. §. ζ'.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Fuit harum trium classium, Civitati munera quædam præbere, idque privato sumtu, quas Attici λειτουργίας[q] vocabant, de quarum ratione postea pluribus exponemus. Nunc unum illud explicandæ legi animadverti debet, vacationem horum munerum nonnunquám Populiscito vel lege datam esse iis, qui nimium se eo onere premi, aut beneficii in Populum collati pretium meruisse viderentur. Hæc ferme illa est *immunitas*, ἀτέλεια, in qua defendenda Orator laborat.[r] Minimum id vulgo habitum inter præmia solennia,[s] quæ Athenis ex vetere consuetudine et sapienti consilio constituta erant. Etenim ampliora et illustriora erant εἰκών, προεδρία, σίτησις, στέφανος. Sed hæc omnia, dici vix potest, quam rara fuerint prioribus ætatibus, quum Populus, de sua libertate et majestate tuenda unice sollicitus, et nimium suspiciosus, omnem gloriam rerum publice gestarum sibi vindicaret, civibus, qui res gesserant, maligne detraheret.[t] Itaque statuæ honor, quantum accepimus, ante ty-

neglexerit Ammonii sui verba, hausta e perito auctore, in v. ἰσοτελής. Πάντα ἔχων τὰ αὐτὰ τοῖς πολίταις, πλὴν τοῦ ἄρχειν. Ne τὸ δικάζειν quidem Grammaticus excepit. Quam vere, nescio. Neo tamen id nescio, ex hac classe ab ipsis civibus διαιτητὰς sumtos esse, qualem Theodotum ἰσοτελῆ apud Demosthenem legimus in Phorm. p. 912. ed. R. Ceterum conf. ad hæc Pollux III. 56. et VIII. 155. Harpocrat. vv. μετοίκιον, προστάτης, ἰσοτελής. Petit. LL. AA. p. 246. seqq. Valcken. Anim. ad Ammon. p. 112. Ruhnken. ad Timæum p. 110. Zeunii Not. ad Xenoph. l. c. Quanquam post hæo omnia vis et ratio ἰσοτελείας non satis clara est, partim veterum ipsorum culpa. At prorsus diversam eam fuisse ab ἀτελείᾳ, apertum est. Confudit has res Potterus Archæol. gr. lib. I. c. 10., qui plura ibi falsa docet, aut e Petito suo trahit.

[q] Vocabulum interdum Latinis literis scriptum servavi, exemplo Latinorum, qui nomina, *Archon*, *strategus*, *ephebus*, etc. servarunt; alias dixi *munera solennia*, et contra *extraordinaria*. Nam duplex eorum genus fuit, ut postea videbimus.

[r] Etiam ἀτελείας duo imprimis genera sunt, alterum, de quo nunc diximus, quod vacationem dabat a choragia, gymnasiarchia et ἑστιάσει; alterum, ad quod pertinebant immunitates portorii, reliquorumque vectigalium, aliæ. Bene hæc et similia docent Intpp. ad Pollucem VIII. 140. et Vandal. Dissertatt. Antiqq. et Marmorr. illustr. p. 781. Unum tamen ab his omissum est, ἀτέλεια ἱερῶν, quam Noster tangit §. κζ'., brevius, quam velles in re, quam nullus veterum nobis exposuit. Conjectura ergo quum utendum sit, nisi me mea fallit, Oratoris sententiam presse sequens, pertinuit *immunitas sacrorum* eo, quod cives debuerunt victimas et alias res, fortasse pecuniam quoque erogare in templa, sacrificia et alia ejusdem generis: ac de his ipsis, vel parte eorum, accipiam etiam τὰ γέρα, Æschini memorata in loco insigni Orat. in Ctesiph. §. θ'. Confirmatur hoc quodammodo ab Aristotele, qui de magnificentia loquens in Ethica Nicom. IV. 5. sumtus in templa, anathemata et sacrificia conjungit cum choragia, trierarchia et ἑστιάσει. Sed alterum illorum generum, quæ superius posui, vel utrumque Græci dicunt, quum simpliciter dicunt ἀτέλειαν. Et hinc quoque intelliges ἀτέλειαν ἁπάντων apud Atticos. Nam nihil ad nos Herodian. II. 4. Itaque si vectigalium immunitas continetur nomine ἀτελείας, vere Leptines illa ratione potuit uti, quam Noster carpit, ne dicam calumniatur §. ή. Jam ex iis, quæ disputavi, varie explicari debent immunitates, quas legimus seu civitati a civitate, seu privato concessas, ut in Inscriptt. ap. Chandlerum p. 20. Herodot. I. 54. Xenoph. Hellen. I. 2. 7. Psephism. Byzant. in Demosth. Or. de Cor. §. κζ'. ubi ἀλειτούργητοι dicuntur, qui Atticis sunt ἀτελεῖς. Adde Diodorum Sic. XI. 43. Nondum enim video, cur ἀτελεῖς docto interpreti ibi scriptum videatur pro ἰσοτελεῖς: nisi forte in animo habuit locum Xenoph. de Vectig. IV. 12.

[s] Colligere id mihi recte videor ex iis, quæ Orator habet §. κζ'. Apud alios rem non memini me legere.

[t] Conf. scriptores, quos laudavi in Commentar. §. ις'. ante med. et §. κδ'. Sed illi rem paullo aliter interpretantur. His addat tiro Nepotem suum Miltiad. c. 6.

rannicidas nemini contigit præter Solonem,[u] neque eo proximis temporibus dignati sunt Miltiades, Themistocles, alii, quamvis maxima fama meritorum inter suos conspicui. Æque raro προεδρία, id est, honoratior locus sedendi in ecclesia, theatris, aliisque popularibus consessibus, illa ætate dabatur: nam ad hunc quoque honorem decreto Populi opus erat.[v] Verum Periclis sæculo, si Comico credimus, invasit omnes vanæ gloriolæ amor, et alios præcedendi primamque sedem occupandi cupiditas, præmia autem obsolescere cœperunt; quum, quæ antea essent summis meritis negata, sæpe indignissimus quisque auferret. Dein Populi impotens levitas amplissima quæque, et ipsam civitatem,[w] effudit in primum quemque, civem, peregrinum, Græcum, Barbarum; qua de re Oratores passim graviter conqueruntur.[x] Tum imprimis frequentata σίτησις, seu σίτησις ἐν Πρυτανείῳ, id est, victus quotidianus in Prytaneo, quæ res nemini ignota est per historiam Socratis; et coronæ, non insignia regiæ dignitatis apud veteres quidem, sed ornamenta ejusmodi, quibus Civitates vel se invicem, vel cives suos afficerent.[y] Plura autem ex his ea lege dari solebant, ut ad filios et posteros tanquam hereditatis jure cederent.[z] Certe immunitatis dandæ, quod donum pervulgatius a bello Peloponnesiaco factum videtur, vix fuit alia conditio. Itaque quum plures nunc superstites essent posteri eorum, qui immunitatem olim meruissent, plures deinceps eam facili Populo consequerentur; nonnulli etiam, in his improbi homines, nulloque suo merito noti, dolo et fraude usurparent,[a] publice vero summa esset inopia: Leptines videri potuit e Republ. facere, quod pravam consuetudinem lege ferenda aboleret.

[u] Vid. Meursium de Ceram. gem. c. 16.

[v] De jure προεδρίας conf. Casaub. ad Theophrast. Charact. 5. et Hemsterhus. ad Pollucem VIII. 133.

[w] Quantum pretium olim, florente disciplina, Athenienses juri civitatis suæ statuerint, notum est in vulgus, et docent exempla negati vel potentibus regibus, qualia libelli Antiquitatum suggerunt. Sed eximendum iis exemplis est illud, quod Potterus aliique inde a Sigonio repetunt, de Menone, Pharsalio, et Perdicca, Macedonum rege, tractum ex Demosth. de Rep. ordin. Qui ambo enim hoc in loco sola immunitate ornati esse dicuntur, eosdem Orator alio loco, ubi illa eadem et iisdem verbis recurrunt, sola civitate ornatos dicit, nec ibi de immunitate ne γρὺ quidem. Quod utrum ad exempla fidei oratoriæ referamus, quæ passim leguntur? an ipsum dicamus, meliora edoctum, in altera Oratione se revocasse? Mihi neutro inclinat animus. Nam si quid video, Oratio, quæ inscribitur περὶ συντάξεως, seu de Republ. ordinanda, Demosthenis non est, sed ex aliis ejus, maxime Olynth. III. et Aristocratea ab aliquo Declamatore consutis pannis confecta. Ceterum plures posteriore tractu temporum immunitatem habuerunt principes, ut præter Leuconem Dionysius cum filiis, Sitalces, rex Thracum, Evagoras, Cyprius, alii; ac plures item privati, alibi habitantes. Conf. Cic. pro Corn. Balbo c. 12.

[x] Ut Demosth. in Aristocrat. p. 687. sq. ed. R. Sed vide, quam huic ipsi, qui alios accusat talium decretorum auctores, dicam impingat Dinarchus in Orat. contra eum habita p. 33. seq.

[y] Vid. Petitum LL. AA. p. 377. Quanquam, perlectis Æschinis et Nostri contrariis Oratt. de Corona, illum auctorem parum desiderabis.

[z] Imprimis σίτησις, interdum et προεδρία. Eadem ratio fuit προξενίας et εὐεργεσίας, de quibus v. Comment. §. ιδ'. et κή.

[a] Vid. §. κή. Et alios ejusdem notæ homines fortasse addidit Leptines aut Syndici.

Sed age, quo melius statim totius caussæ constitutio pateat, inseramus huic loco argumentum Orationis. In quo sic versabimur, ut primum eas rationes, quas Leptines ipse, vel ii, qui ejus partes sequerentur, videantur attulisse, deinde adversarias Oratoris nostri brevi in conspectu ponamus. Non omnia enim persequemur, sed libabimus res summas, quæ maxime caussam faciunt, nec plane eo ordine, quo apud Demosthenem leguntur, sed sæpe ad arbitrium nostrum mutato. Ceterum operæ pretium faciet, qui, quo loco quæque ab illo prolata sint, diligenter spectarit, qua in re artis plurimum reperiet. Sed jam prodeat (nam obliqua narratione non utemur, perspicuitatis caussa) prodeat, inquam, ipsum celebre par, contra positis argumentis certans. Primum Leptines:

" Videntur brevi tempore defuturi esse, qui liturgiis fungantur, quandoquidem nimis multi, immunitate ornati, ab hac functione et cura se subtrahunt."

" Jam munera fere ad inopes reciderunt, ditissimo quoque ea defugiente. Quare lege opus est, quæ inopi multitudini onus levet, divites cogat opes suas in usum Reipubl. conferre."

" Neque enim decet privatos ex immunitatibus divitias quærere, quum Respubl. in summa difficultate numaria sit."

" Sunt inter eos, quibus Populus hoc præmium impertiit, multi parum eo digni, sive quod illud omnino præter meritum acceperunt, sive quod acceptum vita et moribus dedecorant."

" Quod quoniam sæpe nobis extortum est fraude malisque artibus, quo res certius caveatur in posterum, ita sanciri legem oportet, ut sibi ipse Populus in perpetuum interdicat immunitatum dationem, ac pœnæ proponantur, si qui petat."

" Ignotum est hoc præmii genus Lacedæmoniis et Thebanis, nec apud hos tamen non boni viri exstiterunt, deque patria præclare merentes. Neque opus omnino hac invitatione ad bene de Republ. merendum esse, maximo est argumento, quod ne ipse quidem Populus Athen. ejus olim usum habuit. Immo tum, quum Respubl. maxime florebat civium studiis, præmia erant tenuissima."

" Cetera, quæ apud nos usitata sunt, statuas, victum Prytanei, alia, integra et intacta reliqui rogatione mea, unum et minus illis sustuli, immunitatem: ne quis mercedem virtuti a me detractam calumnietur."

" Denique liturgiæ illæ, quarum immunitas esse solet, spectant quodammodo ad sacra. Sacris autem muneribus quenquam vacare, nefas est."

Plura ex his sane speciosa sunt et apta ad persuadendum. Sed Demosthenes opponit ea, quæ vel nuda, omnique oratorio ornatu detracto, hodie legentem sollicitare possint, ornata autem *Populum*

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

quis dignus præmio sit, publice secus judicandum, quam privatim in communi vita solet. Si quis enim Civitati sua opera utilitatem vel salutem attulit, sit ille ignobilis, sit cetera vitiosus, tamen publice ipsi honor et remuneratio debetur. Facto hominis merces redditur, non vitæ, non moribus. Præterea per se injustum est, propter malos quosdam aut indignos, quibuscum judicio experiri licet, præmia omnibus auferre, et iis quoque, quos omni ex parte dignissimos esse nemo negarit. Tales autem inter eos, qui immunitate a Leptine fraudantur, plures sunt, seu olim de Republ. præclare meriti, seu etiam nunc merentes. Nam quod nonnulli ex numero illorum jam non vivunt, nihil id nostram fidem mutare potest. Vivunt eorum liberi aut posteri, quibus quæ a nobis injuria imponitur, ea non ad hos minus, quam ad ipsos parentes, pervenire putanda est. Ita ista lege injuria afficiuntur viri summa gloria meritorum clari, a quibus restitutum et auctum insigniter hoc imperium est: in his Conon, haud minor ipso Themistocle, et Chabrias, tot tropæorum de hostibus nostris auctor, dux felicissimus, et alienæ vitæ in periculis providus, idem suæ prodigus gloriose. Tum etiam non desunt, quibus nuper demum immunitas cœpit fructuosa fieri, quando donum, patribus olim honoris ergo datum, sorte mutata, ad vitam tolerandam factum est necessarium. Denique est, qui vivit adhuc, et prope videt ea, quæ agimus, Leuco, Bospori rex, cujus in Rempubl. nostram maxima merita exstant et augentur in dies. Quid, si ille, quum fractam a nobis fidem audierit, ipse suam quoque liberam putabit? Quid, si immunitatem, si alia, quorum usus nobis necessarius est, revocabit?"

" Populus hujus doni tribuendi jus sibi interdicere nullo pacto potest, nisi forte simul alia omnia, quorum potestatem habet, sibi erepta vult. Nam per eandem speciem, qua Leptines ad illud utitur, nulla Reipubl. pars est, quæ non Populo prima quaque die eripi possit cum summo detrimento libertatis."

" Nihil efficitur exemplis aliarum Civitatum, nedum talium, quarum instituta a libertate abhorrent. Nec plus valet ipsorum majorum nostrorum consuetudo. Nam quum eos satis constet adversus suorum merita non ingratos fuisse, si alia, ac nos, si etiam minora dederunt, fecerunt illi ex ea, quæ tum erat, institutorum et morum ratione; neque omnino verum est, nihil illos nisi parva dedisse. Unum eorum hoc est dignum imitatione nostra, quod honorem nullum revocarunt, quem semel dederant."

" Quod Leptines præmium immunitatis tenue dicit esse, vere dicit. Perexiguum quiddam est immunitas; sed propter hanc ipsam caussam revocanda non est. Præterea quod obvertit, cetera præmia a se relinqui, unum tolli: primum nihil id juvat eos, qui forte hoc uno affecti sunt. Deinde non minus laborabit fides

publica, si unum genus tollatur, quam si omnia. Denique Reipubl. id ipsum expedit, alia aliis præmia proposita esse, ut virtutibus et beneficiis civium minus splendidis, qualia vel optatissima nobis esse debent, sua merces ne desit."

" Captiosum atque Sophista dignum est argumentum, quo liturgiæ solennes cum muneribus sacris confunduntur. Nam harum rerum diversam esse rationem, palam est: immo ex universo tenore legis ad liquidum confessumque perduci potest, Leptinem hoc proferre, non quia id verum putet, sed ad tempus, et ut nomine religionis prætexendo judicium fallat."

His quidem, quæ ita a me collocata sunt, ut facilius cum rationibus adversarii, quibus quidque respondet, comparari possint, his igitur Demosthenes plura et ad persuadendum potentia momenta interponit, ex jure Attico fere petita, ut hæc:

" Vitiosa est Leptinea lex primum ideo, quod auctor in ea roganda legum novarum ad Populum ferendarum formulas legitimas et præscriptum jus migravit :"

" Secundo, quod vel manifesto repugnat receptis legibus, vel certe sententiæ earum et consilio. Hujusmodi v. c. sunt, quæ sanciuntur de pœna irroganda ei, qui sibi præmium petat."

" Etiam ex alia parte lex vitiosa est in hoc, quod Harmodii et Aristogitonis progeniem excipit. Oportet enim legem, præsertim latam in libera Civitate, æqua conditione de omni cive statuere, nec secus vetera aut præterita, atque nova aut futura judicare. Et quis hanc Reipublicæ nostræ fortunam adeo stabilem propriamque præstet futuram, ut nunquam quisquam eadem sibi deposcere queat, quæ duobus illis olim data sunt?"

" Sed nimirum habebat factio adversaria, cur talem legem ferret. Exercet ea simultates cum pluribus ex numero immunium, bisque præmia sua ereptum ibat. At turpe est, ut privatas injurias persequare, auctoritate publica abuti, et inimico tuo lege eripere, quod accusatione et judicio conflato eripere non audeas."

" Syndici, quos Populus delegit legi Leptineæ defensores, partim suspecti sunt, partim rejiciendi propterea, quod idem ministerium illi jam ante in aliis caussis fecerunt."

" Antiquanda igitur lex Leptinis, et in ejus locum substituenda talis, quæ tum receptis legibus non repugnet, tum bonæ famæ Civitatis nostræ consulat, tum incommodis, si qua ex immunitatibus orta sunt, medeatur[c] etc."

Satis diximus de argumento Orationis et statu caussæ: itaque

[c] Demosthenicæ legis, quæ Leptineæ opponitur, nec verba tenemus, nec totam sententiam. Petitus quidem in LL. AA. p. 382. hæc verba posuit, quæ in Argumento Græco Anonymi leguntur. Τὰς δωρεὰς, ὅσας ὁ Δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι κ. τ. λ. At auctor indicat ipse, verba legis a se non dari. Quippe sic præfatur: τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος;

videmur nobis eos quoque adjuvasse, qui forte a Græcæ linguæ cognitione imparatiores ad hanc lectionem accesserint. Patet jam, quo in orbe rerum et sententiarum versetur Oratio: in quo multum adjumenti est ad melius intelligendum. Attamen ut ea a nobis, qui legimus, quoad ejus fieri possit, eodem modo intelligatur, quo intellecta quondam est ab iis, qui Oratorem coram audierunt: imprimis cognoscenda est ratio, quæ Athenis obtinuit, publicorum munerum curandorum, nec non legum ad Populum ferendarum abrogandarumque. Quibus de rebus, nondum ab omni parte aliorum cura illustratis, longa esset disputatio nostra, si eas propter jus Atticum tractaremus: nunc satis erit persequi ea, quæ hujus scriptionis institutum poscere videbitur. [d]

Jam primum illud constat, libertatem suam, tantopere jactatam celebratamque, olim civem Atticum, ut Romanum, et ut quisque in simillima Republ. vixerit, haud parvo redemtam habuisse. Nam uti is, qui civitate Attica fruebatur, summi erat consilii publici particeps, atque summorum honorum aditum patentem habebat, æquato omnium jure et potestate imperandi; ita eundem præter ipsius publicæ curæ molestias multa et magna negotia, impensæ et ministeria onerabant, in commune facienda. In quo genere sunt, ut alia prætteream, minus cum hoc loco conjuncta, *αἱ λειτουργίαι ἐγκύκλιοι*, quarum crebra hic mentio fit apud Oratorem nostrum. Latine non incommode interpreteris *munera solennia, stata, ordinaria.*[e] Hæc enim in urbe nullo tempore intermittebantur, curatione per tribus cunte in orbem. Cujusmodi sunt *χορηγία, γυμνασιαρχία, ἑστίασις.* Et belli tempore duo accedebant nova; *εἰςφορὰ* et *τριηραρχία.*[f] Sed ad horum duorum posterius, quod sumtus erat

[d] Tractarunt priorem partem de muneribus Sigonius in libro de Republ. Athen. IV. 4. et Petitus LL. AA. III. 4. p. 349. seqq., aliique plures: et difficillimum locum de trierarchia, etiam G. Budæus de Asse et partibus ejus lib. V. p. m. 531. seqq. Scheffer. de Milit. nav. II. 4. et Tourrellius in Notis ad Demosth. Or. de Corona gallice a se versam in Œuvres de M. Tourreil, Paris, 1721. 8. T. IV. p. 501. seqq. Qui, quæ virtus est Gallorum pæne propria, dilucide, multoque, quam Petitus et alii, aptius ad communem intelligentiam de ea re scripsit. Sed nos passim ea afferemus, quæ ostendant, libros istos lectos a nobis esse, non exscriptos.

[e] Ulpian. ad Orat. §. κζ'. Λεῖτον ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον, ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον. Ad hoc conf. Herodot. VII. 197. Etymol. M. Ammon. et Mœrid. in v. λειτουργὸς vel λειτουργεῖν, et ibi Valcken. et Pierson. Scilicet voces sunt sola forma diversæ, utpote a λαὸς et λεὼς ductæ, λάϊτος, λέϊτος, λεῖτος, λήϊτος, λῆτος, *popularis, publicus.* E postrema formatum λητουργεῖν recte Piersonus veteribus Atticis vindicat, simul in Plutarchi Romulo p. 34. B. scite reponens, λήϊτον γὰρ τὸ δημόσιον. Altera et generalis notio, qua λειτουργία dicitur de quacunque opera publicis usibus præstata, minus frequentatur apud Atticos. Brevem historiam verbi, Theologo præter ceteros legendam, dedit Casaub. Exercitt. in Baron. Annal. p. 470. seqq. Ceterum quod Latine verti *munera*, cogitandum est de Romanorum muneribus ædiliciis et aliis ejusmodi. Minime vero λειτουργίαι miscendæ sunt cum ἀρχαῖς h. *magistratibus*, quod a nonnullis factum vidi. Temere id collegerunt ex Demosth. de Cor. §. 78.

[f] Demosth. ipse §. ζ'. post med. Οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας (conf. §. κζ'. ad fin.) λειτουργοῦντες ἡμῖν,

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

qui partes choragi receperat, primo loco oportebat deligere, quos producere in scenam vellet, et eos per artificem, quem χοροδιδάσκαλον vocabant, erudiendos et exercendos curare in iis artibus, in quibus sibi certatio esset futura, tum chorum vestibus ac coronis ad solennitatem ludorum aptis ornare, et omne choragium, id est instrumenta, quæcunque seu fabulæ docendæ seu alii spectaculo necessaria essent, privato sumtu præbere. Nihil enim dubitandum, quin ejusdem, qui choris scenicis sumtum suggereret, commissio totius ludi esset. Nam omnino chorum, tanquam fabulæ primariam partem, et eam, unde antiquitus omnis ratio scenæ effloruit, ita Græci usurpare consueverunt, ut verbi vis ad universam fabulam spectet. Sed satis de choragia.[m]

Alterum, γυμνασιαρχία, pertinet ad ludos gymnicos, in quibus juventus exercebatur, et similiter publice in Panathenæis, Hephæsteis, Prometheis et aliis solennibus commissiones fiebant. Præerant his γυμνασίαρχοι, eodem fere, quo choragi, modo a tribubus delecti in certum tempus, modo longius illud, modo brevius, nonnunquam in unum mensem. Mandata iis erat gymnasii alicujus aut ephebei cura summa et potestas, ipsique exercere se volentibus oleum, pulverem palæstricum, atque alia, quæ usus posceret, suppeditabant, omninoque ludos apparabant.[n] Tertium munus, paullo rarius a veteribus commemoratum, ejus est, qui ἑστιάτωρ appellatur. Talem oportebat in sacris festorumque dierum lætitia tribulibus suis epulum dare; quod in illa vilitate rerum venalium, quam Athenis fuisse scimus, nisi forte mensa lautitiis opipare exstruenda erat, haud magnæ impensæ esse potuit. Id munus qui faceret, ex sua tribu sorte ducebatur, nisi si quis sponte se facturum ostendisset.[o] Jam quærere libeat, quæ fuerit ratio sumtus, in unam-

3. 12. Fabulæ autem, sive tragicæ, sive comicæ, sive satyricæ, tribus tantum festis Bacchicis dabantur, Dionysiis urbanis magnificentissime, et illo tempore plures quam alias, interdum ad sedecim. De qua tota re vid. egregiam Diss. Barthelemii in Mem. de l' Ac. d. Inscr. et d. B. L. T. XXXIX. Itaque ubi commemorantur choragi in Panathenæis utrisque, in Thargeliis, in aliis solennibus, ibi de altero genere chororum, non de scenico, cogitandum est.

[m] Accuratior tractatio rei hujus loci non est. Nihil igitur dixi de certatione choragorum, nihil de ἀντιχορηγοῖς (h. e. iis, a quibus certamen fiebat, cuique pro tribu sua) quod verbum rari usus legimus apud Andocid. in Alcib. p. 121. et Nostrum in Midiam §. 17. ante med. §. 18. a med. nihil denique de præmiis, quorum honor ad ipsas tribus pertinebat, de tripodibus, a victore cum magna cærimonia consecratis etc. Tamen conferre operæ pretium erit Aristoph. Ran. v. 94. ejusque Schol. ad v. 406. Antiphont. Orat. ult. περὶ τοῦ χορευτοῦ, Demosth. Midianam passim cum Argumn. gr., adv. Phænipp. p. 1045. ed. R. Isæi Or. de Dicæog. hered. p. 113. De Apollod. hered. p. 187. et ex recentioribus, præter libros notos, Vandal. l. c. p. 675. seqq.

[n] De discrimine γυμνασιάρχου et γυμνασιοῦ nota est admonitio Perizonii ad Ælian. V. H. II. 6. Ad reliqua conf. Schol. ad Orat. §. ή. in fin. Vandal. p. 584. seqq. et Corsin. Fast. Att. II. p. 133. Ex conjectura oleo adjeci pulverem, de cujus genere vide loca, quæ designat Casaub. ad Theophr. Char. 5.

[o] Conf. Pollux III. 67. Harpocrat. v. ἑστιάτωρ. Salmas. Observatt. ad Jus Att. et Rom. p. 72. Hinc ἑστιᾶν τὴν φυλήν, apud Demosth. in Midiam §. 44. et alibi.

quamque harum rerum necessario faciendi. Sed equidem nihil usquam legi relatum, nisi hoc, choragi fuisse munus sumtuosissimum, præsertim in tragœdia et Dionysiis magnis, sumtuosius etiam in certamine tibicinum, quam in aliis.[p] Et narrat nescio quis apud Lysiam, triginta minas se choragum tragœdis, comœdis sedecim, Prometheis porro gymnasiarchum duodecim, rursus choro pyrrhichistarum Panathenæis magnis octo, parvis in eodem certamine septem, et cyclio choro tres impendisse.[q] Ex quo intelligitur, tantum uni tragico muneri potuisse impendi, quantum quatuor aliis honeste sufficeret.

Pergamus ad alterum genus munerum, temporarium et extraordinarium, εἰσφορὰν et τριηραρχίαν. Quorum nominum prius significat pecuniam ad necessitates belli conferendam, unde præcipue stipendium militi persolveretur.[r] Collationis hujus descriptio fiebat ex censu, varie pro usu rerum ac temporum. Strategorum cura erat, hoc et alterum munus bellicum ordinare, ad eaque vocare cives, ac lites et caussas forte de iis ortas judicare.[s] Qua in re non raro hæc fraus versata est, ut qui cuipiam incommodare vellet, eum suffragiis suis in numerum ditissimorum aut superiorem classem adscriberet. Id quod ex Cleonis comminatione quadam apud Aristophanem apparet.[t] Mox, Oratorum nostrorum sæculo, hoc omne onus legimus solis mille ac ducentis civibus impositum, tali ordine.[u] Singulæ tribus (decem autem tribus erant Athenis) cen-

p Demosth. in Midiam l. c. Τραγῳδοῖς κεχορήγηκέ ποτε οὗτος; ἐγὼ δ' αὐλητοῖς ἀνδράσι· καὶ ὅτι τοῦτο τὸ ἀνάλωμα ἐκείνης τῆς δαπάνης πολλῷ πλεῖόν ἐστιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ δήπου. Mirum est, quid intenderit pretium posterioris certaminis. Possunt fuisse rei aliæ caussæ, quas ignoramus. Unam conjecerim fuisse hanc, quod, quum fabulis agendis cives gratuitam operam darent, ad illud peregrini artifices conducendi essent. Et omnino apud veteres parva mercede contenti non erant tales artifices.

q Lysias Orat. XXI. princ. Locus est classicus ac varii usus. Quare posthac eum apponemus αὐτολεξεί.

r Solennia hic sunt εἰσφέρειν χρήματα, εἰσφέρειν εἰς τὸν πόλεμον, εἰς τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως, εἰσφορὰς εἰσφέρειν, et de hominibus, qui id munus faciunt, οἱ εἰσφέροντες. Vide, ut unum ex numero antiquiorum citem, Lysiæ Orat. XII. p. 396. ibique Markl.

s Vid. Orat. adv. Phænipp. passim, et adv. Bœot. I. p. 996. ed. R. ubi Mantitheus, actor, ita ait: Τίνα οἱ στρατηγοὶ τρόπον ἐγγράψουσιν, ἐὰν εἰς συμμορίαν ἐγγράφωσιν; ἢ ἐὰν τριήραρχον καθιστῶσιν; ἢ, ἂν στρατιά τις ᾖ, τῷ δῆλον ἔσται, πότερος ἔσθ' ὁ κατειλεγμένος; Formulæ hujus, εἰς συμμορίαν ἐγγράφειν, gemina illa est apud Aristophanem, εἰς τοὺς πλουσίους ἐγγράφειν, versibus mox ponendis. Omnino potestas Strategorum nota est, etiam hoc, quod illis idem jus fuit, ac Prytanibus, in urbe conciones et ecclesias habendi.

t Equitt. v. 923.

Δώσεις ἐμοὶ καλὴν δίκην,
ἱπούμενος ταῖς εἰσφοραῖς·
ἐγὼ γὰρ εἰς τοὺς πλουσίους
σπεύσω σ' ὅπως ἂν ἐγγραφῇς.

u Unus nobis hic sequendus est Ulpianus in his verbis (primam enim partem Scholii omitto, alienæ manus laciniam, et minus antiquam, ut opinor) ad Demosth. Or. Olynth. A. ad fin. Δέκα οὖσαν φυλῶν καὶ ἑκάστης προβαλλομένης ἀπὸ ἑκατὸν εἴκοσι, συνέβη τοὺς πάντας εἶναι λειτουργοὺς χιλίους διακοσίους. Ἐμέριζον οὖν αὐτοὺς ἀπὸ ἑξακοσίων ἀνδρῶν, ὅ ἐστιν, ἀπὸ δέκα συμμοριῶν· πάλιν δὲ ἑκατέραν τῶν δύο μερίδων τούτων ἔτεμνον εἰς δύο, ὅ ἐστιν, εἰς τριακοσίους μὲν ἄνδρας, κατὰ πέντε δὲ συμμορίας. Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τριακόσιοι οἱ πάνυ πλούσιοι, οἱ πρῶτοι· οἵτινες προεισέφερον τῶν ἄλλων τε καὶ εἶχον αὐτοὺς ὑπακούοντας εἰς πάντα, ὥστε συμβαίνειν εἰς δύο μερίδας εἶναι

tenos vicenos, qui ditissimi essent, de suo corpore prodebant. Hi omnes in partes binas dispertiti efficiebant viginti classes, *συμμορίας*, sexagenorum capitum singulas, et in singulis tribubus binas. Ita collecti mille ducenti rursus in duas partes dividebantur, sexcentorum hominum utramque; easque rursus in binas, ut essent quatuor, unaquæque trecentorum. Isti vero trecenti, divitiis ceteram turbam anteeuntes, principes erant in conferendo, et urgente bello pecuniam repræsentabant, quam deinde minus iniquo tempore a tenuioribus redigerent: quare eos dicto audientes habebant in rebus omnibus.[v] Ex quo factum erat, ut omnes in duas partes divisi essent: siquidem qui ab utraque erant parte, quodammodo trecentis ditissimis, qui utrinque erant, adhærebant. Ceterum istæ classes habebant singulæ suos principes, *ἡγεμόνας συμμοριῶν*, itemque curatores, *ἐπιμελητὰς συμμοριῶν*.[w] Horum alteri, copia divitiarum ceteris omnibus præstantes, videntur *συμμορίτας* suos ad muneris partes vocasse, et, si quis inter illos minus valeret, ejus ipsi partes sustinuisse: curatores autem in classibus eodem ministerio videntur functi esse, quo aliud notum genus curatorum in tribubus, *ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν*, videlicet ut classes ad conventus convocarent, atque ad eas de communibus rebus referrent.

Hæc tota descriptio civium talis, qualem nunc retuli, quo tempore primum in *εἰςφοραῖς* sit inducta, nullus Oratorum nos docet. At vero Philochori fragmentum servatum est ex Atthide,[x] quod

*τοὺς πάντας· εἴγε οἱ τῶν ἑκατέρωθεν ἦσαν ὥςπερ ἡνωμένοι τοῖς ἑκατέρωθεν τριακοσίοις, τοῖς πλουσιωτέροις. Εἶχε δὲ ἑκάστη μερὶς τῶν τεσσάρων ἴδιον στρατηγὸν καὶ ἴδιον ῥήτορα· ὅμως δὲ πάλιν τῶν δευτέρων καὶ οἱ ῥήτορες καὶ οἱ στρατηγοὶ ὑπεῖκον τοῖς προτέροις.* Quod h. l. est *προτελεῖν* vel *προεισφέρειν τῶν ἄλλων*, id habes etiam in Midiana §. 43. adv. Phænipp. p. 1046. ed. R. adv. Polycl. p. 1208. ed. R. Et inde *προεισφοραί*. Plane autem sentio cum Vales. ad Harpocrat. p. 73., ultima ista de Strategis et Oratoribus utrorumque falsa esse, et exsculpta ex verbis auctoris male intellectis. De toto Scholio intelligi non vult Valesius.

[v] Horum trecentorum in Republ. Demosthenes Olynth. A. §. ϑ'., ubi Scholion illud legitur, clare meminit: *Πρότερον μὲν γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰςεφέρετε κατὰ συμμορίας· νυνὶ δὲ πολιτεύεσθε κατὰ συμμορίας. Ῥήτωρ ἡγεμὼν ἑκατέρων, καὶ στρατηγὸς ὑπὸ τούτῳ, καὶ οἱ βοηθησόμενοι οἱ τριακόσιοι· οἱ δὲ ἄλλοι προςνενέμησθε, οἱ μὲν ὡς τούτους, οἱ δὲ ὡς ἐκείνους·* Quæ ad verbum repetuntur ab auctore Orat. *περὶ Συντάξεως* §. ζ'. Meminit eorundem etiam Isæus, qui ætate paullo antecedit Nostrum, atque ille primus, ni fallor, in Orat. de Philoctem. hered. p. 154. Ubi quod est *ἐν τοῖς τριακοσίοις εἰςφέρειν*, ab eodem alibi dicitur *ἐν πρώτοις*, de Apollod. hered. p. 187. Lysias, quamvis sæpe de omni genere munerum loquatur, nusquam nec trecentorum, nec symmoriarum mentionem intulit.

[w] Vid. Harpocr. v. *ἡγεμὼν συμμορίας*, et Pollux III. 53. Decem annos eum locum tenuit Demosthenes, quem vid. de Cor. §. λ'. ante med. et §. ϛζ'. ad fin. in Mid. §. 44. in Aphob. II. p. 836. ed. R. alibi. Rarius alterum vocabulum occurrit, *ἐπιμελητὴς συμμορίας*, ut in Everg. et Mnesib. p. 1145. ed. R. et in sola trierarchia.

[x] Apud Harpocr. et alios in v. *συμμορία*. Petitus et ejus asseclæ hoc fragmentum ad solam trierarchiam trahunt, neque omnino quidquam de symmoriis dicunt in *εἰςφοραῖς*, velut in illis talis descriptio nulla fuerit. Inde plura turbata sunt in hac disputatione. Ego accuratius distinctis locis, quæ alterius utrius generis symmoriarum mentionem habent, non dubitavi, quin ratio, initio usitata in *εἰςφοραῖς*, serius demum migrarit in trierarchiam. Putes etiam, rem deinde obsolevisse in *εἰςφοραῖς*, quum Orator di-

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

gendi, nihil, quantæ illis curæ classis fuerit. Itaque advocandi sunt supparis ætatis testes, Aristophanes et Thucydides.[c] Quorum fide hoc ponere certum licet, belli Peloponnesiaci tempore trierarchos naves accepisse de publico ædificatas, nihilque aliud ab ipsis exactum esse, nisi ut naves remigio et armamentis instruerent, tuerenturque. Ne victum quidem aut stipendium classiariis dare videtur trierarchus debuisse: si quis hæc vel etiam alia plura ex privato addebat, liberalitas ea erat, non munus lege impositum. Verum hic quoque interdum factum est, ut cives cogerentur plus, quam præscriptum et imperatum esset, impendere. Scilicet Strategi, qui malevoli essent in aliquem, navem ei attribuere solebant vitiosam et mutilatam, quæ quamprimum refici, ac tantum non de integro fabricari deberet. Omnino putes, jam tum trierarchiam magni sumtus fuisse.[d]

Demosthenis autem ætate res plures commutationes habuit, variis legibus alio atque alio modo comparata.[e] Imprimis sæpe numerus hominum uni navi attributorum variavit, pro eo ut temporis difficultas ferebat, quum pauciores in dies fierent, qui opibus valerent, et tantos sumtus tolerare possent. Primum bini tantum una navi adornanda occupabantur, quo modo rem apud Oratorem reperimus constitutam Olymp. 104, 1. et 4.[f] Neque tamen intra hunc numerum substitit, sed nonnunquam advocati ad unam navem sunt terni, quini, seni, deni, etiam quinideni.[g] Coibant tales so-

χοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ, καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη.

[c] Alter in Equitt. v. 913. ibique Schol. et Ran. v. 1096. Thucyd. VI. 31. Conf. Isocrat. adv. Gallim. p. 565. A. Ad idem tempus, aut antiquius etiam, spectant fortasse, quæ Pollux VIII. 108. et Hesych. v. ναύκλαροι habent de naucrariis. Ibi vid. Intpp. Sed de hac tota re parum habemus explorati.

[d] Is certe, qui munera magnificentissime a se obita jactat apud Lysiam l. c., septem annis narrat sex talenta a se in hoc munere effusa.

[e] Demosth. de Cor. §. λά. Καίτοι κατὰ τοὺς προτέρους νόμους κ. τ. λ. Ita is et alibi loquitur de pluribus legibus propter rem trierarchicam latis. Nulla harum superest.

[f] Orat. in Midiam §. 43. Κἀγὼ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι. Atqui Demosthenes in album civium relatus est Olymp. 103, 3. anno ætatis XIX. Ergo illud, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, pertinet ad Olymp. 103. exeuntem, vel ineuntem 104. Prætuli autem Olymp. 104, 1. propter ea, quæ narrantur in Or. II. adv. Aphob. p. 841. ed. R. De altero numero conf. Orat. adv. Polyclem p. 1218. et ad hunc locum Petit. LL. AA. p. 359.

[g] Ulpian. ad Orat. Mid. §. 43. Πολλαὶ περὶ τὰς τριηραρχίας ἐγίγνοντο μεταβολαὶ διὰ τὸ μέγεθος τοῦ ἀναλώματος. Καὶ ὁτὲ μὲν σύνδυο ἦσαν· ὁτὲ δέ, σύντρεις· καὶ ὁτὲ δέ, καὶ δέκα τριήραρχοι· ὁτὲ δὲ χίλιοι. Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε. Καὶ ὁτὲ μὲν ἡ πόλις τὴν κατασκευὴν καὶ τοὺς ναύτας ἐδίδου, καὶ μόνον τὴν ναῦν ὁ τριήραρχος παρεῖχε· ὁτὲ δὲ σύμπαντα οἴκοθεν οἱ τριήραρχοι παρεῖχον. De trinis etiam sequens Scholion loquitur, cetera ineptum: Τὴν τριήρη ἐπλήρουν ἢ σύντρεις, ἢ ὅσοι δήποτε. In prioribus Petitus rejicit verba, ὁτὲ δὲ χίλιοι, omnino me probante, saltem in illo contextu. At quod idem in iis, quæ proxime præcedunt, emendat, ὁτὲ δ' ἑκκαίδεκα, illud non imiter. Plura huc spectantia vetus scriptor scire potuit, quorum auctores hodie deficiunt. Ceterum cum Ulpiani auctoritate conjunxi verba Hyperidis ap. Harpocr. v. συμμορία. Nam ibi quoque de conjecturis Petiti, pessimi conjectoris, consentio cum Wesseling. Temerarium est, in dubiis et incertis testimonia refingere. Id

cietates permixti opulentiores cum minus opulentis, ea conditione, ut omnes æqualiter conferrent, ne nimium premerentur ii, qui singuli per se parandæ navi impares essent, aut videri vellent. Omnino videtur trierarchia ab opulentioribus sæpius ad suum compendium ordinata esse, et eo quidem tempore, in quo nunc versamur, prope liberum cuique arbitrium permissum, in quam portionem impensæ venire vellet. Itaque factum est aliquando, ut plane viderentur defore, qui munus ex ordine obirent. Id quod colligi puto posse ex eo, quod Olymp. 105, 3. exstitisse primum traduntur voluntarii trierarchi.[h] Sed horum quæ ratio fuerit ac descriptio, non traditur, immo ne id quidem constat, an forte illi operam suam duntaxat ad unius belli Euboici necessitatem obtulerint.

Utut est, proximo statim intervallo mutatio placuit. Constituti sunt ad trierarchiam, quod jam prius in εἰςφοραῖς factum erat, mille ac ducenti cives ex numero eorum, qui domos, fundos, alia quæ moveri non possent, numosque, seu fenore seu apud mensam publicam occupatos, possidebant.[i] Id corpus autem non puto omnino ex iisdem compositum fuisse, qui essent in classibus εἰςφερόντων: videntur potius ex iis, quibus modicæ divitiæ essent, plures in solis εἰςφοραῖς contulisse, vacasse contra a trierarchia.[k] Constitutæ igitur ad hanc quoque viginti symmoriæ, sexagenorum hominum singulæ, ex quibus etiam plures, quam ante, unius navis caussa jungebantur; dubium tamen an manente illo delecto ordine trecentorum.[l] Atque hæc ratio trierarchiæ faciendæ vocata est συντέλεια, id est *contributio*, et συντελεῖς, ex quibus societates istæ fiebant.[m] Cujus rationis, etsi quasi prætereundo, ita tamen Orator qui facit, ipse quasi regulam, qua utendum est, incurvat.

[h] Tribus verbis rem, tanquam notam auditoribus, tangit Demosth. de Cor. §. κϑ'. Nobis adeo de tempore dubitare liceret, absque Diodoro Siculo si essemus XVI. 7. Conf. A. Schotti Vit. Demosth. ad Olymp. 105, 3.

[i] Haud scio, an constitutio facta sit νόμῳ τῷ τοῦ Περιάνδρου, καθ' ὃν αἱ συμμορίαι συνετάχθησαν, cujus obiter his verbis meminit Noster adv. Everg. et Mnesib. p. 1145. ed. R. Sed desero conjecturam, dum cogito, plures leges de trierarchia affuisse. Id vero non video, quare nonnulli Periandri legem, non aliunde notam, ad illam descriptionem symmoriarum, quam Nausinico Arch. factam vidimus, referre, vel ipsum Periandrum descriptionis illius auctorem facere voluerint. Scilicet putarunt, symmorias pertinere ad solam trierarchiam. Quod, nisi me omnia fallunt, falsissimum est.

[k] Non videor mihi abuti verbis Orat. nostræ §. ή. Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν, ἐν ταῖς εἰςφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν, εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰςφέρειν.

[l] Dubitatio mea tum alias caussas habet, tum hanc, quod in Orat. περὶ συμμορίων nihil legitur de trecentis. Quanquam silentii hujus vim haud magnam puto, quum nihil in eo insit, unde illos non fuisse intelligatur. At meminit trecentorum Oratio in Phænippum. Meminit sane; nusquam tamen certum iudicium habet, utro de munere agatur, de trierarchia, an de εἰςφοραῖς. Legimus quidem ibi in Argum. Græco hæc: Ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν κατὰ τὸν πλοῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτουργιῶν αἱ μείζονες h. e. *liturgiæ extraordinariæ*. Sed quis nos doceat, de quo tempore hic scriptor loquatur, quum Orationis ipsius tempus incertum sit?

[m] Etymol. M. et eodem fere modo Harpocr. v. συντελεῖς. Οἱ τριηραρχοῦντες νεὼς

in hoc libro[n] mentionem facit, ut eam Olymp. 106, 2. plane receptam putari oporteat. Quod quidem eo facere licebit confidentius, quia in alia Oratione, quam insequenti anno de ordinandis symmoriis habuit, ejusdem contributionis in trierarchia receptæ et viginti symmoriarum nominatim meminit.[o] Accedit etiam Oratio Midiana, in qua tale est indicium rei, ut ea haud multo ante, quam ista caussa ageretur, instituta videri debeat.[p] Pertinet vero caussa Midiana ad Olymp. 106, 4.[q] Jam annum si quæras, quo contributio trierarchica fieri cœperit, nihil diserte de eo relatum invenias; tamen quum id institutum primis annis Olympiadis 106. valuisse, ea, quæ modo scripsi, luculenter monstrent, Oratio autem adversus Polyclem fidem faciat, Olymp. 104, 4. id nondum in usu fuisse: relinquitur una Olymp. 105., in qua initia latere videantur. Atque huic computationi forsan etiam aliunde probabilitas addi possit.[r]

μιᾶς ἅμα ἐπεμελοῦντο, συντελεῖς ἐλέγοντο. Τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται. Quodsi Antiphontis auctoritas, quam Harpocr. addit, loco suo posita est, pertinuit ea ad aliud genus συντελείας. Idque ipsa inscriptio Orationis probabile facit.

n Vid. §. ζ'. in fin.

o Animadvertenda ibi imprimis sunt hæc §. ε. Οἶμαι δεῖν ποιῆσαι συμμορίας εἴκοσιν, ὥσπερ νῦν εἰσίν, ἑξήκοντα σώματα ἔχουσαν ἑκάστην. Quod Orationem refero ad Olymp. 106, 3., in eo sequor Dionysium Halic. Ep. ad Ammæum §. 4., ubi primam illam ponit publicarum Gratt., et habitam Diotimo Arch.

p Orat. in Mid. §. 43. Οὗτος (ὁ Μειδίας) γεγονὼς ἔτη περὶ πεντήκοντα ἴσως ἢ μικρὸν ἐλάττω οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειτούργηκεν, ὃς δύο καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Κἀγὼ μὲν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐτριηράρχουν, εὐθὺς ἐκ παίδων ἐξελθών, ὅτε σύνδυο ἦμεν οἱ τριήραρχοι, καὶ τὰ ἀναλώματα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων, καὶ τὰς ναῦς ἐπληροῦμεν αὐτοί· οὗτος δέ, ὅτε μὲν κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἦν, καθ' ἣν ἐγὼ νῦν, οὐδέπω λειτουργεῖν ἤρχετο, τηνικαῦτα δὲ τοῦ πράγματος ἥπται, ὅτε πρῶτον μὲν διακοσίους καὶ χιλίους πεποιήκατε συντελεῖς ὑμεῖς.

q Sic scribendo, effugimus necessitatem quærendi de anno Orationis, sive scriptæ modo, sive etiam habitæ. Namque id ipsum dubitatur, an habita sit; et merito. Caussa autem assignari debet Olymp. 106, 4., si Demosthenes recte locutus est, quum dixit l. c., annum ætatis se agere XXXIII. At Dionys. Halic. Ep. ad Ammæum l. c. Orationem refert scriptam esse Callimacho Arch. Olymp. 107, 4. Quæ diversitas nihil nos moveret propter illud, quod supra de calculis in hoc libro mentionem facit, ut eam Olymp. 106, 2. plane receptam putari oporteat. Quod quidem eo facere licebit confidentius, quia in alia Oratione, quam insequenti anno de ordinandis symmoriis habuit, ejusdem contributionis in trierarchia receptæ et viginti symmoriarum nominatim meminit. Accedit etiam Oratio Midiana, in qua tale est indicium rei, ut ea haud multo ante, quam ista caussa ageretur, instituta videri debeat. Pertinet vero caussa Midiana ad Olymp. 106, 4. Jam annum si quæras, quo contributio trierarchica fieri cœperit, nihil diserte de eo relatum invenias; tamen quum id institutum primis annis Olympiadis 106. valuisse, ea, quæ modo scripsi, luculenter monstrent, Oratio autem adversus Polyclem fidem faciat, Olymp. 104, 4. id nondum in usu fuisse: relinquitur una Olymp. 105., in qua initia latere videantur. Atque huic computationi forsan etiam aliunde probabilitas addi possit. Dionysii dixi in nota f. p. 360., nisi Orator ibi res gestas commemoraret, quas demum post Olymp. 106. gestas historia ponit. Sed hoc in loco nihil interest nosse, quo anno scripta sit Oratio: id interest, quo anno ejus caussa sit ponenda. Scilicet hæc duo diversa sunt non parum.

r Tentavit hoc facere ex Grat. adv. Evergum et Mnesibulum Petitus p. 366. Isti tamen argumento non confiderem, nisi alia essent et majora. Sed locus est apud Isæum de Apollod. hered. p. 184., qui locus acutiori lectori nostram rationem nonnihil turbare possit videri. Ὁ μὲν γὰρ πατὴρ αὐτοῦ τάς τε ἄλλας ἁπάσας λειτουργίας λελειτούργηκε, καὶ τριηραρχῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλεσεν· οὐκ ἐκ συμμορίας τὴν ναῦν ποιησάμενος, ὥσπερ οἱ νῦν, ἀλλ' ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶν· οὐδὲ δεύτερος αὐτὸς ὤν, ἀλλὰ καταμόνας· οὐδὲ δύο ἔτη διαλιπών, ἀλλὰ συνεχῶς κ. τ. λ. Ita h. l. symmoriarum ordo memoratur, tanquam nuper institutus. Isæi autem ætas paullo superior est, quippe quem Demosthenis magistrum fuisse tradunt. Universe aliquis respondeat, et illius Grationis, et aliarum plurimarum ejusdem auctoris, dubia et incerta tempora esse. Sed melior responsio parata est ex eo, quod plura fidem faciunt, Isæum adhuc primis annis Philippi regnantis, id est Olymp. 105., non modo superstitem fuisse, sed et caussis scribendis operam dedisse. Vid. Ionesii Not. ad Isæum anglice translatum p. 162. seq. Alter locus ex Demosth. adv. Bœotum in mentem recurrit, ante prolatus ille in nota s. p. 373., qui et ipse offensione non caret. Nam si quis premat particulam disjunctivam ἢ, *aut*, facile inde extricet, tum temporis nihildum symmoriis commune fu-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

nihil iniquius fuit, nihil publice incommodius. Primum pauper jure queri poterat, sese ditissimis exæquari, velut ii, quibus hodie a principibus tributum in capita æqualiter imperatur. Tum divites simul illud detrectare, quod pro habitu opum sustinere debuissent, sæpeque adeo hanc tantulam partem impendere gravari, et onus variis artibus omnino a se in tenuiores transferre.[x] Ita res, divitibus utilissima, inutilis Civitati exstitit et perniciosa. Etenim si quod subito bellum ineundum aut periculum propulsandum erat, vel prorsus deficiebant, qui naves instruerent, vel classis male ac post tempus comparata exibat; unde factum, ut Respubl. occasiones gerendarum rerum prætermittere deberet, et detrimenta acciperet. Adeo laborare pessimo publico rem navalem, Demosthenes non amplius ferendum ratus, novam descriptionem excogitavit, per quam contributio sedenorum sublata, itemque nomen συντελῶν, quo se trierarchi adhuc vocabant, usurpari desitum est. Factum id est lege, quam, licet acriter obnisis divitibus et principibus symmoriarum, pertulit tamen ille Olymp., ut videtur, 109, 3.[y] Ea ex lege, qui divites adhuc exiguum decimæ sextæ partis sumtum, aut ne hunc quidem, toleraverant, non raro singuli coacti sunt unam navem soli, vel etiam plus una instruere.[z] Namque ad censum nunc perducta res, ætatis nulla ratio habita. Videlicet opibus civium tanquam in unum collatis, decem cuique triremi talenta assignabantur, ita, ut qui decem talentis census esset, eum solum oporteret triremem suam apparare; qui viginti talentis, duas: quibus vero major erat census, eorum nemini, quantumvis opulento, plus quam tres triremes et una scapha imperaretur. Contra illorum, quorum minor census erat decem talentis, modo bini, modo terni, modo plures in unum corpus jungebantur, usque dum decem talentûm summa confieret ex pecunia, quam quisque pro rata portione numeraret. At vero quam multi ex hac lege ad trierarchiam vocari potuerunt? Tacet Demosthenes, ut est omnino paullo brevior, ubi de hoc merito suo loquitur, in iis præsertim, quæ ad declarandum novum ordinem pertinent. Sed Hyperides

essent Intpp. Neque iis difficultas tollitur, quæ habet auctor Miscell. Defenss. ad Jus. Att. et Rom. p. 135. seq. Nihil tamen illa res ad nos et nostrum institutum. Magis attinet, legis illius, a Demosthene abrogatæ, tempus scire. Sed ne hoc quidem, nisi conjecturis incertis, assequi licet. Vid. Petitum p. 360.

x Vid. Grat. de Cor. §. λ'. seqq. et in Midiam §. 43.

y Dubitanter locutus sum. Nam qui Archon a Demosthene §. λ'. ponitur, Polycles, nullus apparet in fastis. Pessime illum Meursius de Archont. IV. 14. eundem habuit ac Philoclem, qui magistratum gessit Olymp. 114, 3. quo anno mortuus est Orator. Istius rationem refellens Petitus p. 362. Polyclem pseudeponymum Archontem facit Olymp. 110, 2. rationibus non plane futilibus. Corsinum tamen potius sequor, qui pseudeponymum Arch. ponit Olymp. 109, 3. anno, quo verus Archon fuit Sosigenes. Vitl. Corsini F. A. T. I. p. 351. T. IV. p. 36.

z Huc pertinent verba Scholii ad Grat. in Midiam, supra prolati: Ὁ γοῦν Δημοσθένης ὕστερον δυοῖν τριήρων ἕνα τριήραρχον ἐποίησε.

apud Harpocrationem et Pollux[a] testantur, ab Oratore nostro trecentos lege lata ad trierarchiam vocatos. Sæpe multumque dubitavi, quænam ista esset lex, eademne nostræ, an alia. Nihil enim in eo loco Demosthenis, quo nunc utimur, de trecentis. Ne quem tamen hoc postea fallat, uti me diu fefellit: primum nihil legimus in eo loco, quod adversetur Hyperidis auctoritati: immo divites isti, quos gravatos dicit lege sua, quod defunctis antea exiguo sumtu in posterum onus pro censu subeundum esset, isti, inquam, facile pro trecentis illis haberi possunt. Deinde quum nusquam ullius legis, præter illam a se de re trierarchica latæ, meminerit, nostri loci ea est ratio, ut, si quam alias tulisset, id non videatur sane silentio transiturus fuisse. Ita sponte eo nos conjectura fert, ut Hyperidem de ipsa hac lege, Olymp. 109, 3. lata, non de alia loqui dicamus.[b] De illa autem παρανόμων accusatus Demosthenes est a Patrocle quodam.[c] Verum is caussa cecidit, narrante auctore in eadem Oratione de corona, quam Olymp. 112, 3. habitam constat, ubi tota legis commemoratio talis est, qualem quisque intelligat nonnisi de recepta et valente esse potuisse. Jam ab hoc inde tempore quid factum sit de trierarchia, nos fugit, destitutos omnibus testimoniis auctorum.

Non minus autem variatum est in parte impensarum, quam trierarchi ferre debebant. Primo tempore quum quadringenti essent, vidimus triremes publico sumtu ædificatas, illos nihil addidisse de suo, præter πληρώματα et σκεύη. Tum vero illorum quisque ferę navem præfectus conscendebat, et militiam ipse sequebatur. Posthac quando duo vel tres ad unius navis societatem coibant, sumtum inter se ita partiebantur, ut nihil Respubl. erogasse videatur.[d] Mox mille ducenti successere, ex quo societas quæque solam navem præbebat ædificatam, publice addebantur armamenta, nautæ et σκεύη τριηραρχικά: quas res, exacto munere, quisque vel ei, qui successurus erat, vel Reipubl. reddere debebat.[e] Sed trierarchi

[a] Harpocr. v. συμμορία, et Pollux VIII. 100. Ibi quid sibi Kuhnius velit, non in omnibus assequor.

[b] Addi ad hæc potest Dinarchus Grat. in Demosth. p. 33., adversario probri loco objiciens legem, quam nemo dubitet eandem esse, qua ipse de Cor. gloriatur. Εἰσί τινες, inquit, ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐν τοῖς τριακοσίοις γεγενημένων, ὅθ' οὗτος ἐτίθει τὸν περὶ τριηράρχων νόμον. Οὐ φράσετε τοῖς πλησίον, ὅτι τρία τάλαντα λαβὼν μετέγραφε καὶ μετεσκεύαζε τὸν νόμον καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν; Vix Dinarchus sic meminisset *trecentorum*, nisi lex ad illos onus transtulisset.

[c] Etiam Æschinem, perpetuum suum in Republ. adversarium, narrat Demosth. ibid. §. ΛΖ'. subornatum fuisse a principibus symmoriarum, ut legem dissolveret. Fortasse ergo is in subscriptoribus Patroclis fuit. Nam de eadem lege ibi Demosthenem intelligendum arbitror.

[d] Vid. Orat. in Midiam §. 43. et ibi Schol. et paullo ante eundem Schol. §. 23. ad fin.

[e] Vid. ibid. §. 43. et Orat. in Everg. et Mnesib. passim. Interdum factum est, ut ultra præscriptum conferrent, qui studium suum in Rempubl. vellent ostentare, ut Apollodorus se fecisse narrat apud Demosth. de Cor. trierarch. p. 1229. ed. R. Τὰ σκεύη, ὅσα δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα, καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν· οὗτοι δ' ὑμετέροις κέχρηνται, καὶ τῶν σφετέρων οὐδὲν εἰς ταῦτα προεῖνται. Omni-

vocabulum antiquam et propriam potestatem, qua præfectum triremis signarat, jam tum exuisse putandum est. Nam qui contribuerant, sæpe domi residebant, alio quopiam ad navem amandato. Scilicet in morem venerat locatio trierarchiæ, haudquaquam utilis Civitati res. Unus συντελῶν, otiosus forte aut aliqua de caussa expeditionem quæstui habiturus, pecuniam a sociis exigebat, eaque collecta solus militabat. Ita vero de iis, quæ male facta aut curata in munere essent, non redemtori erat ratio reddenda, sed illis, qui locaverant.[f]

Ex his, quæ disputavi, facilis est existimatio, quam onerosa munera fuerint, quantumque tum periculi habuerit, divitem esse. Et postulabat Civitas quasi jure suo, uti facultates quisque suas in publica commoda et ornamenta profunderet, non laborans illa, quin quis choragiis aut trierarchiis ad egestatem redigeretur.[g] Itaque apud Oratores legimus accidisse non raro, ut qui opibus valeret, opes, quacunque arte posset, dissimularet. Contra non deerant florente Republ., qui, popularis auræ captandæ, quam opum, cupidiores, munera libenter reciperent, et vel multo plus insumendo, vel sæpius repetendo, quam opus esset, suum in cives studium jactarent.[h] Neque vero occasiones omnes enumeravimus,

no insignis materia fuit laudis et gratiæ apud multitudinem, si quis munera liberaliter et magnifice fecerat; contra magnum probrum, si quis ea defugerat, aut fecerat sordide. Vid. Lysiæ Or. VII. p. 285. XVIII. p. 603. Isæi Or. de Dicæog. hered. p. 109. de Philoctem. hered. p. 154. Demosth. in Cherson. §. ιγ'. et passim alibi.

[f] Vid. Or. Mid. l. c. et §. 23. cum Schol. et Or. adv. Polycl. seu περὶ τοῦ ἐπιτριηραρχήματος p. 1223. ed. R. de Cor. trierarch. l. c. etc. Talento fere locabatur trierarchia in annum. Unde magnitudo muneris cognosci potest.

[g] Vid. Xenoph. de Rep. Athen. I. 13. Sæpe igitur cives querebantur in judiciis, se bona sua καταλειτουργῆσαι, καταχορηγῆσαι et rel. Conf. facetos versus Antiphanis ap. Athen. III. p. 103. F. Sed ne quæras, a quo censu aliquis in numerum τῶν λειτουργούντων receptus sit, et quinam sint in Orat. §. ζ'. οἱ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν κεκτημένοι: unus huc spectat locus ex Orat. I. in Aphob. p. 833. ed. R. Unde saltem hoc intelligitur, non temere quenquam, cujus census non excederet summam 2 talentûm, ad munera encyclia seu solennia adigi potuisse. De hisce muneribus solis ibi capienda vox, λειτουργεῖν.

[h] Nam nemo nisi annis alternis ad liturgiam adigi poterat, ἐκ νόμων πάλαι κυρίων. Vid. Orat. §. δ'. et Isæi locum, appositum in nota r. p. 378. Notabile hic imprimis est exemplum ejus, qui a Lysia defenditur in ἀπολογίᾳ δωροδοκίας Orat. XXI. Is paucis annis enormem summam variis muneribus obeundis impenderat, tantam, ut ne quartam quidem partem legibus se debuisse dicat. Verba, unde jam ante profecimus, ipsa huc transscribam, additis rationibus pecuniæ nostræ. Ἐγὼ γὰρ, inquit, ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καταστὰς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς· (637 imperial. 12 gr. convent.) καὶ τρίτῳ μηνὶ Θαργηλίοις νικήσας ἀνδρικῷ χορῷ, δισχιλίας δραχμάς· (425 imp.) ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυῤῥιχιστὰς Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ὀκτακοσίας· (170 imp.) ἔτι δ' ἀνδράσι χορηγῶν εἰς Διονύσια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἄρχοντος ἐνίκησα, καὶ ἀνήλωσα σὺν τῇ τοῦ τρίποδος ἀναθέσει πεντακισχιλίας δραχμάς· (1062 imp. 12 gr.) καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλίῳ χορῷ τριακοσίας. (63 imp. 18 gr.) Τὸν δὲ μεταξὺ χρόνον ἐτριηράρχουν ἑπτὰ ἔτη, καὶ ἓξ τάλαντα ἀνήλωσα. (7650 imp.) Καὶ τοσαύτας δαπάνας δαπανώμενος, καὶ καθ' ἡμέραν ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύων καὶ ἀποδημῶν, ὅμως εἰσφορὰν, τὴν μὲν τριάκοντα μνᾶς, (637 imp. 12 gr.) τὴν δὲ τετρακισχιλίας δραχμὰς (850 imp.) εἰσενήνοχα. Ἐπειδὴ δὲ κατέπλευσα ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Ἑρμήθεια, καὶ ἐνίκων, ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς. (255 imp.) Καὶ ὕστερον κατέστην χορηγὸς παιδικῷ χορῷ, καὶ ἀνήλωσα πλέον ἢ πεντεκαίδεκα μνᾶς· (518 imp. 18 gr.) ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρ-

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Et addendum est aliquid de antidosi.[o] Ne quis enim excusatione tenuitatis onus suum defugere posset, neve id accideret, ut qui cuipiam ex tribulibus negotium facessere, eumque ad paupertatem redigere vellet, minus opulentum suffragio suo ad choragiam, trierarchiam aut aliud quid[p] designaret; prospectum erat veteri lege περὶ τῶν ἀντιδόσεων, cujus auctoritatem ad Solonem referunt. Res ridicula, et, ut verum dicamus, subabsurda. Nam is, qui designatus erat, si quem præteritum esse opulentiorem putabat, poterat, quemcunque vellet, nominare, ab eoque petere, ut aut ipse munus reciperet, aut secum facultates permutaret. Ita nominatus alterutrum facere cogebatur. Si detrectabat munus, pernegans se ditiorem esse, ædibus et omnibus rebus ejus sigillum imponebatur, ne quid inde alio exportare posset. Tum ambo litigantes, interposito jurejurando, bona sua omnia, præterquam ea, quæ in argentifodinis erant, commentario[q] consignata edere debebant; caussa in judicium deducebatur. Mirum est, quod per hanc antidosin etiam civiles actiones ejus, unde petebatur, ad alterum transire consuerant. Sed plura iste mos incommoda habere debuit, in his illud non minimum, quod per eum interdum rebus gerendis moram objici necesse esset.[r] Mitto privata incommoda. Quis illa non pervideat? Sane omnino si hæc et alia, quæ hactenus scripsimus, cognita haberent ii, qui hodie sæpe bellis declamationibus beatam libertatem antiquarum civitatum desiderant, hæ illi, puto, tali votorum temeritate abstinerent.

Alterum, de quo explicandum nobis esse diximus, est de modo legum ferendarum, qualis apud Athenienses in usu fuit Oratoris sæculo. Qua in re, si plane rudibus hæc scriberemus, id esset præmonendum, sciscendæ vel jubendæ legis auctoritatem penes Populum fuisse, latoris nullas fuisse partes, nisi ut scriberet et rogaret. Nemo vero est tam imperitus, quin sciat, hoc uno maxime differre liberas Civitates ab unius aut paucorum imperio, quod, quum apud illas imperium sit legum, non hominum, legibus ipsæ

nibus, quibus opus esset quotannis ad encyclia munera. Quidni tamen ipsi vel uni in eo fidem habeamus? Putida est et nimium quam inepta Petiti emendatio LL. AA. p. 372. in illis, ἑξήκοντα ἴσως, ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι. Occurri præcipuo errori hominis in nota ad §. ζ'. l. c. ipsam conjecturam non dignam memoratu duxi, ut similes alias aliorum.

[o] Duæ exstant Oratt. περὶ ἀντιδόσεως inscriptæ, una Isocratis, composita, ut opinor, Olymp. 106. quum a Lysimacho quodam ad antidosin vocatus erat. Sed in hac μελέτῃ plura reperias de Oratoris vita et studiis, quam de instituto illo. Altera inter Demosthenicas legitur, adversus Phænippum habita, quæ tota versatur in eo instituto, et jucunda lectu est. Verbum proprii usus hic notabis, ἀντιδοῦναι ἀλλήλοις.

[p] Videtur antidosis locum habuisse in omnibus muneribus sumtuosis, non in sola trierarchia; quanquam in hac crebrius, quam alibi. De choragia testes sunt Xenoph. Œcon. VII. 3. Lysias Or. XXIV. p. 745. Demosth. Leptin. §. κζ'. ad fin.

[q] Ἀπόφανσιν dixerunt, nos vulgo *inventarium*.

[r] Vid. Xenoph. de Rep. Athen. III. 4. Demosth. Philipp. I. §. ιγ'.

sese adstringant, atque ejus rei jus ad omnes cives ex æquo pertineat.[s]

Itaque post Solonem, quum, sublato dominatu Pisistratidarum, libertas in pristinum restituta et insigniter aucta vigeret, licuit civium cuique, qui opera sua Rempubl. juvari posse putabat, legem a se excogitatam rogare, antiquam abrogare. Non tam multis difficultatibus, quam Romæ, septa erat facultas cum Populo agendi, ut in Civitate multo magis ad popularem formam composita. Sed de tali rogatione Populus in ecclesiis judicabat, utrum ea accipienda esset, an rejicienda, vel id judicium publica auctoritate agendum mandabat cognitoribus quibusdam, quos Nomothetas dixerunt.[t] Sed ante tempora belli Peloponnesiaci paullo rarius a disciplina Solonis et institutis Clisthenis descitum, minusque in legibus novatum est. Belli autem illius occasione constat labefactatam variis modis liberam conditionem Civitatis cessisse denique in tyrannidem Trigintavirorum, a quibus prisca pæne omnia dissoluta sunt Olymp. 94, 1. a. Chr. 404. Ἀναρχίαν eum annum vocant Attici; quanquam non integrum annum valuit illorum dominatio. Insequens statim annus, Euclide Archonte, recreatam vidit Rempubl., et ex integro multis novis legibus præclare salubriterque fundatam.[u]

[s] Ad sequentia conf. præ ceteris Petitum II. 1. p. 171. et Potterum I. 26. Petitum legenti si cui caput dolebit, me sibi socium mali esse, sciat. Incondite ille omnia ordinat. Sed laudanda doctrina ejus in multis rebus. Omnino ea recte refert, quæ claris testimoniis scriptorum constant; non æque id, quod ex locis reconditioris intellectus subtilitate comparandi erui potest, aut diligenti temporum distinctione eget.

[t] Hinc pendet usus loquendi in voce νομοθετεῖν. Ea adhibetur 1) de cive, qui ad Populum fert legem, i. e. rogationem, formulam, etiamsi non perferat. Ita sæpe jungitur γράφειν καὶ νομοθετεῖν. 2) De Nomothetis, qui Populi mandato et nomine de rogatione judicant; 3) de ipso Populo κυρίῳ ἁπάντων, cujus auctoritate et nutu in Republ. omnia geruntur, et a quo ea quoque dicuntur fieri, quæ ab aliis fiunt jussu ejus, ut a magistratibus judicibus etc. Quod ultimum tenendum est imprimis. Sed θεῖναι νόμον Attici prope de eo solo dicunt, qui νόμον ἔγραψε, medium, θέσθαι νόμον, de Populo, rogatam legem jubente. Moschopul. περὶ σχεδῶν p. 10. Θεῖναι λέγουσι τὸν νομοθέτην τὸν νόμον· θέσθαι δὲ τὸν Δῆμον, ἤγουν δέξασθαι καὶ κυρῶσαι. Sic in Or. adv. Timocrat. p. 732. ed. R. activum est de ipso Solone, qui eodem modo dicitur ὁ νομοθέτης, sed cum emphasi, ut Homerus, ὁ ποιητής. Medium ubique habes eo sensu, quem posui, in Atticis certe. Quare mireris glossam Harpocrationis et aliorum hanc: Θέσθαι ἀντὶ τοῦ προέσθαι καὶ κυρῶσαι· Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Puto, notatu dignum duxerunt Grammatici, quod formula in Leptinea occurrit de judicibus, quos Orator alloquitur. Uti §. κά. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε θέσθαι τὸν νόμον. Quem locum fortasse spectarunt illi. Sed primum jam vidimus, θέσθαι νόμον pro κυροῦν solenne esse de judicibus: deinde licet nescias, quos auditores ibi alloquatur, de quo postea quæremus, licet putes etiam, alios fuisse hos, alios illos, qui legem Leptinis probassent; tamen ne sic quidem usus verbi insolens videatur. Omnes judices quasi personam Civitatis sustinent: hactenus quod alteri fecerunt, alteris tribui potest. Ita ubique loquuntur Oratores.

[u] Insignem hunc annum Olymp. 94, 2. fecerunt plura, quæ recensere longum est. Nec ignorat, qui ad lectionem Demosthenis accedit, scitum eo anno esse, τοῖς νόμοις χρῆσθαι ἀπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, et ἄκυρα τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα καὶ τὰ πρὸ Εὐκλείδου, quod multarum litium occasiones præcidit, et amnestiam, quam attigi in Comment. ad §. έ. Sed propter lationem legum, quam nunc tractamus, vid. impr. Andocid. de Myster. p. 39. et ibi psephisma, quo negotii totius ordo describitur, factum in sententiam Tisameni cujusdam, illius, ni fallor, cujus Lysias non

Ex quo tempore, quum res mutatæ mutatas leges poscerent, neque omnia potuissent uno anno provideri, plus paullatim novatum est, subindeque exstiterunt multi, qui leges cupide convellerent et abrogarent, ac novis super novas acervandis rem eo deducerent, ut, si quis per aliquod tempus a Civitate abfuisset, redux eam tantum non aliam factam videre sibi videretur.[v] In illa scena imprimis se extulit mobile ingenium Atheniensium: porrexerunt manus, et lex nata est.[w] Non deerant tamen de jure ac tempore rogandæ legis sanctiones, eæque severæ et rigidæ, quæ tantam libidinem coercerent. De his dicendum est nobis: sed dicemus breviter, et accommodate ad Orationis hujus intelligentiam.

Cautum igitur erat primum, ne quis legem receptam tollere conaretur, neve ageret abrogando, derogando, obrogando, nisi continuo novi quid surrogaret. Tum similiter ei, qui novam legem ferebat, receptæ contrariam, ab hoc initio erat ordiendum, ut veterem infirmaret, et tollendam vinceret.[x] Scilicet noluerunt Athe-

sine contemtu meminit Or. XXX. p. 864. Eo autem psephismate mihi abuti videntur, qui ad explicandum modum legum ferendarum, qualis postmodum fuit, adhibent. Pertinet illud potius ad Civitatem a tyrannide modo liberatam, quum XXX virorum acta rescinderentur, ac Solonis leges vel revocare, denuoque ratas facere, vel novis ad novum statum rerum aptis augere visum esset. Totum enim corpus legum usque huc latarum ad censuram vocatum est Euclide Arch. Cura rei a Populo duplicis generis Nomothetis commissa, alteris a Senatu delectis, qui leges conscriberent, alteris in ecclesia, qui promulgatas ab illis communiter cum Senatu spectarent, recognoscerent, juberentque Populi auctoritate, quas vellent. Cujus posterioris generis Nomothetæ quod in psephismate ponuntur CCCCC, insequente vero ætate dicuntur cIↃI fuisse, id eo perduxit Petitum et Reiskium, ut verba apud Andocidem transponerent. Humane tamen Reiskius: *Possumus ambo falli, potest vulgata bene habere.* Recte. Omnia docent, illam legum lationem singulare quiddam esse: eandem autem normam fuisse sequentium temporum, quis docuit?

[v] Demosth. in Timocrat. p. 744. ed. R. Οἱ παρ' ὑμῖν ῥήτορες πρῶτον μὲν ὅσοι μῆνες μικροῦ δέουσι νομοθετεῖν τὰ ἑαυτοῖς συμφέροντα κ. τ. λ. Similes querelæ sunt alibi, et in Orat. nostra §. κ'. post med. Conf. Wesseling. ad Petit. p. 185.

[w] In usum converti Ciceronis verba de psephismatis Atticis ex Or. pro L. Flacco c. 7.

[x] Vid. Orat. §. κ'. a med. et κά. ante med. Sed subjiciam hic statim legem ex Demosth. Timocratea p. 710. ed. R. Etsi ea Oratio tota cognoscenda est, si quis rationem legum apud Athenienses accurate discere velit. Accusatur ibi a Diodoro (nam huic scripta est) vir legis perniciosæ lator, adhuc ἔνοχος ὢν τῇ γραφῇ καὶ τιμωρίᾳ, in quo genere hæc una caussa ex antiquitate superest. Verba legis hæc sunt: Τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις· τότε δ' ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ τῶν Ἀθηναίων λύειν, ἕτερόν τι τιθέντι (corr. ἕτερον ἀντιτιθέντι) ἀνθ' ὅτου ἂν λύῃ. Διαχειροτονίαν δὲ ποιεῖν τοὺς προέδρους περὶ τούτων τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ κειμένου, εἰ δοκεῖ ἐπιτήδειος εἶναι τῷ Δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, ἢ οὔ· ἔπειτα περὶ τοῦ τιθεμένου· ὁπότερον δ' ἂν χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, τοῦτον κύριον εἶναι. Ἐναντίον δὲ νόμον μὴ ἐξεῖναι τιθέναι τῶν νόμων τῶν κειμένων μηδενί. Ἐὰν δέ τις, λύσας τινὰ τῶν νόμων τῶν κειμένων, ἕτερον ἀντιτιθῇ μὴ ἐπιτήδειον τῷ Ἀθηναίων Δήμῳ, ἢ ἐναντίον τῶν κειμένων τῷ· τὰς γραφὰς εἶναι κατ' αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον, ὃς κεῖται, ἐάν τις μὴ ἐπιτήδειον θῇ νόμον. Simul notentur formulæ aliquot solennes. Νόμος κύριος, *lex rite perlata, recepta, obtinens;* contra ἄκυρος, *usu non stabilita:* ἐπιτήδειος τῇ πόλει, *bona, probabilis, ideoque jubenda:* εἰσφέρειν νόμον, *rogare legem* aut *ferre;* παρεισφέρειν seu ἀντεισφέρειν, *rogare novam, in locum veteris et repudiandæ ponendam,* Lat. *legi abrogare;* quo et ἀντιθεῖναι pertinet. Denique λύειν νόμον, *dissolvere legem,* vel de *Populo,* vel de *rogatore:* liceat enim nobis interdum hac voce prisci moris Latini uti de eo, qui rogationem fert ad Populum.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

clesia fiebat per scribam publicum.[d] Quo facto, an prius (incertum enim) Senatusconsulto erat opus, si quis actionem in forum deducere vellet, et Populum rogare. Nam nihil ex veteribus institutis Reipubl. ad Populum ferri in ecclesia licuit ἀπροβούλευτον, id est, de quo non antea S. C. factum esset.[e] Jam rogator legem suam oratione pro suggestu habita suadebat, ac si qua simul vetusta delenda esset, hanc primum ut vitiose latam, aut ceteroqui malam Reique publicæ incommodam monstrabat abjici debere, mox novam contra ponebat, omni ope præstantiam ejus docere annisus.[f] Dein suffragium inibatur, χειροτονία. At vero hæc ratio, in psephismatis faciendis solennis, plane exoleverat tempore Oratorum in legibus. Ad judices tum vocata res est, sive quis veterem legem seu latorem accusabat, sive nova erat jubenda.[g] Neque enim uno judicio utrumque videtur factum esse. Jubendi autem et antiquandi auctoritas dabatur Nomothetis, ita quidem, ut, quidquid illi probassent, jus ratumque esset, quidquid repudiassent, nulla daretur ad Populum provocatio. Sorte ducebantur hi judices ex Heliæa, ut operam jurati navarent, sed potestate extraordinaria, quippe nec ultra id temporis valente, ad quod creati essent, nec nisi ad eas leges, quas Populus eis designassent.[h] Quoniam vero instituta vetera in universum bene habere putabantur, (nec immerito in tali Civitate, in qua sæpe res novæ fraudem tegunt,) legi cuique, in judicium adductæ, quinque viri publice patroni dabantur, quos illi Syndicos appellabant.[i] Ii quasi dissuasores quidam erant legis novæ, orna-

F. A. T. I. p. 121. Propter reliqua hæ notandæ sunt locutiones: νόμον ἀναγράφειν εἰς λεύκωμα, εἰς σανίδα· παραγράφειν νόμον νόμῳ· ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, πρὸς τοὺς Ἐπωνύμους· παραδοῦναι τῷ γραμματεῖ.

d Demosth. I. c. Ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις κ. τ. λ. Sed id ita accepisse videtur Ulpianus, ut prima recitatio ante promulgationem facta sit. Scripsit enim hoc modo: Δεῖ προαναγνωσθῆναι τῷ Δήμῳ, ἔπειτα προτεθῆναι, εἶτα λαβεῖν τὸν γραμματέα.

e An semper hoc servatum sit in legum latione, incertum est nobis. Nihil de eo in Orat. Nostra. Posui id tamen ex Timocrat. p. 715. sq. ed. R. quia haud dubie ad legitimum ordinem pertinuit.

f Hoc fundamento nititur partitio hujus Orationis nostræ. Prima in parte lex Leptinis impugnatur, in quo est caput caussæ; in altera parte adversarius suam opponit, inde a §. κ'.

g Quinctilian. I. O. II. 4. 33. *Apud Græcos lator legum ad judicem vocabatur: Romanis pro concione suadere ac dissuadere moris fuit.*

h Loquitur de his Nomothetis Orator etiam in Olynth. B. §. ε'. Eorum numerum constitisse cIↃI, supra dixi, scilicet uno super cIↃ adjecto, ne unquam pares essent calculi suffragiorum. Vid. Petit. p. 177. An tamen omni tempore tot numero ducti sint, dubito, nec id video effici illo psephismate Timocrateo p. 708. ed. R., quo uno hic nitimur. Nam constat omnino, judices pro caussarum magnitudine ex Heliæa delectos esse modo plures, modo pauciores. Ordinarius numerus fuit CCCCC. Sed duplicatum habemus, uno item adjecto, in caussa, quæ non ad leges pertinet, in ead. Orat. p. 702. ubi v. Schol. Et triplicatum in Dinarcho adv. Demosth. p. 72. Conf. Harpocr. v. Ἡλιαία, et Pollux VIII. 123. et 101. Quo posteriori loco simpliciter traditur: Νομοθέται ἦσαν χίλιοι. At is totus locus non est ejusmodi, ut vera et certa inde peti possint.

i Bene Ulpian. ad Timocrat. p. 707. ad vv. εἰς λεύκωμα. Εἰκός, ὅτι βελτίους ἦσαν οἱ πρότεροι νόμοι τοῦ εἰσαγομένου, καὶ χρείᾳ τῶν λεγόντων ὑπὲρ αὐτῶν ἐνομίζοντο εἶναι φαῦλοι. Idemque paullo post: Πέντε ἄνδρας κατ' ἕκαστον νόμον ἐχειροτόνουν. Sed hoc, quod de numero virorum dicit,

bantque dicendo, quæcunque in altera laudari posse viderentur, ut judices, audita atque subducta utriusque partis ratione, sententiam ferrent.

Horum omnium quidquam si omissum erat aut neglectum in ferenda lege, latorem accusare poterat, quisquis vellet. Caussa fuit publica et magna, γραφὴ παρανόμων. Idque periculum illi non depulit Populi suffragium, quo rogationem pertulerat, atque omnino mali sciti pœna unus auctor tenebatur. Nomen deferre moris erat ad Archontes, qui exploratam antea et instructam caussam ad justum certamén apud judices devocarent. In eo judicio omnia prope eodem modo et tenore fiebant, quo in aliis caussis publicis. Accusator in actionis formula addebat æstimationem pœnæ, (nam erat fere is ἀγὼν τιμητός,) tum orando certabat utraque pars, deinde a judicibus sententiæ ferebantur, et quæ sunt reliqua. Neque vero hoc in genere accusationis, quantum ex Timocratea suspicari licet, lege opus erat accusatæ obrogata: satis habebatur illam dissolvisse, ut antiqua contraria, si qua esset, vim reciperet; sin talis nulla esset, eo, puto, certamen pertinebat, ut nulla opus esse videretur.[k] Ceterum ejusmodi accusatio nec ipsa caruit periculo. Nam actor, sicut in aliis caussis publicis, quintam partem calculorum tulisse debebat; alioquin ei multa imponebatur. Reus contra si caussa ceciderat, interdum gravissimam pœnam subibat, nec supplicii extremi in γραφῇ παρανόμων sumti exempla desunt.[l]

Verum ut modus esset ac finis accusandi, nemini hæc actio dabatur elapso anno, ex quo lator præscriptionis, quam Juris consulti vocant, beneficio fruebatur. Quæ res tamen non obstabat, quo minus ipsam legem, quicunque vellet et quoquo tempore, in judicium revocare, infirmare, dissolvere posset:[m] et in hoc genere hæc versatur Oratio. In qua quæ ad formam et ordinem judicii spectant notatu digniora, quanquam haud multum abhorrentia ab

majorem auctoritatem habet a lege ex Demosth. infra apponenda. Hi universe dicuntur συνηγορεῖν, συναπολογεῖσθαι τοῖς νόμοις, proprie συνδικῆσαι τοῖς νόμοις. Creabantur vero Syndici vel publice vel privatim: *publice*, per χειροτονίαν, non propter leges tantum, sed ad defendendam domi aut foris quamcunque partem Reipubl., in caussis Civitatem universam spectantibus; hique sunt χειροτονηθέντες ὑπὸ τοῦ Δήμου, et dicuntur συνδικῆσαι τῷ Δήμῳ, ut ap. Æschin. in Timarch. §. ε. *privatim* autem a tribu vel collegio, vel universitate quadam, et hi erant privati juris defensores. *Publice* autem nemini iterum Syndicum fieri licuit, idque ideo, ne munus ob publicam utilitatem inventum, cederet in quæstum privatorum. Locus class. hac de re infra est §. λβ'. ad fin. ubi vid. Schol. et Comment.

[k] Ulpian. ad §. κ'. Ὅπου μὲν οὖν κύριος, ἀντεισφέρειν δεῖ· ὅπου δὲ οὔ, λύειν μόνον. Hic et aliis plerisque in locis vocabulum κύριος de lege accipi debet, jam calculis Nomothetarum perlata, et primi anni periculum elapsa. Qua de re paullo post.

[l] Vid. Timocrat. p. 743. ed. R. Quam varii tamen modi esse debuerint ex hoc crimine elabendi, insigni exemplo docet Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος, ὁ Ἀζηνιεύς, ὃς ἐτόλμα ποτὲ σεμνύνεσθαι, λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφευγεν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ap. Æschin. in Ctesiph. §. ξέ.

[m] Jam γραφὴ ἦν οὐ κατὰ τοῦ νομοθέτου, ἀλλὰ κατὰ τοῦ νόμου, seu, ut Noster ait §. λά., περὶ τοῦ νόμου πᾶς ἦν ὁ λόγος, τῷ δὲ νομοθέτῃ οὐδεὶς κίνδυνος. Conf. Argum. Græc. Orat.

altera actione, hæc ferme sunt. Primum illud maxime interest, quod Orator nusquam cum Leptine agit tanquam cum reo, etsi is præsens in judicio adest, mox legem ipse quoque suam defensurus.[n] Secundo nunc rem ab actoribus delatam reperimus ad Thesmothetas, ultimos sex Archontum; eorundemque permissu novam legem Demosthenis Leptineæ in albo adscriptam, παραγεγραμμένην.[o] Id vero quamvis nulli interpretum curam movit, non caret tamen dubitatione, quos ad judices hæc caussa delegata, aut apud quos Oratio habita sit. De quo ita statuo, judices nec universam ecclesiam esse, nec Senatum, nec Thesmothetas, neque etiam Nomothetas, verum selectos ex judicio ordinario, Heliæa, aut simili quodam.[p] At apud hos Orator simul veterem, quam impugnat, legem abrogandam esse contendit, simul propriam affert in illius locum jubendam. Sed ad posterius hoc singulari judicio, et quidem Nomothetarum, opus fuisse, vero mihi simile visum dixi, idque feci quodam Orationis loco, licet ambiguo et subobscuro, adductus.[q] Præterea illud quoque notabile est, quod in eadem

[n] Comparanda hanc ob caussam studioso est Orat. in Timocrat.

[o] Ante dicebam universe, Archontes nomina recepisse in γραφαῖς παρανόμων, nunc ex Orat. §. κά. a med. solos dixi Thesmothetas. Illud suadet Æschinis γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος ap. Demosth. de Cor. §. ιζ'. hoc præter istum locum scriptor Or. II. in Aristogit. p. 803. ed. R. Ὅταν τὶς ψηφίσματος ἢ νόμου γραφὴν ἀπενέγκῃ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας κ. τ. λ. Quodsi rem ex cetero ordine judiciorum existimes, Archontibus aliis alia genera παρανόμων tributa conjeceris. Nam ex nomine Thesmothetarum et prima institutione eorum, ex quo dicuntur §. κ'. et alibi ἐπὶ τοὺς νόμους κληρούμενοι, nihil certi colligi potest. Sed quod apud eos fieri solebat, erat tantum quædam *postulatio*, ut verbo fori Romani utar. Sequebatur apud eosdem domestica ἀνάκρισις seu προαγών, ut aliis in caussis. Tum iidem εἰσῆγον τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς εἰς τὸ δικαστήριον, uti bene Pollux VIII. 87. et Ulpian ad §. κά. ad vv. ἃ δὲ πρὸς κ. τ. λ. Ex his apparet, opinor, quo modo jam ante hanc actionem Leptines aliquid dicere potuerit apud Thesmothetas: ἃ δὲ πρὸς τοῖς θεσμοθέταις ἔλεγε, ταῦτ' ἴσως λέγων παράγειν ὑμᾶς ζητήσει.

[p] Eadem difficultas etiam in aliis Orationibus interpretem premit, quo quæque caussa agatur loco, curiosius quærentem. In hac autem primum illud clarum est, legitimos judices appellari. Nusquam ἄνδρες δικασταὶ ad Populum pertinet universum, nusquam ad Senatum. Nec de Senatu dici ista poterant, παρ' οἷς περ καὶ τἄλλα κυροῦται §. κά. Κύρωσις omnium rerum in Republ. est vel Populi, vel eorum, quibus eam potestatem Populus delegavit, judicum imprimis. Adde, quod reliqua, quæ l. c. et §. κέ. leguntur, plane jusjurandum judicum designant. At Thesmothetas ita commemorat Orator §. κά. post med., ut de his cogitare non magis liceat. Et illi tantum εἰσῆγον τὴν γραφὴν εἰς τὸ δικαστήριον, ut monitum est. Nomothetas igitur solos nobis putes relictos. Neque ego acrius pugnem, si cui actum ab illis hoc judicium esse videatur, propter illud, τῶν νόμων τῶν κειμένων μὴ ἐξεῖναι λῦσαι μηδένα, ἐὰν μὴ ἐν νομοθέταις. Expendenti tamen alium locum Orat. §. κθ'. a med. de quo mox conjecturam expromam, secus debet videri. Ac verba legis, quæ modo laudabam, omnino sic accipi malim, ut ad veterem legem abrogandam accedente post primum judicium auctoritate Nomothetarum opus fuerit, utpote ἀντεισφερομένην probantium atque jubentium. Conf. not. seq. Unus, si Heliæam intelligas, scrupulus residet ex iis, quæ §. κέ. de jurejurando judicum dicuntur. Nam ea verba in ὅρκῳ ἡλιαστῶν non inesse, animadverti. Sed tenue quiddam hoc est. Nam illa talia sunt, quæ ad cujusvis judices officium pertineant, minime propria Heliastarum. Ad Heliæam autem nos ducit illius temporis mos, quo plurima alicujus momenti ad id judicium pertracta esse constat.

[q] Est is §. κθ'. a med. in verbis: ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται. De quibus ita Reiskius, veloci stilo interrogans: *Qui-*

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

qua id ille alia, quam Syndici, persona facere potuerit, haud facile dixerim. Pervellem quidem, hæc et alia quædam auctoritate certa firmari possent: verum ubi illa defecerit, quid vetabit modestam fidem conjecturis habuisse?

Hactenus scribendo ea sum potissimum secutus, quæ ad hanc Leptineam caussam partim illustrandam valere, partim disci ex ea queant. Non negligendus tamen nobis est insignis locus Orationis in Timocratem, sub idem tempus ab eodem Oratore conscriptæ, qui est de annua censura legum in Republ. latarum, atque in universum de novarum ferendarum modis solenni usu receptis. Sed ne longior sim, omissis omnibus iis, quæ ex doctrina Antiquitatum Græcarum lecturo jam pridem innotuisse debent, ut illa sunt de ecclesiis, de prytaneis,[w] de Prytanibus, de Proedris; nudum expromam locum Latine translatum. Habet is plures leges aut potius fragmenta legum, ita totum ordinem rei ob oculos ponentium, ut ipsæ nos commentandi labore liberent.[x] Sunt autem eæ hujusmodi:

*Primæ prytaneæ undecimo die (qui dies idem est undecimus primi mensis, Hecatombæonis) in ecclesia, post præconis solennem precationem Prytanes ad Populum referunto de legibus, eumque in suffragium mittunto; primo loco de iis, quæ pertinent ad Senatum Quingentorum, secundo de iis, quæ ad Rempubl. universam, tertio, quæ ad novem Archontes, denique, quæ ad reliquos magistratus. Ita autem hoc fito, ut de singulis generibus legum Populus in suffragium eundo decernat ante omnia, utrum quodque sufficiat, an minus. Cujus rogationis idem plane modus esto, idem ordo, quem in reliquis rogationibus leges sanxerunt antiquitus latæ.*

*Si quasdam legum receptarum Populus repudiari jusserit, Prytanes, id temporis munere fungentes, providento, ut de iis legibus, quas major pars suffragiorum repudiassit, in tertia ecclesia consilia ineantur; et Proedri quidem ejus tertiæ ecclesiæ post sacra utique*

[w] Unum hoc placet subnotare de πρυτανείαις, quod a Tayloro, Augerio et aliis perperam traditur, tametsi jam olim vera docuerat Sigon. de R. A. II. 4. et impr. Petit. p. 277. In decem πρυτανείας civilis annus Atticorum divisus erat, unamquamque 35 dierum, divisione mensem varie intersecante. Habuit autem πρυτανεία quæque 4 ecclesias κυρίας, i. e. *statas* seu *ordinarias* quarum prima incidebat in diem 11, secunda in 20, tertia in 30, quarta in 33 πρυτανείας. Itaque qui tres tantum ecclesias numerant, falluntur in eo, quod πρυτανείας confundunt cum mensibus. Rectius hactenus Ulpian. ad §. κά. Τρεῖς ἐγίνοντο ἑκάστου μηνὸς ἐκκλησίαι.

[x] Nec Græca subjicere opus, quæ leguntur p. 706. ed. R. ubi conf. Schol. Ad ea primus Taylorus bene docuit, variarum tantum legum partes ab Oratore dari, compositas pro consilio suo, non unam legem et continuam. Id vero clarissime ipse innuit, non νόμον promittens, sed νόμους. Alia dubitatio est, an omnino ita locum ipse consignarit, ut nunc legitur. Nimis sæpe in istis publicis literis, apud Oratores insertis, serior manus lectorum mihi videtur grassata esse, interpolando, addendo, detrahendo. In interpretatione mea denique affectavi priscum sermonem Latinum.

*agunto cum Populo de Nomothetis deligendis, de legibus eorum judicio permittendis, et omni potestate regunda, simul de mercede iis judicibus publice comparanda.*

*Nomothetæ sunto ex numero eorum, qui jus dixerunt in Heliæa, et jusjurandum dederunt, quod ab Heliastis exigi solet.*

*Si secus Prytanes faxint, neque ecclesiam habessint secundum ordinem, in legibus præscriptum; vel si Proedri neglexerint cum Populo agere: unusquisque Prytanum mille drachmas Minervæ dare damnas esto; et Proedrorum unusquisque quadraginta drachmas.*[y] *Exin utrorumque nomina ad Thesmothetas deferuntor, non aliter, atque quum quis magistratum gessit, quum ærario debet. Thesmothetæ autem ejus rei judicium constituunto ex lege. Contra si faxint, adscensus eis ad Areopagum occluditor, ut qui emendationem legum pro virili parte perverterint.*

*Ante ecclesiam vero tertiam, quisquis Atheniensium voluerit leges ferre, publice primum, quas laturus sit, ante statuas Eponymorum proscribito, ut pro numero propositarum legum Populus spatium temporis præstituere possit Nomothetis ad negotium suum curandum.*

*Rogaturus novam legem in albo scriptam proponito ante statuas Eponymorum, idque singulis diebus ad diem tertiæ ecclesiæ usque.*

*Hecatombæonis die undecimo, in prima statim ecclesia, quinque viri suffragio Populi eliguntor ex civibus universis, leges defensuri, quæ apud Nomothetas abrogentur.*

Jungendam denique cum his puto auctoritatem Æschinis ex Oratione contra Ctesiphontem, quamvis ibi simul aliarum rerum quarundam mentio fiat, quas in illis legibus non reperias.[z] Quamobrem vulgo quidem videmus a viris doctis de utroque loco sejunctim exponi; nec id ego, re sæpius pensitata, penitus damnare

[y] Iniqua hæc videbitur proportio, Prytanum et Proedrorum pœnas comparanti; unde est Reiskii correctio, τετταράκοντα μνᾶς pro δραχμάς, non inepta illa. Tamen in tali re hodie non satis clare dispicimus. Et periculum errandi auget Scholiastes, illam unam lectionem ob oculos habens, ejusque rationem aperire conatus. Hunc unum Scholiastam designat Petitus p. 177., ubi de *juris Attici consultis* loquitur.

[z] Locus Æschinis hic est §. ιϛ'. Διαῤῥήδην προστέταχται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν διορθοῦν ἐν τῷ δημοσίῳ (leg. ἐν τῷ Δήμῳ) τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας, καὶ σκεψαμένους, εἴ τις ἀναγέγραπται (id est κεῖται, ἔνεστι, ἐστί,) νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ, ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις, ἢ εἴπου εἰσὶ νόμοι πλείους ἑνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως· κἂν τι τοιοῦτον εὑρίσκωσιν, ἀναγεγραφότας ἐν σανίσιν (alibi ἐν λευκώμασι) ἐκτιθέναι κελεύει (subaud. ὁ Σόλων, ὁ νόμος Σόλωνος) πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων· τοὺς δὲ πρυτάνεις ποιεῖν ἐκκλησίαν, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, τὸν δ' ἐπιστάτην τῶν προέδρων διαχειροτονίαν διδόναι τῷ Δήμῳ, καὶ τοὺς μὲν ἀναιρεῖν τῶν νόμων, τοὺς δὲ καταλείπειν, ὅπως ἂν εἷς ᾖ νόμος, καὶ μὴ πλείους, περὶ ἑκάστης πράξεως. In postremis obscurius est, ἐπιγράψαντας νομοθέτας, seu quod Markl. malit, τοὺς νομοθέτας. Nullo sensu Wolfius vertit, *inscriptis legumlatoribus*; nec melius ceteri, quos vidi. Attendere debuerant ad id, quod eodem loco apud Æschinem sequitur de Prytanibus, ἀποδιδόναι νόμους τοῖς νομοθέταις. Nempe utrobique νομοθέται sunt *judices* illi a Populo constituti, non *rogatores legum*: ἐπιγράφειν vero, ut ἀποδιδόναι, est *attribuere, designare, constituere*, quod Populi fuit proprie, non Prytanum. Sed his, tanquam ecclesiam

ausim. Contra quum reputo mecum, apud Æschinem non minus agi de annua emendatione legum, priscis legibus constituta, nihilque ab illo dici, quod cum loco Demosthenis pugnet, quumque istis legum fragmentis vix omnis ratio negotii plane descripta videri queat, pronior sum in eam partem, ut Æschinem, quamvis breviorem, tum de eadem re vel ejus rei præparatione loqui, tum adeo nonnihil novi ab eo nobis afferri arbitrer.

Ad Leptineam redeamus. In paucis, quas hic Orator dixit, caussis noti hodie sunt eventus judiciorum: id quod sæpe ingratum legenti accidere debet. Nec de hac Oratione quidquam esset nobis compertum, nisi testimonium Dionis Chrysostomi exstaret.[a] Atque id testimonium aperte prodit, (talia enim Sophistæ non mentiuntur:) vicisse Demosthenem caussam suam, sublatamque esse legem Leptinis.

Jam quod unum reliquum est, nos in Orationis hujus inscriptione secuti sumus morem vulgatorum librorum, qui summo consensu hanc tenent, ὁ πρὸς Λεπτίνην λόγος. Nec sane eum morem novum esse, præter alios[b] monstrat anonymus Argumenti Græci scriptor, admonens, quid intersit inter κατὰ Λεπτίνου et πρὸς Λεπτίνην. Scilicet prius quasi domicilium habet in accusatione, posterius tantum *præsentem in judicio* signat, non *reum factum*.[c] Sed antiquior ætas Græcorum frequentius ita citare solet: περὶ τῶν ἀτελειῶν, περὶ τῆς ἀτελείας, rarius etiam ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν. Docent hæc plures loci, quos alibi adscripsimus. Omnes auctores, a quibus hæc Oratio laudetur, huc constipare, obscuram et inutilem diligentiam puto.

habentibus, id commode tribui potuit. Sæpe hæc me torserunt. Alii ignorantiam suam silentio tegunt.

[a] Verba Dionis, etiam a Tayloro adhibita, sunt in Rhodiaca, Or. XXXI. T. I. p. 635. ed. Reisk. Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ Δήμου, δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. Τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ἐάλω γράφης. In ultimis his inepte Reiskius, injecto vocabulo, legendum censet, ἐάλω παρανόμων γραφῆς. Ratio patet ex superioribus.

[b] Ut Philostrat. de Vit. Soph. II. p. 601. unde sua repetiit Eudocia Ion. p. 57. Adde Theonem Progymn. p. 9. et 16. Tiberium Rhet. p. 168. et 176. Apsin. in Aldi Rhet. p. 695. 697. et alios. Ipse Cicero quodammodo huc trahi potest Orat. c. 31. Contra ultimæ ætatis auctor, Thomas Magister v. παρανόμων, Demosthenem laudat ἐν τῷ περὶ ἀτελείας. At verba, quæ apponit, non leguntur ibi, sed in Orat. de Cor. §. λέ. in fin.

[c] De hoc usu particulæ πρὸς conf. Mureti V. L. VII. 9. et Tayl. ad Demosth. adv. Eubulid. in proleg. Ad plures Orationes ea observatio pertinet. Latine in his omnibus πρὸς vertendum, *adversus*, non *in*, quod est κατά.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

gisse. Nemini, credo, suboluit, hanc Orationem mancam et imperfectam ad nos descendisse. Quod tamen necesse est ita se habere, si bona fide nobiscum egerit Syrianus ad Hermogenem pag. 28. Καὶ πάλιν, Λεπτίνην μεμφόμενος, ὡς ἀφελόμενον τὰς δωρεὰς τῶν εὐεργετῶν, εἶπεν· Ὅτι οἱ ἀλλαχοῦ πολῖται (lege αἱ πολιτεῖαι) καὶ μείζους παρέχουσι τῆς εὐτελείας (lege ἀτελείας) δωρεὰς, καὶ τοὺς εὐεργέτας τῶν ἰδιωτῶν δεσπότας καθιστᾶσιν. Qui, tametsi verba *diserta* Auctoris videatur citare, *alludit* solummodo ad ea, quæ dicuntur §. ϛ'. init. et §. κβ'. a med. Porro de hac Causa, atque de exitu, quem habuit, nonnulla conservavit Dio Chrysostomus in Orat. Rhodiaca, pag. 350. Edit. Morel. 1604. a me adducenda. Παρὰ τοίνυν τοῖς Ἀθηναίοις κατὰ Φίλιππον, μάλιστα δ', ὅτε τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ' ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο, Λεπτίνης τις εἰσήνεγκε νόμον, ὡς χρῆν τὰς ἀτελείας ἀφελέσθαι τοὺς ἔχοντας παρὰ τοῦ δήμου, δίχα τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ μηκέτι τολοιπὸν ἐξεῖναι διδόναι μηδενὶ τὴν δωρεὰν ταύτην. τί οὖν; ἔσθ' ὅπως παρεδέξαντο τὸν νόμον; (Ita locum lego. In editis male repræsentatur.) οὐμενοῦν. ἀλλ' ἐάλω γραφῆς. Huic Historiæ Orationis Leptineæ liceat subjungere lepidam narratiunculam ex Violeto Eudociæ MS. pag. 78. Περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος. — Πρεσβεύων δὲ παρὰ Σέβηρον ἐν Ῥώμῃ τὸν αὐτοκράτορα, ἀπεδύσατο πρὸς Ἡρακλείδην τὸν σοφιστὴν τὸν ὑπὲρ μελέτης ἀγῶνα· καὶ ἀπῆλθεν, ὁ μὲν τὴν ἀτέλειαν ἀφαιρεθεὶς, ὁ δὲ Ἀπολλώνιος δῶρα ἔχων. διαδιδόντος δὲ τοῦ Ἡρακλείδου λόγον οὐκ ἀληθῆ ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλωνίου, ὡς αὐτίκα δὴ βαδιουμένου εἰς Λιβύην, ἡνίκα Λεπτίνης ἦν αὐτοκράτωρ ἐκεῖ, καὶ τὰς ἐξ ἁπάσης γῆς ἀρετὰς συνῆγε, καὶ πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· Ὥρα σοι ἀναγινώσκειν τὸν πρὸς Λεπτίνην· Σοὶ μὲν οὖν, ἦ δ' ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπὲρ τῆς ἀτελείας γέγραπται. TAYLOR. Petit. pag. 178. Priscian. col. 1169. 1171. 1182. v. Ind. Valckenaer. ad Ammon. pag. 8. 185. Casaubon. ad Theophr. Character. pag. 147. 163. Etymol. M. 448. 18. Meurs. Pisistr. c. 14. Att. Lect. 3. 2. A. A. 1. 3. Fabr. B. G. T. 4. pag. 16. et eodem tomo de Aristide. Vales. ad Harpocr. pag. 21. 39. 90. bis. 105. 107. Maussac. p. 249. Petit. Ed. Wessel. pag. 103. 185. 372. H. Steph. Th. L. G. T. III. col. 691. Judicium de eadem causa bis adipiscier non licet. Lindenbr. ad Terent. Phorm. II. 3. TAYLOR. in schedis.

# ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΤΕΛΕΙΑΣ ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ ΛΟΓΟΥ.

Pag. ed. Reisk.

451 Ἡ ΤΩΝ Ἀθηναίων πόλις ἄλλοις τε ἐτίμα τοὺς εὐεργέτας καὶ ἀτελείᾳ λειτουργιῶν. πολλῶν οὖν λαμβανόντων αὐτὴν, σπάνις ἐδόκει τῶν λειτουργησόντων εἶναι. διὰ τοῦτο Λεπτίνης νόμον εἰσήνεγκεν, εἶναι μηδένα ἀτελῆ μήτε [1]τολοιπὸν ἐξὸν εἶναι τῷ δήμῳ δοῦναι, τὸν δὲ ἀτέλειαν αἰτήσαντα πάσχειν τὰ ἔσχατα. τοῦτον ἐγράψαντο τὸν νόμον, πρότερον μὲν ἄλλοι· μεθ' ὧν καὶ Βάθιππος, καὶ οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἢ χρήματα λαβὼν, ἢ νόσῳ περιπεσών· νῦν δὲ Φορμίων καὶ Κτήσιππος ὁ Χαβρίου παῖς, καί τινες μετ' αὐτῶν, οἷς συνήγορος Δημοσθένης γίνεται. ὁ μὲν οὖν Λεπτίνης πλέον ἰσχύει τῷ συμφέροντι·
452 τὴν γὰρ χρείαν προΐσχεται· ὁ δὲ Δημοσθένης τῷ τε ἐνδόξῳ καὶ τῷ δικαίῳ. καὶ τῷ δικαίῳ μὲν, ὅτι δίκαιόν ἐστι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἀντευπεπονθέναι, καὶ τοὺς ὀρθῶς ἄν τι λαβόντας τῶν δοθέντων μὴ ἀφαιρεῖσθαι· τῷ δὲ ἐνδόξῳ, διότι τάχα μὲν [2]ἄλλοις αἴσχιον ἃ δεδώκασιν ἀφαιρεῖσθαι· Ἀθηναίοις δὲ οὐχ ἥκιστα, οἷς ἀντ' ἄλλου γνωρίσματος, τὸ μεγαλόψυχον προσεῖναι δοκεῖ. ἐπιδεικνύει δὲ, ὅτι καὶ παρανόμως εἰσήνεγκε τὸν νόμον. [3]λέγει γὰρ νόμον, τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, καὶ τότε αὐτὸν [4]ἄλλον τιθέναι νόμον, ἵνα μὴ ἀλλήλοις ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται.

## ΑΛΛΩΣ.

Ὁ ΠΡΟΣ Λεπτίνην λόγος ἐπιγραφὴν ἔχει τοιαύτην· ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ [5]γράψας τις νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης [6]ἀκίνδυνος· ὅθεν

[1] τὸ λοιπὸν [2] καὶ ἄ. αἰσχρὸν [3] λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον [4] Deest ἄλλον.
[5] γράψαι τὸν ν. T. γράφειν τις ν. R. [6] ἀκινδύνους T.

Ἡ τῶν Ἀθηναίων] Hoc Libanii argumentum, quod ex Taylori editione excerpere libuit, Frid. Aug. Wolfius omnino omittit.

Ἐξὸν εἶναι] Forte, ut olim divinabam, ἐξεῖναι. Atque ita Bodl. Accedit, quod mecum scripsit Auctor argumenti alterius, atque adeo Demosthenes ipse. Vide §. ά. *ante med.* TAYLOR.

Ἐγράψαντο] Pro ἐγράψαντο lectio Editionis Aldinæ, Codd. item Regg. quibus usus est Morelius in Editione sua adornanda, præter α. η. omnium, est ἀντεγράψαντο. Incommode, si me audias. Nam qui Legem aut Constitutionem improbat, γράφεσθαι νόμον aut ψήφισμα dicitur. Et est verbum quasi legitimum. Ita in argumento sequente, τὸν γράψαντα νόμον, ἢ ψήφισμα, et in lege a Demosthene adducta, γράφεσθαι μὲν ἄν τις τινὰ τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται. §. κ'. τοῦτον δ' ἐγράψαντο τὸν νόμον Felician. et Manut. κατὰ τοῦτον ἐγράψαντο τοῦτον τὸν νόμον MSS. Ven. et Vind. IDEM.

Ἄν τι λαβόντας] Absurde editiones pleræque ante Wolfium ἀντιλαβόντας una voce, quod mendum etiam sustulit Bodl. IDEM.

Αἴσχιον] Αἰσχρὸν reponit Wolf. Ita Bodl. quoque. IDEM.

Λέγειν γὰρ ἐχρῆν] F. λέγει γὰρ νόμον τὸν κελεύοντα, et, καὶ τότε ἄλλον τιθέναι νόμον: vel quod malim: καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι νόμον, ἵνα. WOLF.

Λέγει etc.] Mira est in hoc loco Codd. inconstantia. Simplicissimam medelam exhibet Bodl. λέγει γὰρ εἶναι νόμον τὸν κελεύοντα κ. τ. λ. Expressiorem tamen et disertiorem judico eam, quam ex Codd. Regiis, ut autumo, produxit lectionem Morelius: ἐχρῆν γὰρ ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον τὸν κελεύοντα τὰς τοῦ δήμου δωρεὰς εἶναι βεβαίας, καὶ τότε αὐτὸν ἄλλον τιθέναι. Quam in vertendo secutus aliquatenus videtur Petrus Nannius Alcmarianus. *Oportuisse enim prius contrariam legem abrogare, deinde suam proponere* etc. Tu autem præterea dele νόμον post τιθέναι. Quis enim non fastidiret vocem istam usque ad nauseam hic repetitam? εἰσήνεγκε τὸν νόμον· λέγει γὰρ νόμον — τὸν ἐναντίον νόμον — ἄλλον τιθέναι νόμον — ἐναντίοι νόμοι εὑρίσκωνται. Notabile est tamen, quod in hac Codd. dissonantia (ubi lectionum quidem diversitatem sentis, eundem vero omnino sensum retineri) Editiones vetustæ ex utraque lectione videantur conflari, λέγειν γὰρ ἐχρῆν νόμον τὸν κελεύοντα ἀναιρεῖν πρῶτον τὸν ἐναντίον νόμον, ut Ald. Manut. Morel. TAYLOR.

Αὐτὸν ἄλλον τιθέναι] Medium voc. abest a Vindob. IDEM.

Γράφειν τις] F. γράφειν τὸν νόμον — ἀκινδύνως. WOLF. Γράφειν τις νόμον, et

πρὸς αὐτὸν, ἀλλ' οὐ κατ' αὐτοῦ ὁ λόγος. Ἡ δὲ ὑπόθεσις οὕτως ἔχει. Σύνηθες ἦν τῇ πόλει τῶν Ἀθηναίων, τιμᾷν τοὺς εὐεργέτας μάλιστα [1] πόλεως καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ. Πολλῶν δὲ εἰληφότων, καὶ ἀστῶν καὶ ξένων, ἐπέλειψαν οἱ [2] λειτουργήσαντες. Καὶ διὰ τοῦτο σχεδὸν τῶν [3] λειτουργιῶν περιϊσταμένων εἰς τοὺς ἀπόρους, Λεπτίνης, τῶν πολιτευομένων ἀνὴρ οὐκ ἀδόκιμος, ἔγραψε νόμον αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτως ἔχοντα.

Ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων· μηδὲ [4] τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ αἰτηθέντι διδόναι· εἰ δέ τις ἁλῷ αἰτῶν, ἄτιμον αὐτὸν εἶναι, καὶ γένος καὶ οἰκίαν, καὶ ὑποκεῖσθαι γραφαῖς καὶ ἐνδείξεσιν· εἰ δὲ καὶ ἐν τούτοις ἁλῷ, ἔνοχον εἶναι τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ οἱ δικάζοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι. 453

Τοῦ νόμου οὖν οὕτως ἔχοντος, ἐγράψατο μὲν τὸ πρότερον Βάθιππος [5] Λεπτίνην· ὃς ἀπέθανε, πρὶν εἰσελθεῖν τὴν γραφήν. Κᾆτα διετρίβη χρόνος, καὶ γέγονε Λεπτίνης ἀνεύθυνος. Νόμος γὰρ ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. Ὅμως ἐπειδὴ

[1] πολλαῖς T. R. [2] λειτουργήσοντες T. [3] λειτουργειῶν παρισταμένων R. [4] τολοιπὸν T. [5] Λεπτίνῃ R.

mox ἀκίνδυνος Editi. γράφει τις νόμος Vindob. idem dat ἀκίνδυνος. Ut mirum non sit, si olim legebatur, quo pacto etiam legi debere judico, ἐπειδήπερ παρελθόντος τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ὑπεύθυνος ἦν κρίσει καὶ τιμωρίᾳ ὁ γράφων τὸν νόμον, ἐφαίνετο Λεπτίνης ἀκίνδυνος. Observabis, Wolfium ita hunc locum convertisse. Nam cum versionem adornavit ex superioribus Editionibus, eam neglexit ad Editionem suam, si qua incidisset varietas, recudere. Confer hunc locum cum §. λά. TAYLOR. Hinc feci γράψας τις νόμον, veram haud dubie scripturam. Taylorus correxit ὁ γράφων τὸν νόμον. Sed locus, quem verba tenent, ea vix sinit ad Leptinem trahi. Universe contra si acceperis, nullus in posteriore voce articulo locus est. Etiam posthac in hoc Argumento legimus: νόμος ἦν, τὸν γράψαντα νόμον ἢ ψήφισμα μετὰ ἐνιαυτὸν μὴ εἶναι ὑπεύθυνον. F. A. WOLF.

Πρὸς αὐτὸν] Robortell. Emend. c. 37. pag. 63. V. præfationem nostram ad orat. in Eubulidem. TAYLOR.

Πολλαῖς καὶ διαφόροις] Lege ἄλλαις τε καὶ διαφόροις τιμαῖς, καὶ δὴ καὶ ἀτελείᾳ, ex Cod. Ital. Ita scripsit Libanius in argumento superiore. Notissima est figura; *hyperbaton* vocant Rhetorum filii. (vide nos in Ind. Attic. ad Lysiam in ista voce.) πολλαῖς hic et διαφόροις idem sonant. IDEM. Quæ [lectio], etsi melior tamen et ipsa videtur esse a correctore. Vocabuli ejus, in quo vitium patet inesse, emendationem meam firmat Demosth. in Orat. §. ις'. aliisque locis. Erroris caussam habeo καὶ, quod sequitur, minus a scribis intellectum, cui respondent καὶ δὴ καί. Sic enim καὶ, vel τὲ, ponunt in uno membro, in altero ad vim augendam vel καὶ δὴ, vel καὶ δὴ καὶ, vbi Latini dicunt *quum*, et mox *tum etiam*, *tum maxime*. F. A. WOLF.

Λειτουργήσαντες] Optime Wolfius lectionem MStorum prætulit λειτουργήσοντες, et mox περιϊσταμένων, pro quibus Editi habebant λειτουργήσαντες et παρισταμένων. TAYLOR. Λειτουργήσαντες tenui cum Reiskio, qui tamen hic auctoritatem habet nullam, quod criticum in hoc Argumento agere noluit. Wolf. et Tayl. malebant λειτουργήσοντες. Hos v. seq. secutus pro παρισταμένων, quod nihili est, dedi περιϊσταμένων, verbum huic rei proprium, ut περιήκουσι in Schol. ad §. δ'. F. A. WOLF.

Γραφαῖς κ. τ. λ.] Nannius: *adversus eundem competant et* publica judicia *et actio famosa*. Et deinde: *eadem luito, quæ illi, qui, cum* Reip. obærati essent, *judicia exercuere*. TAYLOR.

Οἷσπερ οἱ δικάζοντες] Ex Oratore §. λγ'. ad fin. scribi hoc loco debebat οἱ ἄρχοντες, ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ ἄρχωσι. Ad rem tamen minimum interest quum τοὺς ἐγγεγραμμένους ἐν ἀκροπόλει Athenis eadem lex a magistratu et a judiciis excluserit. F. A. WOLF.

Βάθιπ. Λεπτίνῃ] M. Λεπτίνην. et [v. ult.] ἐπειδὴ δὲ καὶ οὕτω. WOLF.

Ὅμως ἐπειδὴ etc.] *Tamen, quoniam et sic ex lege licebat accusare*. Wolf. Non miraberis, versionem Interpretis parum textui respondere, si memineris, quod superius monui, Wolfium Editiones priores, non suam, transtulisse, in quibus sic legebatur: ὅμως ἐπειδὴ καὶ οὕτω κατὰ τὸν νόμον ἐξῆν ποιεῖσθαι τὰς κατηγορίας. Sic etiam est in Vindob. Sed præstantior multo est lectio, quam in textum admisit, non tamen interpretatus est. Vox enim οὕτω exprimit, quod isti Codd. volunt per κατὰ τὸν νόμον, et

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ὑμῖν ἐκ τοῦ Βοσπόρου· δεύτερον δὲ, ὅτι ἀσύμφορον ὑμῖν ἔσται· οὐκ ἔτι γὰρ εὐεργετήσει τις τὴν πόλιν, στερουμένους τῆς δωρεᾶς ὁρῶν τοὺς ἄλλους· τρίτον δὲ, ὅτι ἀδοξήσετε· δόξετε γὰρ ἀγνώμονες εἶναι. Ἔστι δὲ ὁ λόγος οὗτος δευτερολογία· ὁ Ἀφεψίων γὰρ, ὡς πρεσβύτερος, ἔλαβε τὴν πρωτολογίαν. Οὐκοῦν ὁ Λεπτίνης προηγουμένως τῷ συμφέροντι χρῆται, φάσκων ἐν σπάνει καθεστάναι τὴν πόλιν τῶν λειτουργούντων· δευτέρῳ δὲ τῷ δικαίῳ, ὅπερ ἀπὸ τῆς ἰσότητος θεω- 455
ρεῖται. Πάνυ γὰρ, φησὶ, δεινόν ἐστι, τινὰς μὲν πλουτεῖν, ἀτελείας ἐπειλημμένους, τὴν πόλιν δὲ μηδὲ τῶν λειτουργούντων εὐπορεῖν. Προβάλλεται δὲ ὁ ῥήτωρ, τῷ μὲν δοκεῖν, τὴν κατηγορίαν τοῦ νόμου· [1] συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οἰκείου νόμου. Ἐν γὰρ τῷ νομίμῳ κεφαλαίῳ καθίστησιν [2] αὐτὸν, ἀνταναγινώσκων καὶ ἀντιτιθεὶς καὶ ἀντεξετάζων ἀμφοτέρους τοὺς νόμους, καὶ τὸ διάφορον ὅσον δεικνύς. Ἵνα δὲ μὴ ἐξαίφνης μηδὲ ἀναρμόστως παρέχηται τῶν νόμων τὴν σύστασιν, ἐκ πολλοῦ παρεσκεύασε. Καὶ ἡ πρώτη γε ἀντίθεσις τοῦ λόγου, τῷ μὲν δοκεῖν, ἔστι παρὰ Λεπτίνου· τῇ δ' ἀληθείᾳ, πρὸς σύστασιν τοῦ οἰκείου συμφέροντος ἐξεύρηται, ἵνα φαίνηται ὁ ἀντίδικος τὸν Δημοσθένους εἰσάγων νόμον. Τί γὰρ ὁ Δημοσθένους βούλεται νόμος; Τὰς δωρεὰς, ὅσας ὁ Δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι· τοὺς δὲ ἔχοντας κρίνεσθαι, ἵν', εἰ μὲν ἄξιοι, ἔχωσιν, εἰ δὲ ἀναξίως ἔχειν δοκοῖεν, ἐλεγχθέντες ἀφαιρεθῶσιν. Οὐκοῦν αὐτὸς ὁ Λεπτίνης τὸν Δημοσθένους νόμον [3] κεκύρωκε. Τί γάρ; αἰτιᾶται κατ' ἀρχὰς εὐθὺς, ὅτι πολλοὶ τῶν εἰληφότων εἰσὶν ἀνάξιοι. Οὐκοῦν ἔχει τὸν Δημοσθένους νόμον, τοὺς ἀναξίους ἐκκρίνοντα· καὶ τοῦτο [4] διὰ πάντων κατεσπάρται. Ὁ γὰρ πολὺς περὶ αὐτοῦ λόγος ἐθίζει τοὺς δικαστὰς πρὸς τὴν τοῦ νόμου μετὰ μικρὸν ἀνάγνωσιν. Ἰδὼν δὲ, ὅτι Λεπτίνης ἐκεῖνον ἔχει τὸν ἰσχυρότατον λόγον, ὡς, ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα ἀτελῆ εἶναι, οὐ
ταύτην ἔθηκε προηγουμένην ἀντίθεσιν, ἀλλὰ τὴν λυσιτελοῦσαν [5] αὐτῷ, καὶ τὴν μέλλουσαν εἰς- 456
φέρειν τὸν παρ' [6] αὐτοῦ νόμον. Ὅταν γὰρ λέγῃ, καὶ τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ, σοφίζεται τοὺς ἀκούοντας. Οὐ γὰρ τῷ περὶ τῶν ἀναξίων πολλῷ χρήσεται τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ δηλονότι σπανίζειν τὴν πόλιν τῶν λειτουργούντων, καὶ τῷ συμφέρειν μετατιθέναι τὰς λειτουργίας ἀπὸ τῶν ἀπόρων εἰς τοὺς εὐπόρους.

Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἶδος τοῦ λόγου δικανικὸν, εἴ γε κρίσις ἐστὶν ἐπὶ τὸν νόμον. Ἡ δέ γε ὕλη πᾶσα ἔστι διπλῆ· καὶ ταύτης ἡ μέν ἐστι δικανικὴ, ἡ δὲ συμβουλευτική. Εὔροις δ' ἂν οὐδὲ πανηγυρικῆς ἰδέας ἀμοιροῦντα τὸν λόγον, ἐν οἷς πειρᾶται σεμνύνειν ἕκαστον τῶν εὐεργετῶν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα εὑρήσεις ἄξια τῶν ἀνδρῶν ἐγκώμια, καὶ λόγους εὐφήμως ἁρμόττοντας ταῖς ἐκείνων πράξεσιν, οἷον, ὡς ὅταν ἐμπομπεύῃ τοῖς Κόνωνος καὶ Χαβρίου κατορθώμασι, καὶ τοῖς Ἐπικέρδους, καὶ τῶν ἐκ Θάσου καὶ Κορίνθου, καὶ Λεύκωνος. [7] Ἰτέον δὲ ἐπὶ τὴν μεταχείρισιν τοῦ λόγου.

[1] συναποδεύεται T. R. [2] Deest αὐτόν. R. [3] κεκύρωκεν. ἔτι γὰρ αἰτ. καταρχὰς T. R. [4] διὰ τοῦτο πάντων R. [5] αὐτῷ R. [6] αὐτοῦ R. [7] Desunt ἰτέον - - - - λόγου. T.

Wolfii conjectura certissima scripsi pro vulgato, quod et Reisk. inculcat, ἑαυτοὺς κ. τ. λ. F. A. Wolf.

Συναποδύεται] Συναπολύεται marg. Edit. Morel. Fortasse cum Ital. συνυποδύεται. συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει Vindob. Taylor.

Συνυποδύεται δὲ καὶ κατασκευάζει καὶ τὴν σύστασιν τοῦ οἰκείου νόμου] *Orator occulte se insinuans, jam nunc etiam propriæ legis commendationem parat.* In edd. est συναποδύεται, quod, Tayloro monente, in illud mutavi ex Ital. et Vind. F. A. Wolf. *Latenter suam legem insinuat.* Nannius. Wolf.

Καὶ διὰ τοῦτο π.] F. καὶ τοῦτο διὰ π. Wolf. *Ejus rei mentio ubique aspersa est.* Nannius.

# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

# Ο ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ

# ΛΟΓΟΣ.

---

457 ά. Ἄνδρες δικασταί! Μάλιστα μὲν εἵνεκα τοῦ νομίζειν συμφέρειν τῇ πόλει λελῦσθαι τὸν νόμον, εἶτα καὶ τοῦ παιδὸς εἵνεκα τοῦ Χαβρίου, ὡμολόγησα τούτοις, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνερεῖν. Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον, ὦ ἄνδρες

ΠΡΟΣ ΛΕΠΤΙΝΗΝ] Cur dicatur potius quam ΚΑΤΑ ΛΕΠΤΙΝΟΥ, docet Libanius [Ulpianus], ideo scilicet, quia ex formula τῆς τῶν παρανόμων γραφῆς post annum accusari legislatores non poterant. Quare *ad* eum potius, quam *contra* eum, legem ab eo latam accusat post annum, quasique *apud* eum. *Ex edit.* HERVAG.

ά. Ἄνδρες δικασταὶ] Quæ primam hanc periodum sequuntur, ea statim ita in causam irrumpunt, ut nobis, qui assueti sumus proœmiis, pæne capite truncata Oratio videri possit. Neque tamen magis proœmium pro necessaria parte habendum, quam peroratio, præsertim ad auditores, satis jam alterius Oratione ad argumentum, quod quis tractat, præparatos. Vid. Aristot. Rhet. III. 13. et Quinctil. IV. 2. 72. Verum de exordio nostro aliter antiquos Rhetores judicasse, docet Photius Biblioth. Cod. CCLXV. p. 1470. Φασὶ δὲ τὸν Δημοσθένην τέσσαρα καὶ εἴκοσι γεγονότα ἔτη τὸν περὶ τῶν ἀτελειῶν, ἤτοι τὸν πρὸς Λεπτίνην, φιλοπονήσασθαι λόγον· οὗ τὸ προοίμιον Λογγῖνος μὲν ὁ κριτικὸς ἀγωνιστικὸν νομίζει, ἕτεροι δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔφασαν τὸ προοίμιον ἠθικὸν εἶναι. Καὶ πολλοῖς οὗτος ὁ λόγος παρέσχεν ἀγῶνα, κρίνεσθαι προτεθεὶς, ὥσπερ καὶ Ἀσπασίῳ τῷ ῥήτορι, ἅτε μηδ' ἐφιγμένῳ τῆς τοῦ λόγου θεωρίας εἰς ἀκρίβειαν. Hoc ergo unum olim dubitarunt, quam dicendi formam Demosthenes h. l. adhibuerit. Longinus autem, cujus illa sententia e libro, quem τοὺς φιλολόγους inscripsit, petita videtur Ruhnkenio de Vita Longini §. 10., proœmium videri debet inclusisse prima §., caque præcipue spectasse, quæ acrius contra Leptinis in ferenda lege consilium dicuntur. De Photii loco conf. Toup. ad Longin. c. 39. F. A. WOLF.

Μάλιστα μὲν εἵνεκα —] Brevitate, Demosthenis præter ceteros propria, arctatur sententia: *Duæ sunt causæ, quibus commotus ad dicendum surrexi, altera et ea* præcipua, *quod abrogationem legis Leptineæ* (τὸν νόμον, legem de qua nunc agitur) *e Rep. esse arbitror; altera, quod Ctesippi hujus, qui in judicio adest, causa cupio.* Τούτοις jungendum cum συνερεῖν h. e. συνηγορεῖν, ut ὡμολόγησα absolute accipiatur, quod sæpe fit: *Recepi, me causam horum defensurum.* Spectat autem τούτοις Aphepsionem et Ctesippum, fortasse etiam subscriptores quosdam. Mox ὡς, omissum vulgo a nonnullis, Tayl. restituit, probandum non ob consensum tantum codicum, sed propter ipsam vim sententiæ et usum. Ita Lysias Or. V. p. 186. Δοκεῖ μοι αἰσχρὸν εἶναι — μὴ βοηθῆσαι Καλλίᾳ τὰ δίκαια, ὅπως ἂν δύνωμαι. Isæus Or. III. princ. Εἰκὸς οὖν μοι δοκεῖ εἶναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ, συνειπεῖν αὐτοῖς. IDEM.

Ὡς] Restitui ὡς, quod erat necessarium, et ex quibusdam Editionibus excidit. Habet Ald. Ven. Aug. Lindenbr. Codd. Regg. α. β. Demetr. Phaler. §. 10. et 256. Aristides Vol. II. p. 483. Edit. Jebb. Ulpian. et Hermog. lib. 1. de formis Oratt. cap. ult. Paulo inferius v. 2. p. seq. λέγῃ itidem pro vulgata λέγει, ex Ald. Felician. Manut. Ven. Lindenbr. Codd. Morel. et Hermog. TAYLOR.

Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον —] Astuta est ratio oratorum, ut quid adversarius allaturus sit pro sua causa, compertum se habere dicant, qua techna illius sæpe firmissima argumenta elevant occupando. Ἐπιστήμην vocant Rhetores. Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος c. 23. p. 547. Laur. Ἐν τῷ περὶ τῆς ἀτελείας ἰσχυρότατον προτείναν τοῦ Λεπτίνου κεφάλαιον, τὸ τῆς

Ἀθηναῖοι! τοῦθ', ὅτι Λεπτίνης, κἄν τις ἄλλος ὑπὲρ τοῦ νόμου λέγῃ, δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ περὶ αὐτοῦ, φήσει δ' ἀναξίους τινὰς ἀνθρώπους, [1] εὑρομένους ἀτέλειαν, ἐκδεδυκέναι τὰς λειτουργίας· καὶ τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ. Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν τινῶν κατηγορούντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν [2] ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω· καὶ γὰρ

[1] εὐραμένους R. [2] ἀδικούντων T.

ἀξίας, τῇ ἐπιστήμῃ προέτεινεν οὕτως· Ἔστι δ' οὐκ ἄδηλον κ. τ. λ. Τὶς ἄλλος ad syndicos legis pertinet §. λβ'. Deinde subjunctivum λέγῃ, pro vulgato λέγει, a Tayloro aliunde probatum, recte dant etiam Apsines p. 697. Tom. I. Rhetorum Ald. et Gregor. Cor. ad Hermog. p. 939. F. A. Wolf.

Δίκαιον μὲν οὐδὲν ἐρεῖ —] *Æquam justamque esse legem, adversarii nostri vincere dicendo non poterunt; utilem duntaxat civitati esse, inculcabunt.* Τούτῳ πλείστῳ χρήσεται τῷ λόγῳ. *Hanc rationem urgebit cupidissime, hanc nobis ubique ingeret,* ἄνω καὶ κάτω, ut attice loquitur Schol. §. ιγ'. a med. ad verba: τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς. Idem.

Εὑρομένους] Melior lectio est εὐραμένους, eaque non paulo. Præfert Aug. Ital. Regg. ε. η. Bodl. Cant. et Hermogenes περὶ Ἰδεῶν, τομ. α. p. 300. Edit. Crisp. et iterum περὶ μεθόδου δεινότητος p. 427. Taylor. et Gregor. Cor. I. c., scripturam εὐραμένους cur Tayl. et Auger. commendarint, receperit Reiskius, non video. Improbat factum et Dawesius Miscell. crit. p. 255., vera tamen non nixus ratione, ideoque reprehensus a Dorvill. ad Chariton. p. 403. nov. ed., qui formam εὐράμενος defendit ex analogia similium, quæ leguntur, ut εἱλάμην, ὠνάμην. Recte id quidem: quamquam ex hac observatione nondum constat de usu formæ εὐράμενος apud genuinos Atticos. Neque in his ullum certum hujus usus exemplum credo reperiri. In Nostro sæpius habes promiscue εὑρημένος et εὑρόμενος, posterius etiam infra §. ιδ'. in fin. et λδ'. ad fin. et in Næer. p. 1381. ed. R., quibus in locis Reisk. nihil mutat; in εὐράμενος, consentientes libros nusquam videas. F. A. Wolf.

Λειτουργίας] Λειτουργία, pecunia, sive opera, quæ Reip. impenditur. Prisci enim λεῖτον publicum vocabant. Nannius.

Ὅτι μὲν τινῶν —] *Injustum est, si quis hac causa abusus, quod quidam immunitate videantur indigni, ad unum omnes dono suo spoliatos velit.* Τινῶν κατηγορούντα est τινὰς ἀναξίους νομίζοντα, uti deinde καταμεμφόμενόν τινας. Ad ipsum κατηγορούντα supple τινὰ, et simplicem structuram cogita hanc esse: Τινὰς κατηγορεῖν τινῶν, εἶτα ἀφαιρεῖσθαι πάντας τὴν δωρεάν. Priore structura nihil est frequentius, et præstat eam hic Dionys. de Comp. Verbb. §. 9., hæc laudans in exemplum concinnitatis, e qua brevitatem putat ortam. Ita enim Oratorem scribere debuisse: Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν τινῶν κατηγορούντα, ὡς οὐκ ἐπιτηδείων ἔχειν τὴν ἀτέλειαν, πάντας ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς δικαίως αὐτῆς τυχόντας, τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω. Alias virtutes plures in hoc exordio miratur Hermogenes π. ἰδεῶν lib. I. extr. Sed locus est longior, quam ut huc transscribi possit. F. A. Wolf.

Τῶν ἀδικούντων ἐστὶν] Cum dixisset κατηγορούντα, in Singulari numero, non κατηγορούντας, scripsisse quoque debuit τοῦ ἀδικοῦντός ἐστιν, non τῶν ἀδικούντων. Sed manum Demosthenis opinor fuisse, τῶν ἀδίκων ἐστὶν, *est ex rebus injustis,* hoc est, *injusta res est.* sic §. ιέ. ad fin. τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, *est ex rebus turpissimis,* vel, *res est turpissima.* Vid. ad §. ιβ'. Markland. Favet viri doctissimi et amicissimi conjecturæ, quod in pluribus iisque præstantissimis Exemplaribus ἀδίκων legatur, in Codd. sc. Regiis α. ζ. Aug. Ital. Ven. Obsop. Bodl. Cant. Vindob. Ita etiam laudat Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότητος. Qui et in alio loco, sc. περὶ Ἰδεῶν, pag. 303. Edit. Crispini, locum hunc memoriter citans habet τῶν ἀτοπωτάτων. Ut dubium non sit, quo animo ille hunc locum intellexerit. Cæterum habetur et κατηγορούντας in Editt. Manut. et Morel. Taylor. M. τινῶν κατηγορούντα πάντας. Wolf. Editt. enim nonnull. κατηγορούντας πάντα.

Τῶν ἀδίκων ἐστὶν] H. e. ἄδικόν ἐστιν. Ita dicunt ἔστι τῶν καλῶν, τῶν χρησίμων, τῶν χαλεπῶν, τῶν ἀτόπων pro ἕν τι τῶν καλῶν etc., quod est infra §. κθ'. et ap. Æschin. in Timarch. princ. Sic Æschyl. Agam. 1407. accipimus ἦν πρεπόντων pro ἦν πρέπον, ἔπρεπε, ubi erravit Heath. Ceterum a nonnullis perperam scribitur τῶν ἀδικούντων, et antea κατηγορούντας πάντα. Melius Tiberius περὶ τῶν παρὰ Δημοσθένει σχη-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ἀφείλετο τὴν δωρεὰν, ἀναξίους [1]νομίζων, οὕτω καὶ τὸν Δῆμον ἀνάξιον ἡγεῖτο κύριον εἶναι τοῦ δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ, ἐάν τῳ βούληται. Ἀλλὰ, νὴ Δία, [2]ἐκεῖνο ἂν ἴσως εἴποι πρὸς ταῦτα, ὅτι διὰ τὸ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι τὸν Δῆμον, 458
διὰ τοῦτο οὕτως [3]ἔθηκε τὸν νόμον. Τί οὖν κωλύει πάντα ἀφῃρῆσθαι καὶ ὅλως τὴν πολιτείαν ὑμᾶς, κατὰ τοῦτον τὸν λόγον; Οὐ γάρ ἐστιν ἐφ' ὅτῳ τοῦτο οὐ πεπόνθατε τῶν πάντων· ἀλλὰ καὶ ψηφίσματα [4]πολλὰ πολλάκις ἐξαπατηθέντες κεχειροτονήκατε, καὶ συμμάχους ἤδη τινὰς

[1] ἐνόμιζεν· T. [2] ἐκεῖνό γ' ἂν R. [3] ἔθηκα R. [4] Deest πολλά. T.

quis Demetrii auctoritatem mihi opponat, adhuc de hac ipsa nonnihil addubito. F. A. Wolf.

Ἐνόμιζεν] Lege νομίζων. τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἀφείλετο τὴν δωρεὰν, ἀναξίους νομίζων· οὕτω κ. τ. λ. Ita Editt. Felician. et Manut. Codd. Regii Parisienses et Cant. Ita optima et consummatissima Versio Italica: *Che in quel modo, che egli ha privato della gratia coloro che l' hanno*, estimandogli indegni: *nel medesimo modo* etc. Taylor. Verissime, nisi quis potius utramque vocem ex interpretatione putet intrusam. Ordinem disturbat, quod præferunt Ald. Herv. Ben. Wolf. et Aug. 1. cum Marg. Bav., ἐνόμιζεν, quod Reisk. ortum suspicatur ex οὓς ἀναξίους ἐνόμιζεν. Ipse in Notis amplectitur hæc, quæ vix ulli unquam probaverit: Ὅνπερ τοὺς ἔχοντας ἔχειν τὴν δωρεὰν ἀναξίους ἐνόμιζεν, οὕτω κ. τ. λ. Mox male faciunt, qui omittunt τὰ ἑαυτοῦ. F. A. Wolf.

Ἀλλὰ νὴ Δία] *Sed scilicet hoc dicturus est*, vel, *at fortasse ad hæc ipse objecturus* est. Interdum enim ἀλλὰ νὴ Δία pro ἀλλὰ γὰρ ἴσως, vel, pro νὴ Δί' ἀλλὰ dicitur. *Ex* edit. Hervag.

Οὕτως ἔθηκε τὸν νόμον] *Istam clausulam in lege posuit.* In Par. 1., Aug. 1. et Apsin. p. 699. legitur ἔθηκα, idque Reisk., insolitarum rerum amans, in textum nobis invexit, ut ipsius Leptinis oratio esset mimica. Sed de hac venustate, valde vereor, ne Orator gratiam fecisset, si quis ei hic obtulisset. F. A. Wolf.

Οὐ γάρ ἐστι τῶν πάντων, ἐφ' ὅτῳ —] *Nulla est enim pars Reip. Vestræ, in qua parte Vobis hoc non accidat:* (τοῦτο h. τὸ ἐξαπατᾶσθαι·) *sed scita sæpe multa fecistis* etc. Ex Ald. Herv. Ben. reliquis omnibus, editis et scriptis, recte Markl. restituit πολλὰ πολλάκις, quum in Wolf. πολλὰ extritum esset, ut est etiam in Apsin. l. c. ac Minucian. extr. Horum autem locis, ut aliis pluribus ex isto sterquilinio Rhetorum Aldi, vix ulla auctoritas esse potest. Ipsa, quæ hoc loco attingitur, Atheniensium δυςβουλία pæne in proverbium versa. Jam Eupolis feliciores eos quam prudentiores dixerat] lepidis iambis, servatis ab Athenæo X. p. 425., quibus concinit Demosth. Philipp. I. §. ε. Ἡ τύχη ἀεὶ βέλτιον ἢ ἡμεῖς ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμελουμένη. Conf. Æschin. in Ctesiph. §. πε. Aristoph. Nubb. 587. et ibi Intpp. et Suidas v. Ἀθηναίων δυςβουλία. Neque minus solenne olim alterum crimen Atheniensium, quod infirmiori se parti adjungere solerent. Satis habeo ad hoc laudare Isocrat. Panegyr. c. 14. Idem.

Ψηφίσματα πολλάκις] Codices, in quibus et Vindob. est, et præstantissima Editio Parisiensis A. D. 1570. habent ψηφίσματα πολλὰ πολλάκις, quin et ita legebat et vertebat Wolfius, licet editio Francofurtana 1604. quæ Wolfii nomen venditat, hanc vocem omittat. Excidit nimirum πολλὰ propter sequens πολλάκις. Sic v. 3. p. 406. deest μηδὲν, quia sequebatur simile μηδ' ἄν: et forte ἐπίγραμμα §. κδ'. quia præcessit eadem vox. Ita Ἔφορον (Ephorus, celebris Historicus) periit in voce præcedente πρόσφορον, apud Clem. Alexandrinum Strom. VI. p. 750. Ed. Oxon. ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον· Ἔφορον τὸν ἱστορικὸν etc. Vulgo deest Ἔφορον. Cæterum, Lectorem attentum et Græcæ Linguæ assuetum latere non potest, aliquot esse loca hujus pulcherrimæ Orationis, in quibus vel Sensus, vel Sermonis Elegantia et Perspicuitas, defectu unius vel duarum vocum adhuc laborare videntur: complura hujusmodi ex MSS. et Editt. antiquis notavit Cl. Editor: et alia, nisi fallor, restant, nunquam forte certo restituenda. Sic in hoc, quod sequitur. Markland.

ἥττους ἀντὶ κρειττόνων ἐπείσθητε ἑλέσθαι· καὶ ὅλως ἐν, οἶμαι, πολλοῖς, οἷς πράττετε, καὶ τοιοῦτό τι συμβαίνειν ἀνάγκη. Ἆρ' οὖν θησόμεθα νόμον διὰ ταῦτα, μηδὲ [1] τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι τῇ Βουλῇ, μηδὲ τῷ Δήμῳ, μήτε προβουλεύειν, μήτε χειροτονεῖν μηδέν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. Οὐ γὰρ ἐσμὲν ἀφαιρεθῆναι δίκαιοι, περὶ ὧν ἂν ἐξαπατηθῶμεν, ἀλλὰ διδαχθῆναι, ὅπως τοῦτο μὴ πεισόμεθα· καὶ θέσθαι νόμον, οὐχ ὃς ἀφαιρήσεται τὸ κυρίους [2] ὑμᾶς εἶναι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ δι' οὗ τὸν ἐξαπατῶντα τιμωρησόμεθα.

β'. Εἰ τοίνυν τὶς, ἐάσας ταῦτα, αὐτὸ καθ' αὑτὸ ἐξετάσειε, πότερόν ποτε λυσιτελέστερόν ἐστι, κυρίους μὲν ὑμᾶς εἶναι τῆς δωρεᾶς, ἐξαπατηθέντας δέ ποτε καὶ φαύλῳ τινὶ δοῦναι, ἢ, διὰ τὸ παντελῶς ἀκύρους γενέσθαι, μηδ', ἂν ἄξιόν τινα εἰδῆτε, ἐξεῖναι τιμῆσαι, εὕροιτ' ἂν μᾶλλον ἐκεῖνο λυσιτε-

[1] τολοιπὸν T. [2] ἡμᾶς εἶναι [τῆς δωρεᾶς] R.

Ἥττους ἀντὶ κρ.] Optimis *rejectis pessimos in societatem admisistis.* Nannius. Wolf.

Καὶ ὅλως ἐν —] Quid *multa? In* tanta copia rerum, *quas* publice *agitis, tale quid* necesse *est evenire.* In Græcis sententia hæc mollescit per particulam ante τοιοῦτο insertam, hac fere vi: *Sæpe* optima *consilia* initis, *fraudibus concionatorum non decepti; interdum* tamen etiam *hoc, ut decepti sciscatis, usu venire debet.* Ὅλως, quod est ἑνὶ λόγῳ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, poni solet post plura enumerata in ultimo membro, fere ut Lat. *denique.* F. A. Wolf.

Προβουλεύειν] Ad Senatum Quingentorum (Βουλὴν, τοὺς Πεντακοσίους) et ejus decreta seu auctoritates pertinet; χειροτονεῖν ad Δῆμον ejusque in ecclesiis suffragia et scita, quæ niti semper debebant προβουλεύμασι. Talia nota esse debent ad Demosthenem accedentibus. Idem.

Μήτε προβουλεύειν μήτε χειρ.] Nannius: *ne aut præjudicia senatui, aut* comitia *facere liceat.* προβουλεύματα, ea quæ de re aliqua statuuntur, antequam populo decernenda proponantur. Wolf.

Οὐ γὰρ ἐσμὲν —] *Neque enim æquum* est, *ut* quibus *in* rebus *decipi* possumus, *eæ nobis eripiantur.* Nihil tritius hac structura adjectivi δίκαιος, de qua monui ad Platon. Sympos. I. 3. Nostro loco idem sic poterat efferri: Οὐ γάρ εἰσιν οὗτοι δίκαιοι ἀφαιρεῖσθαι ἡμᾶς ἐκεῖνα, περὶ ὧν ἂν ἐξαπατηθῶμεν, ἀλλὰ διδάσκειν κ. τ. λ. Mox denuo resumendum καὶ δίκαιοι ἐσμὲν ad θέσθαι νόμον. F. A. Wolf.

Ὅπως τοῦτο [τὸ ἐξαπατᾶσθαι] μὴ πεισόμεθα] *Ne fraudi pateamus.* Nannius. Wolf.

Ὅπως τοῦτο μὴ πεισόμεθα] Sensus postulat μηκέτι πεισόμεθα, *non amplius patiamur.* et ita, opinor, invenit Ulpianus, Schol. ad v. præc. πῶς ἂν ὁ δῆμος ἔτι μὴ ἀπατᾶτο. Wolfius supplevit *posthac.* Markland.

Ὅπως τοῦτο μὴ πεισόμεθα] Pro μὴ Markl. tentat μηκέτι. Quo nihil opus; et auctoritas, quam vir doctus in Ulpiano quærit, nulla est. Conf. ad §. ιέ. ad fin. Contra de Coron. §. κζ'. οὐκέτ' ἐρωτήσω mutanda sunt in οὐκ ἐπερωτήσω. Majore audacia Reisk. verba τῆς δωρεᾶς, quæ absunt ab Aug. 1. ejici jubet tanquam sensus nimis angusti, quod non de sola donatione, sed omnino de jure quidvis constituendi auctor loquatur. Nempe id faciet tum, quum probata erit correctio. Nunc postquam universe de re summa locutus est, iterum venit ad eam rem, cujus causa paullum digressus erat, quæ est optimorum scriptorum ratio. Sed vel dura subauditio verborum, τοῦ προβουλεύειν καὶ τοῦ χειροτονεῖν, tali mutationi adversatur. Post κυρίους Par. 1. Aug. 1. Bav. Ben. Reisk. dant ἡμᾶς. Vulgatum ὑμᾶς magis placet, licet in reliquis prima persona hic frequentetur. F. A. Wolf.

β'. Εἰ τοίνυν τὶς —] *Quodsi quis iis rationibus, quas attuli, neglectis ac prætermissis, hoc solum per se apud animum reputet* etc. Ad ἀκύρους posthac suppl. τῆς δωρεᾶς. Eodem modo, quo κύριος, et illud ponitur cum casu secundo. Idem.

λοῦν. Διὰ τί; Ὅτι ἐκ μὲν τοῦ πλείονας, ἢ προσῆκε, τιμᾶν, πολλοὺς εὖ ποιεῖν προκαλεῖσθε ὑμᾶς· ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ [1] μηδὲν, μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ, διδόναι, πάντας ἀπείρξετε τοῦ φιλοτιμεῖσθαι. Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ δι' ἐκεῖνο, ὅτι οἱ μὲν ἀνάξιόν τινα τιμήσαντες εὐηθείας τινὰ δόξαν ἔχοιεν ἄν· οἱ δὲ τοὺς ἀγαθόν τι ποιοῦντας ἑαυτοὺς μὴ τοῖς ὁμοίοις ἀμειβόμενοι, κακίας. Ὅσῳ δὴ κρεῖττον εὐήθη δοκεῖν, ἢ πονηρὸν εἶναι, τοσούτῳ λῦσαι τὸν νόμον κάλλιον, ἢ θέσθαι. 459

γ'. Οὐ τοίνυν ἔμοιγε οὐδὲ ἐκεῖνο εὔλογον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! σκοπουμένῳ φαίνεται, καταμεμφόμενόν τινας ἐπὶ ταῖς ὑπαρχούσαις δωρεαῖς, τοὺς χρησίμους ὄντας τῶν τιμῶν ἀποστερεῖν. Εἰ γὰρ, ὑπαρχουσῶν τούτων, φαῦλοι καὶ ἀνάξιοί τινες κατὰ τὸν τούτου λόγον εἰσὶ, τί χρὴ προς-

[1] Deest μηδέν. T.

Προκαλεῖσθε] Προκαλεῖσθε hic est Futurum. προκαλεῖσθε — ἀπείρξετε. Ita Versio Italica: Perche con l' honorare molte persone, molti a farvi beneficio provocherete. Corrige ergo interpretem, qui reddit *invitantur*. Atque hinc fortasse deprehendes necessitatem legendi προσήκει cum Obsop. Ven. Ital. Lutet. α. pro προσῆκε Editionum, credo, omnium. Porro hic Manutius cum Felician. et Lindenbr. habet expressius aliquanto: ἐκ δὲ τοῦ μηδενὶ μηδὲν, μηδ' ἂν ἄξιος ᾖ, διδόναι. Ut tu leges, nullus dubito, in futurum. Ita verba ipsa Legis, prout recitantur §. κγ'. Περὶ τοῦ μηδενὶ δεῖν μηδὲν διδόναι, μηδ' ἂν ὁτιοῦν πράξῃ. TAYLOR. Προκαλεῖσθε etsi futurum est, idcirco non debemus cum Tayloro προσῆκε mutare in προσήκει. Atticorum est pervulgatus mos, usurpare imperfecta ἐχρῆν, προσῆκεν, εἰκὸς ἦν, ubi itidem Latini *debebat, oportebat, decebat*. De Græcis conf. Dorvill. ad Chariton. p. 610. Rectius deinde Taylorus cum Markl. post μηδενὶ restituendum vidit μηδὲν, *nemini quidquam, ne si dignus quidem sit*. Atque ita loqui solent, idque et infra occurrit in verbis legis §. κγ'. F. A. WOLF.

Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ δι' ἐκεῖνο] Scil. εὕροιτ' ἄν τις μᾶλλον ἐκεῖνο λυσιτελοῦν. Sequitur jam ratio altera, ad illud διὰ τί referenda. Nunc autem quam subdole Noster adversarium pungat, vide: *Leptines stultitiam a Vobis haud alienam putare videri debet: stultitiæ tamen probrum facilius ferri potest, quam malitiæ* et *improbitatis* etc. Certe hoc sibi vult Orator. Jam si credamus, quod credere licet, non minus quam hodie, jam tum in Populo Atheniensi fuisse, qui improbi, si id vitare non possent, videri mallent quam stulti, ingeniosissime sententia videbitur expressa. Sed venustatem loci magis sentias comparando inepto Aristide, qui rustice impingit §. 17. Noster autem his ac similibus, quasi temere interjectis, jam nunc auditorum animos præparat ad novam legem suam, qua simul et εὐηθείας et κακίας ignominiam amolietur. IDEM.

γ'. Τοὺς χρησίμους ὄντας] Cives *de Rep. optime meritos*, qui alibi vocantur χρηστοί. Vid. Zeun. ad Xenoph. R. Athen. p. 53. Occurrit tamen et illud, licet rarius, ut in Isæo ap. Dionys. Judic. de Isæu §. 8., ne quis id habeat vitiosum. Ita infra qui §. κδ'. med. sunt χρήσιμοι, ii paullo post dicuntur χρηστοί. Alia ratio est formulæ χρήσιμον αὐτὸν παρασχεῖν, quæ passim occurrit in hac Oratione, de quo usu notavit Markl. ad Eurip. Supplices 887. At nonne in hac periodo vitiose inculcatur id, quod præterire se velle antea Orator dixit? Ὅτι μὲν τινῶν κατηγοροῦντα πάντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δωρεὰν τῶν ἀδίκων ἐστὶν, ἐάσω. Sane eadem nunc proponitur res, sed modo proponitur non eodem. Illic τὸ ἄδικον rei respicitur, hic τὸ ἄλογον. IDEM.

Κατὰ τὸν τούτου λόγον] *Ex sententia istius, Leptinis*. Nimirum in Græcis Oratoribus pronomen οὗτος notat et judicem et clientem et adversarium, quum Latine iste dicatur de adversario, *hic* de cliente et judice. Vid. Æschin. et Demosth. Orr. de Corona, Ciceron. pro Rose. Amerin. et alibi passim. Lectionem autem nostram præfero alteri τούτων, quam dant Par. 1. 5. Aug. 1. Bav. Marg. Less. IDEM.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι, ἐφ' οἷς οὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος εἴ τις ψεύσεται· ἐν δὲ τῷ κοινῷ μὴ χρῆσθαι τῷ νόμῳ τούτῳ τὴν πόλιν, τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθόν τι πεποιηκότας [1] ἐξαπατῆσαι, καὶ ταῦτα οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν; Οὐ γὰρ, εἰ μὴ χρήματα ἀπόλλυτε, μόνον σκεπτέον, ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστήν· περὶ ἧς μᾶλλον σπουδάζετε ἢ περὶ χρημάτων, καὶ οὐ μόνον ὑμεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ πρόγονοι. Τεκμήριον δέ· χρήματα μὲν γὰρ πλεῖστά ποτε κτησάμενοι, πάντα ὑπὲρ φι- 460

[1] ἐξαπατῆσαι; - - - μέλλουσαν. Τ.

τοῦ ἀψευδεῖν, nec subaudiri debet δεῖ. Sed propter Reiskii notam mire ingeniosam apponenda hæc videntur Latine versa: *Nonne inhonestum est, quum lege sit a Vobis cautum, ne quis in foro et in mercibus emendis vendendisque fraude ageret, quibus tamen in rebus si qua fraus committitur, Resp. nihil detrimenti accipit, Populum eundem ipsum, qui illud singulis civibus injunxerit, in publicis negotiis eam legem non servare, idque etiam cum magno detrimento suo.* Jam simul videas, quam locum enervet Marklandi emendatio, τὴν πόλιν, τὴν αὐτὸν ἐπιτάξασαν, scil. τὸν νόμον, etiam si te minus offenderit ἐπιτάττειν νόμον, *legem injungere, præscribere, dare,* quod Græce bene dici, ego nemini credam, ne Marklando quidem. Porro ipsam legem, quam Noster attingit, et cujus custodes Athenis erant maxime ἀγορανόμοι, ex Hyperide laudat Harpocratio in voc. κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. Et ut hæc generalis erat lex, ita aliæ subinde latæ, quæ ad eandem partem publici ordinis, h. e. ad forum rerum promercalium, spectarent. Sed harum tenues sunt in scriptoribus, quos habemus, reliquiæ. Conf. S. Petiti LL. AA. p. 495. Idem.

Ἐφ' οἷς οὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος εἴ τις ψεύσεται] Nimirum si quis in foro fraudatur seu mensura, seu pondere, seu aliqua re, damnum is facit ἰδίᾳ, *privatim*; δημοσίᾳ, *publice*, nullum fit. Agitur de cujusque pecunia privata. Idem.

Τὴν αὐτὴν ἐπιτάξασαν] Scribe τὴν αὐτὸν ἐπιτάξασαν, scil. τὸν νόμον, *quæ eam* legem *privatis injunxit.* Markland.

Καὶ ταῦτα οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν] *Et præsertim mulctæ non contemnendæ damnandum,* id est, *ignominia atque infamia notandum.* Sequitur enim, οὐ γὰρ εἰ μὴ χρήματα ἀπόλλυτε μόνον σκεπτέον. ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστὴν, περὶ ἧς μᾶλλον σπουδάζετε ἢ περὶ χρημάτων. Ubi etiam observandum τοὺς ὠφληκότας καὶ τοὺς ὄφλοντας dici *damnatos.* Idem alibi, καὶ δίκην ἐξούλης ὠφληκὼς ταύτην οὐκ αὐτὸς ὠφληκέναι φησὶν, ἀλλ' ἐμέ. *Atque in hac controversia de vi damnatus, non se damnatum, sed me esse contendit.* Ex edit. Hervag.

Ἀλλ' εἰ καὶ δόξαν χρηστὴν] Propter illa, εἰ μὴ χρήματα, Reisk. scribendum censet ἀλλ' εἰ μὴ καὶ δόξαν χρ. Quod sanum loci sensum detorquet. Primum puta totam hanc sententiam adjectam illustrandis verbis, οὐ μικρὰν ζημίαν ὀφλήσειν μέλλουσαν, tum junge: Οὐ μόνον σκεπτέον, εἰ μὴ ἀπόλλυτε χρήματα, ἀλλὰ καὶ, εἰ ἀπολλυτε δόξαν χρηστήν. *Non enim illud tantum videndum Vobis est, an in aliqua re jacturam nullam pecuniæ faciatis,* sed *hoc* quoque, *an forte vere faciatis famæ, qua optima nunc fruimini.* Concedit ergo, pecuniæ quidem jacturam publice *non* fieri immunitatibus tollendis, (declaraturus tamen postea §. ή. etiam nihil Rempubl. ex ea re ditari,) at utique fiet (inquit) famæ, fiet gloriæ Vestræ. Atque in hoc ipso est ζημία, eaque gravior quam pecuniaria, magisque liberali animo pertimescenda. F. A. Wolf.

Τεκμήριον δὲ] Uti σημεῖον δὲ, φανερὸν δὲ, in proximo membro plerumque sequente γὰρ, interdum tamen omisso, est: *argumentum, unde hoc perspicitur, in promtu est. En voici la preuve.* Conf. Bach. ad Xenoph. Sympos. IV. 17. Utrumque modum loquendi imprimis frequentat Aristoteles. Idem.

Χρήματα] Jam egregie ad rem suam utitur fama liberalitatis ac fidei majorum. Cujusmodi argumentis nihil fingi aptius potest ad ingenium talium hominum, quales Athenienses erant. Quamvis enim paucorum ex illo populo fuisse videatur hic malus fastus, qui in antiquis stemmatis gentilibus nititur, universi

λοτιμίας ἀνήλωσαν, ὑπὲρ δὲ δόξης οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκοντες διετέλουν. Νῦν τοίνυν οὗτος ὁ νόμος ταύτην ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν τῇ πόλει περιάπτει, καὶ οὔτε τῶν προγόνων, οὔτε ὑμῶν ἀξίαν. Τρία γὰρ τὰ μέγιστα ὀνείδη κτᾶται, φθονεροὺς, ἀπίστους, ἀχαρίστους εἶναι δοκεῖν.

ε. Ὅτι τοίνυν οὐδ' ἔστιν ὅλως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦ ἤθους τοῦ ὑμετέρου, κύριον ποιῆσαι τοιοῦτον νόμον, καὶ τοῦτο πειράσομαι δεῖξαι διὰ βραχέων, ἕν τι τῶν πρότερον πεπραγμένων τῇ πόλει διεξελθών. Λέγονται χρήματα οἱ

tamen majorum actis et virtutibus ita superbiebant, ut quæcunque de his omninoque de prisca Athenarum nobilitate prædicarentur, ad se quisque pertinere putaret. Gujus utilioris superbiæ testes habemus plures præclaras ῥήσεις in scenicis poetis, et loca aliquot splendida Isocratis, Lycurgi, Nostri in Orat. de Corona et in aliis, et Menexeni Platonici exordium festivitatis atticæ plenissimum. Idem.

Οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν, ἀλλὰ καὶ —] Ante οὐδένα cave cuiquam credas quidquam excidisse. Solennis usus sic adhibet particulas ἀλλὰ καὶ, omissis οὐ μόνον, ubi majus quid minori superaddit, qua eadem vi Latini interdum ponunt *sed* et. Exemplis hoc firmavit Hoogev. in Doctrin. Partic. Gr. I. 8. *Propter gloriam nullum unquam periculum majores nostri detrectarunt, sed* et *facultates suas ipsorum ultro impenderunt.* Ad rem conf. de Cor. §. κά. et §. νϑ'. et in Androt. p. 617. ed. R. ut alios locos mittam. Idem.

Ταύτην ἀντὶ καλῆς αἰσχρὰν τῇ πόλει περιάπτει] Scil. δόξαν. In δόξα, sicut Lat. *fama*, inest media potestas, unde δόξα κακὴ, πονηρὰ, φαύλη. Ταύτην capies de ea, quæ statim describitur verbis τρία γὰρ κ. τ. λ. Περιάπτειν de infamia vel labe, qua quem adspergimus, frequens est, unde ὄνειδος vel αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν. Quanquam verbum in bonam quoque partem sumitur. Idem.

ε. Ἕν τι τῶν πρότερον πεπραγμένων τῇ πόλει διεξελθὼν] Wolfius vertit minus recte: *Si unum prius nostræ civitatis exemplum attulero.* Immo *hoc* ipso exemplo, quod jamjam lecturi sumus, continetur demonstratio, ὅτι οὐδ' ἔστιν ὅλως τοῦ ἤθους κ. τ. λ. Idem.

Λέγονται χρήματα οἱ Τριάκοντα —] Rem præter hunc nostrum memorant brevius quidem Xenoph. Hellen. II. 4. 19. et Plutarch. Lysand. p. 445. B., forsan et Lysias Or. XXX. p. 860., diligentius Isocrates in Areop. p. 225., cujus verba utiliter a lectore conferentur: Οἱ δὲ κρατήσαντες καὶ μεθ' ὅπλων κατιόντες (οἱ ἐν Πειραιεῖ) αὐτοὺς τοὺς αἰτιωτάτους τῶν κακῶν ἀνελόντες, οὕτω τὰ πρὸς ἀλλήλους, (non ἄλλους, quod Auger. posuit in nupera edit. Vulgata idem sonat, quod p. 213. τὰ πρὸς σφᾶς αὐτούς.) καλῶς καὶ νομίμως διῴκησαν, ὥστε μηδὲν ἔλαττον ἔχειν τοὺς ἐκβαλόντας τῶν κατελθόντων. Ὁ δὲ πάντων κάλλιστον τεκμήριον καὶ μέγιστον τῆς ἐπιεικείας τοῦ Δήμου· δανεισαμένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει μεινάντων ἑκατὸν τάλαντα παρὰ Λακεδαιμονίων, εἰς τὴν πολιορκίαν τῶν τὸν Πειραιᾶ κατασχόντων, ἐκκλησίας γενομένης περὶ ἀποδόσεως τῶν χρημάτων, καὶ λεγόντων πολλῶν, ὡς δίκαιόν ἐστι διαλύειν τὰ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, μὴ τοὺς πολιορκουμένους, ἀλλὰ τοὺς δανεισαμένους, ἔδοξε τῷ Δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. In hac summa pecuniæ et duo ceteri, quos laudavi, concordant. Res acta referri debet ad Olymp. XCIIII, 1. et 2. Fuerunt enim post cladem ad Ægospotamos Atheniensibus illatam duæ factiones in urbe, altera, Trigintaviri et hos qui sequebantur oligarchiæ faventes; altera contraria, popularem rationem amplexa. Hæc Piræeum occupatum tenebat, inde primum Trigintaviros, mox Decemviros oppugnans. Prior factio vocatur passim οἱ Τριάκοντα, οἱ ἐν ἄστει, οἱ ἐξ ἄστεος, οἱ τὸν κύκλον ἔχοντες, οἱ τῆς ὀλιγαρχίας ἐπιθυμήσαντες, posterior οἱ ἐν Πειραιεῖ, οἱ ἐκ Πειραιῶς, οἱ τὸν Πειραιᾶ κατειληφότες, οἱ ἐκ Πειραιῶς κατελθόντες, οἱ δημοτικοὶ, ὁ Δῆμος. Vide Isocratem adv. Callimach. et Lysiam quavis prope pagina. Jam centum talenta ista mutua illi sumserant ad opprimendos adversarios. Notum autem est, post occupatum a Thrasybulo Piræeum victosque Trigintaviros, ut Civitas discordiis concussa quamprimum ad pristinum statum revocaretur, inter

Τριάκοντα δανείσασθαι παρὰ Λακεδαιμονίων ἐπὶ τοὺς ἐν Πειραιεῖ. Ἐπειδὴ δὲ ἡ πόλις εἰς ἓν [1] ἦλθε, καὶ τὰ πράγματα ἐκεῖνα κατέστη, πρέσβεις πέμψαντες οἱ Λακεδαιμόνιοι τὰ χρήματα ταῦτα ἀπῄτουν. Λόγων δὲ γιγνομένων, καὶ τῶν μὲν τοὺς δανεισαμένους ἀποδοῦναι κελευόντων, τοὺς ἐξ ἄστεος· τῶν δὲ τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, [2] τὸ κοινῇ διαλῦσαι τὰ [3] χρήματα· φασὶ τὸν Δῆμον ἑλέσθαι συνεισενεγκεῖν αὐτὸν καὶ μεταστχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν. Πῶς οὖν οὐ δεινὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰ τότε μὲν τοῖς ἠδικηκόσιν

[1] συνῆλθε R. [2] Deest τό. R. [3] χρήματά φασι τὸν δ. ἑλ., καὶ συνεισενεγκεῖν R.

utramque partem conventiones factas esse, et legem *oblivionis* (μὴ μνησικακεῖν) jurejurando sancitam. Hæc sunt τὰ ὡμολογημένα Nostri, quorum rationem optime docet Andocides de Myster. p. 39. 43. Conf. Isocrat. adv. Callimach. p. 557. aliosque locos signatos in Taylori Vit. Lysiæ p. 143. ed. Reisk. Amnestiæ primum id exemplum in historiis occurrere, plures animadverterunt, neque obstant, quæ Andocides prodit p. 54. de amnestia primi belli Persici temporibus, quod quidem nec publicum esse potuit, et magis oratorium est. Idem.

Εἰς ἓν ἦλθε] Γρ. συνῆλθε. Id quod Cod. Aug. non pro varia lectione, sed quod, longe probabilius, pro scholio habet. Taylor.

Ἐπειδὴ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθε] *Postquam Civitas ad concordiam redierat.* Reisk. novavit, Augerio probante, συνῆλθε ex Par. 5. 7. Aug. 1. Temere. Nam Harpocratio explicans verba, εἰς ἓν ἦλθεν, ἀντὶ τοῦ ὡμονόησεν, non alium quam huno ipsum locum spectat, quod acute jam vidit Valcken. ad Euripid. Hippol. p. 192. Satisque vim præpositionis exprimunt adjecta εἰς ἓν, etsi non ignoro, et isto pleniore modo Græcos loqui; v. c. Euripid. Phœn. 472. Aristides vero, ubi eandem rem tangit in Panathen. p. 166. Jebb., dicit ἐπειδὴ συνέβησαν. Mox τὰ πράγματα ἐκεῖνα, res illæ, *quas satis nostis, turbulentæ*, ὧν ἐγὼ οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι, οὐδ' ἀναμιμνήσκειν ὑμᾶς τῶν γεγενημένων κακῶν, ut in eadem re Andocides loquitur l. c. p. 38. Quo in loco, tribus futilibus conjecturis mactato, reliquit tamen Reisk. Πειραιέως, quod ex attico more mutandum fuit in Πειραιῶς. Neque ad τιμωρίας magis opus ibi est adjecto novo verbo, quam in Æschin. de Cor. §. θ'. post med. ad vocem πράξεις. Superest ἐπειδὴ τὰ πράγματα κατέστη, *quum res ad certum quendam statum reductæ essent.* Plane καταστήσασθαι τὴν δημοκρατίαν est Lat. *constituere*, ordinare *Remp.* F. A. Wolf.

Λόγων δὲ γιγνομένων — ] *Puta in ecclesia* ad eam rem consultandam convocata. Τῶν μὲν factionem democraticam signat; τῶν δὲ, oligarchicam. Quæ sequuntur verba, τοὺς ἐξ ἄστεος, facile cuipiam possint suspecta videri. At ea bis testatur in exemplari suo se habuisse Aristid. Art. rhet. p. 444. et 456., et omnino talia perspicuitatis ergo addita non abhorrent ab optimorum auctorum consuetudine. Τοῦτο est *pecuniam in publicum conferre*, ut statim ostendit clausula, τὸ κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματα. Quæ verba si abessent, subobscure illud τοῦτο et inepte dictum foret. Nempe ita voluit Reiskius, locum codicis cujusdam ope sic pulcre corrumpens: Τῶν τοῦτο πρῶτον ὑπάρξαι τῆς ὁμονοίας σημεῖον ἀξιούντων, κοινῇ διαλῦσαι τὰ χρήματά φασι τὸν Δῆμον ἑλέσθαι, καὶ συνεισενεγκεῖν αὐτὸν, καὶ μεταστχεῖν τῆς δαπάνης, ὥστε μὴ λῦσαι τῶν ὡμολογημένων μηδέν. Vulgato etiam patrocinatur Aristid. Art. p. 456., qui locum totum expressit in Declamat. Leptin. §. 67., sed pueriliter pro more suo. Idem.

Πῶς οὖν οὐ δεινὸν — ] *Tunc quorum causa tam generose, tam liberaliter fecistis, hostes Vestri fuerant; nunc qui exspectant similem liberalitatem, fautores sunt beneque de Vobis meriti. Tunc illud fecistis, ne mentiri videremini; nunc idem faciundum, ut grati videamini. Tunc res difficilis fuit, et pecunia privatim eroganda; nunc nihil opus amplius, quam ut novam legem abrogetis.* Tot antitheta una hac periodo inclusa sunt admirabili arte, cujus exempla in uno Demosthene exstant plura, quam in reliquis Oratoribus omnibus.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

περὶ τοῦ λῦσαι τὸν νόμον, ἢ ὑμᾶς τούτῳ περὶ τοῦ [1] θέσθαι· καὶ λυσιτελέστερον εἶναι καὶ ὑμῖν καὶ τούτῳ, τὴν πόλιν πεπεικέναι Λεπτίνην, ὅμοιον αὐτῇ γενέσθαι [2] δοκεῖν, ἢ αὐτὴν ὑπὸ τούτου πεῖσθαι, ὁμοίαν εἶναι τούτῳ. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὡς ἐμοῦ γε ἕνεκα ἔστω, βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος.

ς'. Νομίζω τοίνυν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί! ἄμεινον ἂν περὶ τοῦ παρόντος βουλεύσασθαι, εἰ κἀκεῖνο μάθοιτε· ὅτι, ᾧ μόνῳ μείζους εἰσὶν αἱ παρὰ τῶν Δήμων δωρεαὶ τῶν παρὰ

[1] θέσθαι, δοκεῖν, καὶ λυσ. R.

[2] Deest δοκεῖν. R.

est *utilius ad honorem, honorificentius*, quo modo et συμφέρειν aliaque ex hoc genere plura leguntur haud raro. IDEM.

Περὶ τοῦ θέσθαι] Cod. Augustanus habet περὶ τοῦ θέσθαι δοκεῖν. Nata certe ea varietas lectionis ex simili fere clausula in sententia sequente, ὅμοιον αὐτῇ γενέσθαι δοκεῖν. Ubi vox ista habet vim et elegantiam admirabilem, quam parum consecuti sunt Interpretes. Non ὅμοιον dixit γενέσθαι, quod oblique negat fieri posse, sed γενέσθαι δοκεῖν. *Præstat*, Civitatem huic homini persuadere, *ut mores suos ad mores publicos accommodare* saltem videretur, quam *eum Civitati, ut sibi similis esse* velit. Priorem partem sententiæ mihi videtur Nannius majore et perspicuitate et elegantia translulisse: *Quamobrem* illud *affirmaverim*, longe *pulcrius esse, illum vestros mores in abroganda* lege, quam *vos* illius *in constituenda, sequi*. TAYLOR. Δοκεῖν superfluum videtur et recidendum, licet in hac voce vim quandam et elegantiam animadvertat Taylorus. AUGER.

Οὐδὲ γὰρ εἰ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὡς ἐμοῦγε ἕνεκα ἔστω, βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος] *Neque enim si vir* bonus *est* (*sit enim sane per me*) *ideo melior est ipsa civitate*. id enim ἕνεκα hoc loco significat, sicut etiam apud Xenophontem in tertio Παιδ. ἀλλ' ἐξέσται ἡμῖν ἐκείνου ἕνεκα πρὸς τὸ ἡμέτερον συμφέρον πάντα τίθεσθαι, *sed quantum ad eum attinet, licebit* nobis *omnia e* re *nostra constituere*. Id quod etiam per διὰ præpositionem dicitur. Idem περὶ Στεφ. ἐπεὶ διά γε ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπολώλατε. *Nam quantum in vobis fuit, jamdiu periissetis* &c. *Ex* edit. HERVAG.

Ὡς ἐμοῦγε ἕνεκα ἔστω] *Sit enim sane per me*. Particolæ ἕνεκα usum hunc, Latinis ferme ignotum, plane Germani imitamur. F. A. WOLF.

Τὸ ἦθος] Solus Ven. Codex, βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Cave sollicites. Receptam lectionem tuetur T. Magister: Ἦθος οὐ μόνον ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πόλεως. ὡς Δημοσθένης, τὸ τῆς πόλεως ἦθος, ἤγουν τὴν κατάστασιν, καὶ τὴν γεναιότητα. lege γενναιότητα. Noster in superiore pagina, v. 4. τὸ τῆς πόλεως ἦθος'— ἀψευδὲς καὶ χρηστόν. et §. ιέ. τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι. Et ita scribit Plutarchus in Phocione, statim ab initio: πολλὰ δὲ γράφειν καὶ λέγειν ἀναγκαζόμενος παρὰ τὸ ἀξίωμα τῆς πόλεως καὶ τὸ ἦθος. Vindob. deest ἦθος. TAYLOR.

Βελτίων ἐστὶ τῆς πόλεως τὸ ἦθος] Sermo patrius noster futurum præferret ἔσται, ex usu Græcorum recte habet illud. Τὸ ἦθος absolute inteli. κατὰ τὸ ἦθος. Male Ven. βελτίων ἐστὶ τοῦ τῆς πόλεως ἔθους. Quod ut refellat, Taylorus citat Thomam M. voc. ἦθος. Vulgata lectio vera est, etiamsi forte Magister non huc respexerit, sed ad §. ιέ. aliumve locum quemcunque. Ἦθος de Civitate dici, non solum de *homine*, tralaticium puto. F. A. WOLF.

ς'. Περὶ τοῦ παρόντος] Περὶ τοῦ νόμου παρόντος Codd. Regg. ε. η. vel potius, ut ego judico, τὸ νόμου erat in margine, scholii gratia, quo pacto habetur in Aug. TAYLOR. E scholio illud et quidem malo. Est enim περὶ τοῦ παρόντος πράγματος. F. A. WOLF.

Ὦ μόνῳ μείζους εἰσὶν — ] *Tollitur per hunc legem id ipsum, quo uno* dona, *profecta a* liberis *Populis, præstant* iis, *quæ a* ceteris *imperiis conferuntur*. Honestatem dicit et stabilitatem. Perperam loco τῶν Δήμων hic et postea in Par. 5. 7. Aug. 1. est τοῦ Δήμου. Οἱ Δῆμοι sunt αἱ πόλεις δημοκρατούμεναι. Unde juncta sæpe Δῆμος, ὀλιγαρχία, τυραννίς· Hino καταλύειν τὸν Δῆμον (de qua formula olim nimio ardore pugnarunt Salmas. Misc. Def. c. 10. et Herald. Animadv. ad I. A. et R. III. 16.) h. e. τὴν δημοκρατίαν, τὴν πολιτείαν. Ipsum enim πολιτεία eo-

τῶν ἄλλων πολιτειῶν διδομένων, καὶ τοῦτο ἀναιρεῖται νῦν τῷ νόμῳ. Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ τῇ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεὰς οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς ὀλιγαρχίας ἔχοντες, μάλιστα δύνανται τιμᾶν· πλούσιον γὰρ, ὃν ἂν βούλωνται, παραχρῆμα ἐποίησαν· τῇ δὲ τιμῇ καὶ τῇ βεβαιότητι τὰς παρὰ τῶν Δήμων δωρεὰς εὑρήσετε οὔσας βελτίους. Τό τε γὰρ μὴ μετ' αἰσχύνης, ὡς κολακεύοντα, λαμβάνειν, ἀλλ' ἐν ἰσηγορίᾳ, δοκοῦντα ἄξιόν τινος εἶναι, τιμᾶσθαι τῶν καλῶν ἐστί· τό τε ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑκόντων θαυμάζεσθαι, τοῦ παρὰ τοῦ δεσπότου λαμβάνειν ὁτιοῦν, κρεῖττον εἶναι δοκεῖ. Παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις μείζων ἐστὶν ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος τῆς

dem eminentiore sensu usurpatur. Vide LAND.

Τῇ μὲν γὰρ χρείᾳ — δύνανται τιμᾶν] Postremam vocem nihili putans Markl. emendat νικᾶν, cui opinioni dicit favere verba, quæ sequantur, τὰς παρὰ τῶν Δήμων δωρεὰς οὔσας βελτίους. Ibi οὔσας βελτίους nihil aliud sonare quam νικώσας. Attamen hæc non favent, quod et Reisk. vidit. Τιμᾶν τινὰ est *aliquem donare*, seu *præmiis afficere qualibuscunque*, unde pari vi τιμὴ et δωρεά. Conf. §. β'. γ'. ιθ'. κς'. Sic illa, οἱ τύραννοι μάλιστα δύνανται τιμᾶν τῇ χρείᾳ τῶν εὑρισκομένων τὰς δωρεὰς, accipe: *Tyranni suos afficere valent majoribus præmiis, quam liberi Populi; majoribus, si respexeris emolumentum* eorum, *qui donantur:* τῇ χρείᾳ h. e. ὠφελείᾳ, λυσιτελείᾳ, κέρδει. Alio modo eadem efferri potuerant: αἱ παρὰ τῶν τυράννων τιμαί εἰσι μέγισται τῇ χρείᾳ etc. Nempe quod abundant opibus, et nutu suo omnia regunt, sibi addictis principes munera dare possunt lucrosiora, quam libera Civitas, cujus dona ad speciem quidem honoris splendida sunt, sed fere sine veritate emolumentorum. In animo hunc locum habuit Julian. Or. I. p. 81., ut docte ibi Petavius monuit. F. A. WOLF.

Ἐν ἰσηγορίᾳ] Notum est, ἰσηγορίαν esse liberorum Populorum, in quibus παντὸς πολίτου ἐστὶ τὸ προσελθεῖν τῷ Δήμῳ καὶ λόγου τυχεῖν, ut scribit Demosth. de Cor. §. ς'. Ideo frequenter junguntur ἰσηγορία et ἐλευθερία. IDEM.

Ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑκόντων θαυμάζεσθαι] At θαυμάζεσθαι qui aliter fiat, quam ὑφ' ἑκόντων? Scilicet verbo nunc inest notio τοῦ τιμᾶσθαι, quod in proclivi est videre. Ita §. κγ'. μήτε τιμῶντες, μήτε θαυμάζοντες. IDEM.

Παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις] H. e. τοῖς τυράννοις καὶ τοῖς τὰς ὀλιγαρχίας ἔχουσι. Nempe donorum, uti collatio, sic ademtio facilior

παρούσης χάριτος· παρὰ δ' ὑμῖν ἀδεῶς, ἃ ἂν λάβῃ τις, ἔχειν ὑπῆρξε, τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον. Ὁ τοίνυν τὴν πί- 462
στιν ἀφαιρῶν τῶν δωρεῶν, νόμος οὗτος, ᾧ μόνῳ κρείττους εἰσὶν αἱ παρ' ὑμῶν δωρεαὶ, τοῦτο ἀφαιρεῖται. Καίτοι τῶν ἁπασῶν ἡστινοσοῦν πολιτείας τὸ κομίζεσθαι τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι χάριν ἂν ἀφέλῃς, οὐ μικρὰν φυλακὴν αὐτῶν ταύτην ἀφῃρηκὼς ἔσῃ.

ζ'. Τάχα τοίνυν ἴσως ἐκεῖνο λέγειν ἂν ἐπιχειρήσειε Λεπτίνης, ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων, ὡς αἱ λειτουργίαι νῦν μὲν εἰς πένητας ἀνθρώπους ἔρχονται, ἐκ δὲ τοῦ νόμου τούτου λειτουργήσουσιν οἱ πλουσιώτατοι. Ἔστι δὲ τοῦτο, οὕτωσὶ

est, ubi unus imperat aut pauci; difficilior in Rebuspublicis, ubi res a multorum suffragiis pendent. Deinde τὸν γοῦν ἄλλον χρόνον h. e. τὸν παρελθόντα χρόνον, invidiose adjectum. Ita semper, ut puto, ὁ ἄλλος χρόνος de præterito, non de futuro tempore, ubi est ὁ λοιπός. Idem.

Καίτοι τῶν ἁπασῶν etc.] Cum in aliis Demosthenis orationibus multæ sunt verborum trajectiones a Latinitate nonnihil abhorrentes, tum vero in hac: quas omnes demonstrare si vellem, ne pueris solis hæc scribere potius, quam studiosos adolescentes admonere viderer, verendum esset. Sed quasdam tamen notare quid vetat? cum parum attentos, licet doctos, interdum levicula quædam decipiant. Sic igitur hæc ordina: καίτοι ἂν ἀφέλῃς πολιτείας ἡστινοσοῦν τῶν ἁπασῶν, τὸ κομίζεσθαι χάριν etc. Wolf. Trajectio non ita magna est; certe verba, τῶν ἁπασῶν, quippe in quibus summa sententiæ sit ac vis oppositionis, vix longius ab initio removeri poterant. Τὰ καθεστῶτα *status* est et *constitutio Reipublicæ, quæ obtinet.* Et qui h. l. sunt εὔνοι τοῖς καθεστῶσι, hos Isocrat. Areop. p. 211. dicit τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα τὴν καθεστῶσαν πολιτείαν. Jam ad illud καθεστώτων refer αὐτῶν. Vis pronominis ταύτην circumscribendo intelligetur: αὕτη μεγίστη ἐστὶ τῶν καθεστώτων φυλακὴ, δηλονότι τὸ τοὺς εὔνους τοῖς καθεστῶσι κομίζεσθαι χάριν· ταύτην δὴ φυλακὴν ἀφῃρηκὼς ἔσῃ. *Quanquam e qualibet civitate,* ne de solo populari statu dicam, *si illud institutum sustuleris, ut præmiis ornentur, qui sint præsentis status rerum tuendi studiosiores, ipso facto illius firmissimum præsidium sustuleris.* F. A. Wolf.

ζ'. Τάχα τοίνυν ἴσως] Ultima vox videri posset esse ex margine. τάχα enim est ἴσως, *forte.* Nihil tamen mutandum. Alibi enim pariter scribitur, adv. Midiam, pag. 576. 15. ed. R. τάχα τοίνυν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτ' ἐρεῖ, ὡς etc. Markland.

Τάχα ἴσως] Harum particularum idem valentium juncturа utique rarior est, at obvia tamen, quod propter Markl. moneo. Ut apud Nostrum de fals. leg. p. 382. ed. R. Aristoph. Thesm. 718. Vesp. 280. 284. Platon. Amator. p. 135. E. De Legg. IV. p. 704. A. Frequentior sane hic pleonasmus in similibus particulis, ut αὖθις αὖ, εὐθὺς παραχρῆμα, μετὰ ταῦτα ὕστερον, Lat. *deinde posteu, olim quondam* etc. etc. Conf. infra §. ιγ'. post med. F. A. Wolf.

Ἀπάγων ὑμᾶς ἀπὸ τούτων] Vulgaris fallacia rhetorum, τὸ ἀπάγειν ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως, Demosth. de fals. leg. p. 416. ed. R. Paullo gravius pro consilio suo Æschin. in Ctesiph. §. λδ'. post med. ἀπαγαγὼν ὑμᾶς ἄπωθεν ἀπὸ τοῦ κλέμματος. Quæ verba, nondum exputo, cur sollicitarit vir summus, Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 238. Posthac in verbis, ἐκ τοῦ νόμου τούτου, pronomen excidit apud Felic. et Man. Hinc forsan Wolf. maluit ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Quam recte, docebit §. κέ. et κς'., ubi majori jure requiri poterat ἑαυτοῦ. Quin ipsum τούτου auctor negligere potuisset, qui utatur sæpissime simplici νόμος de lege Leptinis. Conf. ad §. ά. et alia loca. Idem.

Ἐκ δὲ τοῦ νόμου τούτου] Ex Editt. Felician. et Manutiana, aberat τούτου. Unde conjecit Wolfius ἐκ δὲ τοῦ ἑαυτοῦ νόμου. Est tamen τούτου etiam in Vindob. Tayl.

Ἔστι δὲ τοῦτο οὕτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι λόγον τινὰ ἔχον] Ellipsis est in id genus locutione, hoc est, κατὰ τὸ ἀκοῦσαι, vel ἐν τῷ. cujusmodi multa collegit in Comment. Bud. *Ex edit.* Hervag.

Οὕτωσὶ μὲν ἀκοῦσαι] Nos vulgo: *wenn man es so hört, (when one so hears it, at first sight,)* ut οὕτως negligentius positum

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

εἰσὶ τούτου. Οὐκοῦν τούτων μὲν οὐδετέρων οὐδεὶς διὰ τὸν νόμον ἡμῖν προσέσται χορηγός. Ἀλλὰ, νὴ Δία, εἰς τὰς τῶν μετοίκων λειτουργίας εἰσποιεῖ πολλούς. Ἀλλ' ἐὰν δείξῃ [1] πέντε, ἐγὼ ληρεῖν ὁμολογῶ. Θήσω τοίνυν ἐγὼ μὴ [2] τοιοῦ- 463
τον εἶναι τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τῶν μετοίκων πλείονας ἢ τοσούτους, ἐὰν ὁ νόμος τεθῇ, τοὺς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι, καὶ τῶν πολιτῶν μηδένα ἐκ τριηραρχίας ὑπάρξειν ἀτελῆ. Σκεψώμεθα δὴ, τί τοῦτ' ἔσται τῇ πόλει, ἐὰν ἅπαντες οὗτοι λειτουργῶσι. Φανήσεται γὰρ οὐδὲ, πολλοῦ δεῖ, τῆς γενησομένης ἄξιον αἰσχύνης. Ὁρᾶτε δὲ οὑτωσί. Εἰσὶ τῶν ξένων ἀτελεῖς, δέκα θήσω· — καὶ, μὰ τοὺς θεοὺς, ὅπερ εἶπον ἀρτίως, οὐκ [3] οἶμαι πέντε εἶναι —· καὶ μὴν τῶν γε

[1] πέντε μόνους, ἐγὼ R. [2] ἢ *δὶς τοσούτους R. [3] οἴομαι R.

Οὐδεὶς — προσέσται χορηγὸς] *Ex neutro ordine ullus choragus proveniet.* Nannius. Male hic Wolfius: *neutri — vestras opes augebunt.* Nam, ut Demosthenes mox ostensurus est, sc. §. ή. οὐ κοινωνεῖ ταῖς δημοσίαις προσόδοις καὶ περιουσίαις ταῦτα τἀναλώματα οὐδέν. TAYLOR.

Ἐὰν δείξῃ πέντε]. Μόνους addit præter alios Ben., unde est in Lipsiensi, quæ editio non raro illius vitia repetit. A pluribus, scriptis et editis, melius abest id scholion, quod alibi quoque in scriptoribus vim sermonis fregit. Conf. ad §. ιζ'. F. A. WOLF.

Θήσω τοίνυν —] *Sit sane ita, ut Leptines vult: sit, ut aliter res habeat ac modo dixi,* (τοῦτο μὴ τοιοῦτον εἶναι,) *et lege perlata adsint plures quam quinque.* Hoc est πλείονας ἢ τοσούτους. Ad arbitrium suum, ut solet, Reisk. recepit ἢ δὶς τοσούτους, h. *decem*, plaudente Augerio, sed ne uno quidem codice addicente, nec sensu jubente, potius, si quid judico, adversante *progressione sententiarum*, quæ solennis figura est Oratorum. IDEM.

Τῶν μετοίκων] In plerisque Codd. [et in Editt. Ald. Herv. Ben. Wolf.] (deest autem in Felic. Manut. Lindenbr. Ital. et Reg. α.) τῶν μετοίκων εἶναι πλείονας ἢ τοσούτους — τοὺς ἀεὶ λειτουργοῦντας ἔσεσθαι. τῶν μετοίκων αὐτὸν εἶναι πλείονας, Ven. Ego profecto εἶναι veram lectionem esse arbitror, et retinendam loco τοῦ ἔσεσθαι, quod nonnulli allevere suis exemplaribus, propter ὑπάρξειν, quod sequitur. Vindob. deest εἶναι. TAYLOR. *Falsam* [lectionem] esse equidem contra jurarem, si juratis crederetur in re critica. F. A. WOLF.

Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Has voces includo parenthesi, *non sane, multum abest.* AUGER.

Οὐδὲ πολλοῦ δεῖ] Vulgo editores connectunt, ut aliis in locis multis, v. c. de Cherson. §. ί. Philipp. III. §. έ. IV. §. ή. De fals. leg. §. ιά. In Aristog. p. 795. ed. R., ubi semper vertendo peccat Wolf. Nec melius Reisk. explicat ellipsi verborum ἀλλὰ τοῦ παντὸς, *non deest multum, sed totum.* Falso. Intervallum pronunciandi post οὐδὲ fieri oportere, docet alia formula negandi ubique obvia, οὐδὲ ὀλίγου δεῖ, nec minus dictio gravior, οὐκ ἔστι ταῦτα, πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. In quibus πόθεν est, quod dicimus, *nihil minus.* Vid. Demosth. de Cor. §. ιέ. ιϛ'. μϛ'. et conf. Hemsterh. ad Lucian. Timon. p. 115. Neque abludit locutio οὐδ' ἐγγὺς, de qua vid. in Plat. Sympos. XX. 4. Totam sententiam nostram vertes: *Patebit, id emolumentum* (nam τί τοῦτ' ἔσται est pro τί τοῦτο πλέον ἔσται;) *neutiquam tale tantumque esse, ut dedecus inde ad nos redundaturum æquo animo perferre possimus.* F. A. WOLF.

Εἰσὶ τῶν ξένων] H. e. Τῶν μετοίκων. Docent hoc verba ὅπερ εἶπον ἀρτίως. Conf. Prolegom. Καὶ — εἶναι interjectam enunciationem esse, voce signandum, uti fecimus scriptura. Et sic alibi quoque καὶ legitur ἐν παρενθέσει, pro καίτοι, *at, quanquam.* Qui καίτοι reposuit, Markland, debuit idem facere infra §. κβ'. et de Cherson. §. ή. et in Aristocrat. p. 635. ed. R. et multo sæpius. IDEM.

Καὶ, μὰ τοὺς θεοὺς] Legendum (καίτοι, μὰ τοὺς — πέντε εἶναι·) per parenthesin. MARKLAND.

Τῶν γε πολιτῶν] Vocabulo civium

πολιτῶν οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ· οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἑκκαίδεκα. [1]Ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν· εἰ δὲ βούλεσθε, τριάκοντα. Πόσοι δήποτ' εἰσὶν οἱ κατ' ἐνιαυτὸν τὰς ἐγκυκλίους λειτουργίας λειτουργοῦντες [2]ἡμῖν, χορηγοὶ καὶ γυμνασίαρχοι καὶ ἑστιάτορες; Ἑξήκοντα ἴσως, ἢ μικρῷ πλείους σύμπαντες οὗτοι. Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι [3]ἢ πλείους παρὰ πάντα τὸν χρόνον λειτουργήσωσιν ἡμῖν, τοὺς ἅπαντας [4]ἀπίστους πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν; Ἀλλ' ἴσμεν ἐκεῖνο

[1] ποιήσομεν T. [2] ὑμῖν R. [3] Deest ἢ. R. [4] ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς T.

nunc non continentur ii, quos trierarchiæ functio solvebat ordinariis muneribus. Mihi certe id prope exploratum est, et Augerium, alia nos docentem, a vero aberrare puto. Quod deinde Marklando in suspicionem venerunt proxima, οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ, quum dubitaret, an Græce ita loqui liceret, forsan ego non assequor Critici acumen; at illud vix dubitem, vel sine exemplis. Ergo opus non arbitror correctione τάχ' εἰσὶ, *fortasse sunt quinque vel sex.* Tum huic conjecturæ, et alteri ejusdem, quam proxime laudavi, repugnat Aristides, vulgata citans in Arte p. 465. F. A. Wolf.

Οὐκ εἰσὶ πέντε, ἢ ἕξ] Opinor, τάχ' εἰσὶ, *forte sunt quinque, vel sex.* quod aliter efferri potuit: *non sunt plures, quam* (vel, *non sunt nisi*) *quinque, vel sex.* Num vero aliquis ita loquitur: *non sunt quinque, vel sex?* Non credam, sine exemplis. Markland.

Τὰς ἐγκυκλίους] Ἐγκύκλιοι λειτουργίαι sunt statæ et certæ: εἰσφοραὶ καὶ τριηραρχίαι non item. χορηγοὶ sunt Ædiles, qui saltatoribus et cantoribus sumtum: γυμνασίαρχοι, qui oleum palæstræ: ἑστιάτορες, qui epulum tribui præbent. Aphthonii Enarrator ait: Χορηγία, ἡ ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἐν ἑορταῖς. Εἰσφορὰ, ἡ ἐξ ἐπιταγῆς ἑτέρου, καὶ ἐν πολέμοις. Wolf. Male Enarrator iste, χορηγία ἐκ προαιρέσεως, uti confestim deprehendebat Wolfius. Nam, ut ait, ni esset ἐξ ἐπιταγῆς, cur ejus data fuisset Immunitas? Taylor.

Λειτουργοῦντες ἡμῖν] Plerique omnes ὑμῖν, etiam editor novissimus. Sequentibus λειτουργήσωσιν ἡμῖν aptius est, quod dedi cum Wolf. et Tayl., etsi hi cum reliquis paullo post quoque πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς inculcant. Conf. ad §. ζ'. F. A. Wolf.

Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους] Dicit ἢ πλείους, ut modo dixit ἢ μικρῷ πλείους. Id vero apertum est, nunc subaudiri, *præter eos, qui adhuc liturgias curaverunt;* quibus tamen verbis expressis in hac quidem sententia opus non erat. Pari modo §. ἡ. ad fin. est ἕνα χορηγὸν, ut interpreteris *unum choragum novum.* Ratio fefellit Reiskium, quum ex Aug. 1. suo arriperet ἄνθρωποι πλείους, ejecto ἢ. Nec verior ejusdem conjectura, λειτουργήσωσιν ἢ νῦν, pro λειτουργήσωσιν ἡμῖν. Idem.

Παρὰ πάντα τὸν χρόνον] Hæc, fuit, quum de luxatura viderentur mihi suspecta et ordinanda tali modo: Ἵνα οὖν τριάκοντα ἄνθρωποι ἢ πλείους λειτουργήσωσιν ἡμῖν, (n. in singulos annos,) τοὺς ἅπαντας παρὰ πάντα τὸν χρόνον (*in omne tempus*) ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν; Quod erat sententiam pervertere. Auctor hoc dicit: *Qui nobis catalogo* τῶν λειτουργούντων *novi addi possunt lege Leptinis, ii primum tantum triginta admodum sunt; tum ne hos quidem triginta in singulos lucramur annos, sed universe in omne tempus. Tantulum est lucrum! Atque id ut faciamus, fidem nostrum apud omnes gentes periclitabimur?* Igitur voce sunt acuenda παρὰ πάντα τὸν χρόνον, et oppositio quærenda in τριάκοντα ἄνθρωποι et in τοὺς ἅπαντας. Sic lector sibi facile cavebit ab errore meo. Idem.

Ἀπίστους] F. ἀπίστως, sicut ὑπόπτως ἔχει πρός τινα. et sic Obsop. Wolf. Ita etiam Ven. Ital. et Reg. ζ. item Vindob. Rectius quoque ἡμᾶς αὐτοὺς, ut Manut. Bodl. Reg. α. Vind. Cant. et versio Italica. Taylor.

Ἀπίστως πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαθῶμεν] Vulgo ἀπίστους πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς male propagarunt usque ad Reisk., et ἀπίστους in Apsine quoque est p. 698. Verissimam mutationem præstant plures MSS. Nec isto sensu aliter ponitur διατιθέναι, quam adverbio junctum, ut construi etiam solent διατίθεσθαι, διακεῖσθαι, et ἔχειν. Adjectivo si uti voluisset Demosthenes, scripsisse debuit ἀπίστους καταστῶμεν. Non adversantur his ea, quæ docet Hemsterh. ad Lucian. Nigrin. p. 80. F. A. Wolf.

δήπου, ὅτι λειτουργήσουσι μὲν, ἄνωερ ἡ πόλις ᾖ, πολλοὶ, καὶ οὐκ ἐπιλείψουσιν· εὖ δὲ ποιεῖν ἡμᾶς οὐδεὶς ἐθελήσει, τοὺς πρότερον ποιήσαντας ἐὰν ἠδικημένους ἴδῃ. Εἶεν! Εἰ δὲ δὴ τὰ μάλιστα ἐπέλιπον οἱ χορηγεῖν οἷοί τε, πρὸς Διὸς, πότερον κρεῖττον ἦν εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας, ὥςπερ τὰς τριηραρχίας, ἢ τοὺς εὐεργέτας ἀφελέσθαι τὰ δοθέντα; ἐγὼ μὲν ἐκεῖνο [1] οἶμαι. Νῦν μέν γε, τὸν χρόνον ὃν ἂν τούτων ἕκαστος λειτουργῇ, δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν αὐτοῖς μόνον, μετὰ ταῦτα δὲ οὐδὲν ἔλαττον ἕκαστος αὐτῶν ἀναλώσει· τότε δ' ἄν, μικρᾶς συντελείας ἀπὸ τῶν ὑπαρχόν- 464

[1] οἴομαι R.

Οἷοί τε] F. A. ὄντες. Wolf.

Εἰς συντέλειαν] Nannius: *ad contributionem scenicæ impensæ consociari multos.* Ergo etiam χορηγία fuit ἐξ ἐπιταγῆς. Quid ni esset, cur ejus data fuisset immunitas? Idem.

Εἰς συντέλειαν ἀγαγεῖν τὰς χορηγίας] Quid hoc rei sit, intelligetur ex iis, quæ de trierarchia prædiximus in Prolegomenis. F. A. Wolf.

Αὐτοῖς μόνον] Sine sensu αὐτοῖς. Lego: τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον, *vacationem solummodo annuum:* nam supra dixerat §. δ'. ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ, *singuli altero quoque anno* hæc *munera obeunt.* Est vero Antiptosis, τὸν χρόνον ὃν, pro ὁ χρόνος ὃν, et Constructio est: ὁ χρόνος, ὃν τὸν χρόνον ἕκαστος τούτων λειτουργῇ ἄν, δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἔτους μόνον. Exemplum par habes 1 Cor. x. 16. τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν· et plura vide apud Cl. Taylorum in Indic. Attic. ad Lysiam, v. Antiptosis. Nannius videtur legisse ἄλλοις pro αὐτοῖς, sed et sic vox ἔτους vel ἐνιαυτοῦ adhuc deerit: τούτων ἕκαστος δίδωσι τὴν ἀνάπαυσιν ἄλλοις ἔτους μόνον. Cæterum τούτων est τῶν λειτουργούντων, idem quod τῶν χορηγῶν. Intellige νῦν μέν γε, *ut nunc* se res *habet:* et τότε δὲ, *in altero vero casu,* id est, si per Collationem res gereretur. Markland. *Aliis vacationem præbet.* Nannius. Τούτων refertur ad eos qui nunc immunitate gaudent, et tunc non gauderent per legem Leptinis. — αὐτοῖς et αὐτῶν refertur ad eos qui immunitatibus non donati sunt. — δίδωσι, nempe, Leptinea lex. Auger.

Νῦν μέν γε — κεκτημένος ἦν] Impeditior periodos culpa auctoris ipsius, ni fallor. Respondent sibi primum νῦν μὲν, h. *ex mente Leptinis,* et τότε δὲ, *si mea ratio placuerit, ut choragiæ fiant per collationem* seu *contributionem:* tum rursus τὸν χρόνον ὃν ἂν, h. τέως ἕως ἂν, *quamdiu,* et μετὰ ταῦτα, h. *peracta functione.* Sic non cogimur cum Markl. accipere τὸν χρόνον ὃν ἂν — δίδωσι, quasi dictum ὁ χρόνος, ὃν ἂν —, δίδωσι, ac verbo δίδωσι multo aptius subjectum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ quærendum est, *lex Leptinis.* Neque temere omnino ad istam figuram antiptoseos confugiendum est, licet non infrequentem in optimis auctoribus. Vide VV. DD. laudatos a Dorvill. ad Charit. p. 593. Porro τούτων ἕκαστος, *quisque eorum,* quos, *antea immunes, nunc lex ista cogit, ut muneribus fungantur, in posterum.* Hactenus satis ciarum est τούτων, quippe quod redeat ad proximum εὐεργέτας. At αὐτοῖς et αὐτῶν sane obscurius posita sunt *de his,* quos *quum semper adhuc functio munerum onerasset, eo onere nunc levatos vult Leptines.* Conf. §. ζ'. et ἡ. Itaque loci sententia hæc exsistit: *Si vere deficiant cives obeundis muneribus publicis pares, præstare equidem crediderim, rem per contributionem fieri. Hoc modo parva impensa ad unumquemque perveniet, nec se quisquam nimis oneratum queri poterit; contra e Leptinis lege et ratione, quamtumvis ea omnibus oneris levamentum promittat, ii tamen,* quos *vult levatos, nonnisi tamdiu vacatione fruentur, quamdiu hi,* quos *novos nunc addemus, in functione erunt, post id tempus ipsi sumtum facturi nihilo minorem* quam *antea.* Sic videor verum sensum loci constituisse, ex parte adjutus a Reiskio. Oratorem autem veritate hic niti, nonnihil dubitem. Multum interest, in annos singulos, an tertio quintove quoque anno sumtus erogare coganur. Verum id video, sententiam prorsus perimi et a Marklando, qui αὐτοῖς mutabat in ἔτους, ad hoc confirmandum abusus §. δ'., et multo magis lectione seu conjectura Marg. Ben. ἕκαστος οὐ λειτουργῇ. Idem.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

τας πιστεύεσθαι, μεῖζόν ἐστι τὸ τῆς πίστεως ὑπάρχον ἡμῖν. Εἰ δέ τις οἴεται δεῖν, ὅτι χρήματα οὐκ ἔχομεν, μηδὲ δόξαν ἔχειν ἡμᾶς χρηστὴν, οὐ καλῶς φρονεῖ. Ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι τοῖς θεοῖς, μάλιστα μὲν ἡμῖν καὶ χρήματα πολλὰ γενέσθαι· εἰ δὲ μὴ, τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν. Φέρε δὴ, καὶ τὰς εὐπορίας, ἃς ἀναπαυομένους τινὰς εὐπορήσειν οὗτοι φήσουσιν, εἰς μέσον ὑμῖν [1]γιγνομένας δείξω. Ἴστε γὰρ δήπου [2]τοῦθ', ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς, οὐδὲ τῶν εἰσφορῶν τῶν εἰς τὸν πόλεμον. Οὐκοῦν ὁ πολλὰ κεκτημένος οὗτος, ὅστις ἂν ᾖ, 465

[1] γινομένας T. R. [2] Deest τοῦθ'. T.

tat Atticus, qui νυνὶ in uno *præsente tempore* ponit, quum νῦν trium sit temporum. Vere hoc ex Heraclide docuerunt Etymol. M. p. 608. et Eustath. ad Odyss. Σ. p. 1840. Scribemusne igitur, particula expuncta, τουτωνὶ τῇ πόλει? an in ea latet ἡμῖν, ut sæpe conjungitur ἡ πόλις ἡμῖν pro ἡ πόλις ἡμῶν, dativo genitivi locum tenente? Quidquid erit, videtur textus vitium traxisse, et id quidem antiquum. Ceterum ad rem addi hic poterat: Χρήματα μὲν γάρ ἐστι κτήσασθαι· δόξαν δὲ χρημάτων οὐ ῥᾴδιον πρίασθαι. Assignatur hæc sententia Demostheni in Stobæi Serm. IX. p. 104., sed nusquam ita in nostris Orationibus lecta. F. A. Wolf.

Τό γε πιστοῖς εἶναι καὶ βεβαίοις δοκεῖν διαμένειν] Ut dativorum causa appareat, jungenda hæc sunt cum verbis γενέσθαι ἡμῖν, tacite repetitis, non cum εὔχομαι τοῖς θεοῖς. Numeri causa εἶναι superadditum videtur. Quod in Pan. pro δοκεῖν διαμένειν Obsop. notat legi διαμεῖναι, posterius hoc habent etiam Par. 1. Aug. 1. Verum male omitteretur δοκεῖν, quod primarium est ad sententiam. Idem.

Τὰς εὐπορίας κ. τ. λ.] Nannius vertit: *opulentias*, quas *exonerati aliorum* successione *paraturi* sunt. Male, ut videtur. Taylor.

Εἰς μέσον ὑμῖν γινομένας] Ὑμᾶς ὠφελεῖν κοινῇ. Obsopœus εἰς δέον ὑμῖν, *nobis opportunum et commodum* id esse. Wolf. *Has ipsas demonstremus in commodum* cedere *reip.* Wolfius MSS. lectionem sequitur, εἰς δέον ὑμῖν γινομένας δείξω. Nam ita scribitur in Lindenbr. Obsop. Ven. Bodi. Vindob. Paris. α. η. Ital. et MSS. Felician. Et recte. Ita Versio Italica: *Ma io intendo oltre a cio di volervi mostrare, che ancor le richezze, le quali costor dicono che havranno alcuni che saranno esenti, sono in vostro servigio.* Nam statim sequitur, *salutem Reip. poni maximum in Triremibus et apparatu bellico, non in spectaculis, oculorumque delectamentis.* Qui autem *plura in istum usum conferat, necesse est, eum Reip. plurimum prodesse.* Res ipsa loquitur. *In medium prolatas:* Nannius. Taylor.

Φέρε δὴ, καὶ τὰς εὐπορίας — ] *Age vero, quæ privatæ opes illorum, immunitate partæ, adversariis nostris tam molestæ sunt, eas in commodum Reipublicæ cedere demonstrabo. Oritur inde*, inquit, *utilitas, collata in medium*, (εἰς μέσον,) ut et Latinus sermo imitatur. MSS. magno numero εἰς δέον, quod affinis est potestatis, at minime ejus, quæ h. l. postulatur. Discas id ex §. ιά. Igitur ut ferri fortasse ea lectio possit, non ita rem ipsam audio pro ea loquentem, ut Taylorus; maluique surdaster videri, quam bonam omnium editorum lectionem doserete. At εὐπορήσειν, mirabar interdum, a nomine adhuc mutatum esse in εὐπορῆσαι. Nunc et hoc video bene habere, et futuro Oratorem callide usum, quasi metus ille adversariorum *in præsens quidem* vanus esset. Similiter leni verbo, ἀναπανομένους, reddit id, quod prius ex aliena persona gravius dixerat, ἀτελείας ἐπειλημμένοι. F. A. Wolf.

Ἴστε γὰρ δήπου] Sine τοῦτο, dant plerique omnes. Ex Par. 1. 5. 7. Aug. 1. et Bav. illud Reiskius injecit. Non male; quod facile absorberi potuit a voce præcedente, et abunde adest exemplorum pronominis hujus sic adjecti. Idem.

Ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς] Intellige οὐδεὶς τῶν τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένων, *nemo ex ditioribus.* Hoc vero, nemini immunitatem a trierarchia concedi, tam sæpe videtur inculcatum, ut pateret, quamvis multi divites liberati a reliquis oneribus essent Populi beneficio, eos satis superque premi sumtibus in bellum faciendis. Idem.

πολλὰ εἰς ταῦτα συντελεῖ, πᾶσα ἀνάγκη. Καὶ μὴν ὅτι δεῖ τὴν εὐπορίαν εἰς ταῦτα ὑπάρχειν πλείστην τῇ πόλει, πάντες ἂν ὁμολογήσειαν. Παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν χορηγιῶν δαπάνας μικρὸν ἡμέρας μέρος ἡ χάρις τοῖς θεωμένοις ἡμῶν ἐστί· παρὰ δὲ τὰς τῶν εἰς τὸν πόλεμον παρασκευῶν ἀφθονίας πάντα τὸν χρόνον ἡ σωτηρία πάσῃ τῇ πόλει. Ὥςθ', ὅσον ἐνθάδε ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε· καὶ δίδοτε ἐν τιμῆς μέρει ταῦτα, ἃ καὶ μὴ λαβοῦσίν ἐστιν ἔχειν τοῖς τοῦ τριηραρχεῖν ἄξια κεκτημένοις. Ἀλλὰ μὴν, ὅτι τῶν τριηραρχιῶν οὐδεὶς ἔστ' ἀτελὴς, [1] οἶμαι μὲν ὑμᾶς εἰδέναι πάντας· ὅμως δὲ καὶ τὸν νόμον ὑμῖν αὐτὸν ἀναγνώσεται. Λάβε τὸν περὶ τῶν τριηραρχιῶν νόμον, καὶ λέγε [2] τοῦτο αὐτοῖς. Λέγε!

## ΝΟΜΟΣ.

Ἀτελῆ δὲ μηδένα εἶναι τριηραρχίας, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων.

Ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μηδένα εἶναι

[1] οἴομαι R. [2] τοῦτον T.

Πολλὰ εἰς ταῦτα] H. e. *in ea omnia, quorum usus et necessitas est in bello.* Πᾶσα ἀνάγκη hic adverbialiter positum est, διαβεβαιωτικῶς. Idem.

Πᾶσα ἀνάγκη] Οὐχ οἷόν τ' ἄλλως γενέσθαι. τὸ πᾶσα ἀνάγκη absolute καὶ διαβεβαιωτικῶς subjicitur. Alias dicendum fuisset: τὸν πολλὰ κεκτημένον πολλὰ συντελεῖν πᾶσα ἀνάγκη. Wolf.

Παρὰ μὲν γὰρ τὰς ἐπὶ τῶν —] En iterum exemplum antitheti seu contrapositi, qua figura Noster uti scit tam efficaciter. In τοῖς θεωμένοις ἡμῶν cogitabis, non omnes Athenis ivisse spectatum ludos scenicos et gymnicos. Ad sententiam autem compares Lycurg. in Leocrat. p. 233. F. A. Wolf.

Ὅσον ἐνθάδε ἀφίετε, ἐκεῖ κομίζεσθε] Nimirum ἐνθάδε, ἐν ταῖς χορηγίαις. Ἐκεῖ, ἐν ταῖς τριηραρχίαις καὶ ταῖς εἰσφοραῖς. Quidquid pecuniæ divites necesse non habent choris impendere, id ad Remp. conferre poterunt in obeundis muneribus bellicis. Idem.

Ἀναγνώσεται —] Int. ὁ γραμματεὺς, qui Oratoribus semper præsto erat in foro judiciisque, ut illorum jussu publicas tabulas et instrumenta causarum quævis recitaret. Inde perpetua hæc ellipsis. Idem.

Λέγε τοῦτο αὐτοῖς] Vulgant ubique τοῦτον αὐτοῖς, quod meritissimo Reiskium offendit, quem in refingendo hio secutus sum. Jam τοῦτο est *pars legis ea*, cujus *usus nunc quam maxime esse debuit*, quam partem cogitari licet scribæ ab Oratore digito indicatam. Certe nihil necesse erat recitari totam legem de trierarchiis, præsertim si longior esset et multorum capitum, ut pæne suspicor. Correctionem firmat Aug. 1., cujus lectio nescio an tota præferri debuerit: Λέγε τοῦτο αὐτό. Νόμος. Ἀτελῆ μηδένα εἶναι κ. τ. λ. Omnino conf. Or. Nostri de fals. leg. §. ιδ'. ibique Tayl. et in Aristocr. p. 650. ed. R. Id tamen dubitari potest, an legis verba ita sint ab ipso auctore adscripta. Abruptiora ea sunt, et plane tali specie, quam annotata lectorum habere solent; et quod δὲ omittitur in Aug. 1., id a correctore esse dixeris, sicut alia sunt ejusdem codicis. Omnino factum videtur mihi sæpius, ut in locis, ubi deessent scita, leges, aliæve literæ publicæ, sicunde nota essent, aut ex ipsa Oratione suppleri possent, a doctis lectoribus insererentur. Pro tali habuerim etiam fragmentum oraculi ap. Æschinem in Ctesiph. §. λς'. fin. Quo in loco, [§. λή.] ut hoc addam, gravius adhuc mendum hæret in verbis: ἐπὶ Θεοφράστου

τριηραρχίας ἀτελῆ, διείρηκεν ὁ νόμος, πλὴν τῶν ἐννέα [1] ἀρχόντων· Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν, ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον· οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν, εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι, καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν. Τίνα οὖν ῥαστώνην τοῖς πολλοῖς ὁ σὸς, ὦ Λεπτίνη, ποιήσει

[1] ἀρχόντων; Τ.

ἄρχοντος, Πυλαγόρας ὑμεῖς εἵλεσθε Μειδίαν τε ἐκεῖνον, τὸν Ἀναγυράσιον — καὶ Θρασυκλέα, τὸν Λέσβιον. Postremum nomen pro gentili esse, vix bene probetur ne ex iis quidem, quæ a Platone Ion. extr., Demosthene Philipp. I. §. ί. seq. et aliis narrantur. Nec magis placet emendatio Reiskii, τὸν Λεσβίου. Exspectatur non patris nomen, sed demi, judice etiam Marklando. Scribendum igitur, τὸν Λέκκιον. Hesychius: Λέκκον, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. Conf. Sponii Indicem demorum p. 432. Conjectura est ex eodem genere, unde illa est Valesii et Corsini in Or. de Cor. §. κγ'. in posterum recipienda, Εὔβουλος, Μνησιθέου, Κυθήριος, pro Κύπριος. Idem.

Διείρηκεν ὁ νόμος] *Lex* diserte, *clare* dicit, λέγει διαῤῥήδην. Particula hæc quum usitatissima sit, verbum ejusdem familiæ, διείρηκα, rarius occurrit, vulgo ne in Lexica quidem relatum. Præ ceteris delectatur eo Judæus Philo, ut de mund. opif. T. 1. p. 28. Quod det. pot. insid. p. 194. et 201. De sept. et fest. dieb. T. 2. p. 28. ed. Mang. et alibi. Idem.

Τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν] Addi vult Reisk. δοκεῖν. *Quam ut censeantur possidere tantum, ut trierarchiam gerere debeant.* Satis erit, talia lasciviæ criticæ exempla, quas iste emendationes vocat, simpliciter apponere, ne se forte ulla bona re a me frustratos doleant, qui priorum editorum opibus carent. Si quas autem conjecturas sic transmittam, eas tales esse deputo, quæ ne cujusquam postea animum tentent, plane nihil periculi esse videatur. Idem.

Τίνα οὖν ῥαστώνην τοῖς πολλοῖς — ] Leptines rogationem suam apud Populum hac specie commendaverat, quod nimia adhuc in concedenda immunitate facilitas damnum dedisset plurimis, ad liturgias curandas adactis vice immunium, et plerumque ditiorum; nec mirum est, si ostenderat, multum levamenti sua lege allatum iri τοῖς πολλοῖς, h. e. *multitudini.* Nam sic optimi auctores Latinitatis reddunt τοὺς πολλοὺς, quibus vocibus Oratores populum designant sine ullo contemtu, exceptis tamen civibus vel majoris in Civitate auctoritatis, vel beatioribus. Non minor autem h. l. nos moratur difficultas, quam illa erat §. ζ'. in fin. in verbis, quorum sententiam in re summa noster hic locus sequitur. Omnino quidem id apertum est, hanc Demosthenis esse mentem: *Tribubus singulis* (decem tum Athenis erant) *vel etiam binis tantummodo unus per legem Leptineam choragus accedere potest, isque unus adjectus rursus unum ex iis, qui liturgias adhuc obierunt, onere et impensis liberabit. Jam si Civitas haud amplius quinque, summum decem novos, choragos lucrabitur, quid, quæso, in ista lege, tantum levamenti paratum est universo Populo?* Hactenus quidem, inquam, de sententia satis constat. Sed aliis rebus adhuc opus est ad sensum loci interiorem recludendum. Nam primum obscurius est, χορηγὸς nunc quoque latius sumatur, an augustius; tum nostro loco idem subsit calculus, qui erat §. ζ'. ad med. an alius novus: quin id ipsum ambigi potest, cives soli nunc intelligendi sint, an simul μέτοικοι. Ne multa; ex omnibus, quæ mihi locum sæpius pensitanti consentanea visa sunt, hæc arbitror tenenda esse, ut veri similiora. Primum vix dubium est, Oratorem nunc de quinque aut decem novis choragis dicentem in superiore calculo suo perstare. Nam quoniam illic de XVI. novis per Leptinem accessuris dixit, in his autem V. aut VI. cives numeravit; tum, quum XXX. ad summum concedit accedere posse, proportio suadet, ut cives fere X. et μετοίκους XX. in illo numero haberi statuamus. Hanc autem rationem Orator quum modo ipse posuerit, eam et nunc sequi etiam debuisse videri potest. Deinde ipsa mentione tribuum probabile fit, hoc quoque loco de solis civibus sermonem esse. Quid enim tribus ad μετοίκους? Jam simul hinc per se consequitur, χορηγὸν denuo latiore sensu eodem, quo superius, accipi debere. Qui melius rem extricare potuerit, eum equidem libenter audiam. Nunc uni Augerio video partem difficultatis suboluisse, qui in animadversione annotat, *ex Oratoris ratione supra*

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

τῶν, μήτε τῶν ἰσοτελῶν, μήτε τῶν ξένων εἶναι ἀτελῆ· μὴ [1]διῃρῆσθαι δὲ, ὅτου ἀτελῆ, χορηγίας, [2]ἢ τίνος ἄλλου τέλους, ἀλλ' ἁπλῶς [3]ἀτελῆ μηδένα, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· [4]καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα πάντας [5]περιλαμβάνειν τοὺς ἄλλους, ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ [6]διορίζειν τῶν οἰκούντων Ἀθήνῃσιν· ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα, τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, τὴν δωρεὰν, ἣν ὑμεῖς ἔδοτε αὐτοῖς. Ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος, τῇ δὲ παρ' ὑμῶν ποιήσει πολίτης· κατ' οὐδέτερον δ' αὐτῷ τὴν ἀτέλειαν ἔστ' ἔχειν ἐκ τούτου τοῦ νόμου. Καίτοι τῶν μὲν ἄλλων εὐεργετῶν χρόνον τινὰ ἕκαστος ὑμῖν χρήσιμον ἑαυτὸν παρέσχεν· οὗτος δ', ἂν σκοπῆτε, φανήσεται συνεχῶς ἡμᾶς εὖ ποιῶν·

[1] διειρῆσθαι T. [2] ἤτινος T. [3] Deest ἀτελῆ. T. [4] Deest καί. R. [5] περιλαμβάνει R. [6] *διορίζων R.

vis primum orsa, mox ad activa delabitur, cujusmodi exempla ubivis quamlibet multa reperias. Lectio autem διῃρῆσθαι pro vulgari διειρῆσθαι, cujus vis ante explicata nunc minus convenit, confirmatur ab Ulp. Ital. Bodl. Aug. 1. Marg. Ben. consensuque Dorvillii ad Chariton. p. 595. [L. VII. VI. 125. 19.] et Reiskii, qui recepit. Sed pessime idem in reliquis versatus, post Ἀριστογείτονος abjecit καὶ, ac statim περιλαμβάνει posuit et διορίζων. Postremum hoc de suo, reliqua ex Bodl. Adeo interdum mancipium putidi codicis est vir alias tam ingeniosus. F. A. Wolf.

Ἁπλῶς μηδένα] Plenius olim edebatur, et confirmant etiam Codd. ἀλλ' ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα. ἀλλ' ὡς ἁπλῶς ἀτελῆ μηδένα. Vindob. Taylor.

Καὶ ἐν μὲν τῷ etc.] Sequior est lectio Bodl. ἐν μὲν τῷ μηδένα, πάντας περιλαμβάνει τοὺς ἄλλους, sine καὶ in principio. Juxta quam lectionem videtur Wolfius interpretari. Tu vide structuram: διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν τῷ νόμῳ — μὴ διειρῆσθαι δὲ — καὶ ἐν μὲν τῷ μηδένα, περιλαμβάνειν — ἐν δὲ τῷ τῶν ξένων μὴ διορίζειν — ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα. Eousque hæret sententia, neque citius, ut volunt isti, inflectitur. Idem.

Ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα, τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου —] De improviso inducitur princeps, cujus injuria, quam lex Leptinis habet, gravissimum telum est, quo artificiose Noster in prima statim acie utitur. Leuco in ditione Bospori Cimmerii patri Satyro successerat Olymp. 96, 4., regnavit autem usque ad Olymp. 106, 4., quo anno filius Spartacus imperium accepit. Leuconem hunc omnium tyrannorum Bosporanorum nobilissimum et felicitas sua et prudentia fecit, laudatusque etiam impense est a Chrysippo Stoico. Vide Diodorum XIV. 93. unde de ratione temporum constat, Strabonem VII. p. 461. et 478. Polyæn. VI. 9., aliosque, quorum loca conduxerunt Perizon. ad Ælian. V. H. VI. 13. et Wesseling. ad Diodori l. c. Duo addi merentur, unus Dionis Chrysost. Or. II. de Regno p. 101. ed. Reisk., alter Nonni seu Maximi in Comment. ad Gregor. Naz. Or. in Julian. princ., quem apponam. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι πολλάκις καὶ εὐεργετῶν εὐεργεσίαι ἐν ταῖς στήλαις ἀνεγράφοντο, ὥσπερ ἡ τοῦ Λεύκωνος, τοῦ ἄρχοντος Βοσπόρου, ἀνεγράφη ἐν Ἀθήναις. F. A. Wolf.

Ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος] Alio ordine hæc exhibet Aug. 1. Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος. Rem non monerem, nisi sæpe Lipsiensis editor in transponendis vocabulis hunc codicem secutus esset. Etenim mihi ex omnibus ejus generis exemplis aliisque minime dubium est, quin sæpius is codex scioli alicujus manum emendatricem senserit. Hoc loco vulgatum verborum ordinem tuetur Priscian. XVIII. p. 1169. Putsch. Idem.

Τῇ παρ' ὑμῶν ποιήσει πολίτης] Ut Græci dicunt ποιεῖν πολίτην τινὰ, sic in eodem genere sunt ποίησις, ποιητὸς, δημοποίητος,

καὶ ταῦτα, ὧν μάλιστα ἡμῶν ἡ πόλις δεῖται. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Πρὸς τοίνυν ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστίν. Εἰκότως· οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ τὸν τόπον τοῦτον σῖτον ἔχειν πλεῖστον τοῦτο γίγνεται, ἀλλὰ καὶ

de peregrinis, qui adsciscuntur in numerum civium. Idem.

Καὶ ταῦτα, ὧν μάλιστα ἡμῶν ἡ πόλις δεῖται] Bene Wolfius: *et ejus generis beneficia, quæ Reip. maxime sunt necessaria.* Καὶ h. l. est *et quidem*, ac ταῦτα pro κατὰ ταῦτα, itaque non, ut alias dicitur, καὶ ταῦτα, *præsertim.* Reisk. mavult καὶ ταῦτ', ἀφ' ὧν, quod ipse explicat ἀπὸ τούτων, ὧν. Vix alius intellexisset. Idem.

Πρὸς τοίνυν ἅπαντα] Ἔστι πρὸς ἅπαντα, ἀντὶ τοῦ συγκρίνεσθαι δύναται πρὸς ἅπαντα. Neque necesse est mutare in ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἷς, πλείων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα, parum commoda constructione. Wolf. Pro εἰσπλέων Bodl. et Cant. εἰς πλέον. Lambinus legit εἷς πλείων. Recte Interpres Italicus: *E' l grano che vien de Ponto è quanto tutto quel che vien da gli altri mercati.* Taylor. Recte. εἰσπλεῖν dicuntur merces, quæ *navibus* importantur. Lysias Orat. in Diogit. vocat hoc φοιτᾷν, de *frumento* pariter; et ita Xenophon Hist. Græc. lib. 1. pag. 432. Non opus igitur lectione ista εἰς πλέον, neque Lambini εἷς πλείων. et dubito, an πλείων πρὸς ἅπαντα Græcum sit. Supra, §. ή. fin. scribe τοῖςδε pro τοῖς δέ. Markland.

Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι —] Locus hic de re frumentaria Atheniensium classicus, ut quo graviorem omnino non habeamus, imprimis dignus est, qui deinceps accuratius illustretur. Jam Athenas, quamvis frugum inventione olim tam nobiles, satis constat, posteriore tempore florentis Reipublicæ nullo prope alio frumento usas esse, quam advecticio; idque jam belli Persici temporibus factum ex Herodoto scimus. Deinde aucta frequentia incolarum, quum solum Atticæ, minus per se ferax, quippe λεπτόγεων et κριθοφόρον, tantæ multitudini alendæ non sufficeret, illud longe etiam magis factum, scriptores nostro suppares, quos postea auctores dabo, docent. Petebatur autem frumentum maxime e Ponto, unde *quotannis* Athenas invecta ad 400,000 medimnûm ex h. l. discimus, tum ex aliis terris, imprimis Sicilia, Cypro, Eubœa, Ægypto, ea copia, ut haud majorem ad eosdem usus, quibus frumentum veteribus inserviit, hodie maximæ et celeberrimæ urbes

consumant. Summa enim efficitur fere 800,000 medimnùm, quum Orator dicat, frumenti ex reliquis locis omnibus convecti copiam cum ea, quam unus Pontus mitteret, æquiparabilem esse. Hoc est ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστὶ πρὸς ἅπαντα τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον. Particula πρὸς in his servit comparationi aut æquiparationi. Sic Demosth. de Class. §. ή. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει χρήματα ἔνεστι πρὸς ἁπάσας τὰς ἄλλας πόλεις. Verbum autem εἰσπλεῖν de mercibus, quæ navibus aliquo invehuntur, notum est, ut generale in eadem re, εἰσέρχεσθαι. Vix dignæ ergo relatu erant scripturæ, εἷς πλείων et εἷς πλέον. Sed male etiam Wolfius, etsi veram lectionem in textu exhibens, vertit: *non tamen æquabit eas copias* etc. F. A. Wolf.

Εἰκότως· οὐ γὰρ μόνον] *Neque id mirum est: nam non solum* etc. Eleganter ita Græci εἰκότως, illatis γὰρ, καὶ γὰρ, ἐπεὶ, aliisve particulis. Exempla præter alios multos dabit Demosth. de Cor. §. ή. ιέ. quibus in locis ante οὔτε γὰρ, et ἀκούουσι, perperam diu εἰκότως exsulavit, et Aristoph. Avium 273. Eccles. 7. Lycurg. in Leocr. p. 199. Longin. c. 3. extr. At sunt quoque exempla vocis εἰκότως, in fine quidem membri positæ, sed cum verbo prægresso jungendæ. Ut Æschin. in Ctesiph. §. ν'., ubi deinceps cum Markl. scribendum erit, τοῦ νεανίσκου τὸ πρῶτον παροξυνθέντος εἰκότως. F. A. Wolf.

Τὸν τόπον τοῦτον σῖτον ἔχειν πλεῖστον] Ex pluribus veterum apparet, maximum in ista regione jam tum frumenti proventum fuisse. Nam ita hodieque reperimus. Vid. Peyssonelii Traité sur le commerce de la mer noire, librum etiam germanice versum. Omnino in historia mercaturæ antiquæ memorabilis est Pontus, h. e. tota ora maritima Ponti Euxini, maxime occasum versus Græcorum et Milesiorum coloniis frequentata, multisque emporiis celebris, imprimis Chersonesus, quæ vocabatur Taurica, [Angl. *The Crimea*]. Et ea loca præ ceteris frequentabant mercatores Athenienses, permulta inde exportantes, in his τάριχος, quod ipsum erat varii generis, tum ceras, mella, lanas, coria, pelles caprinas et alias, ligna navi-

διὰ τὸ κύριον ὄντα τὸν Λεύκωνα αὐτοῦ τοῖς ἄγουσι τὸν σῖτον Ἀθήναζε ἀτέλειαν δεδωκέναι, καὶ κηρύττειν, πρώτους γεμίζεσθαι τοὺς ὡς ἡμᾶς πλέοντας. Ἔχων γὰρ ἐκεῖνος ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἀτέλειαν, ἅπασι δέδωκεν ὑμῖν. Τοῦτο δὲ ἡλίκον ἐστὶ, θεωρήσατε. Ἐκεῖνος πράττεται 467
τοὺς παρ' αὐτοῦ σῖτον ἐξάγοντας τριακοστήν. Αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρο ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντά εἰσι· καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. Οὐκοῦν παρὰ μὲν τὰς τριάκοντα μυ-

bus fabricandis, mancipia etc., quas res permutabant illi vinis, in Co, Thaso, Mendæ et alibi coemtis, aut rebus et utensilibus ex fabricis et officinis Athenarum. Hujus enim urbis merces, utpote præcipua elegantia conspicuæ, non minus olim in deliciis erant, quam hodie Parisienses aut Londinenses. Atheniensibus quantum ea mercatura attulerit commodorum, facile intelligitur. Vel una frumentaria plurimis civibus debuit lucrosa esse, ut ex ea sola sibi victum et opes quærere potuerint. Jam universe vide Herodot. VII. 147. Lysiæ Or. XXXII. p. 902. Andocid. Or. II. p. 86. Xenoph. Hellen. V. 4. extr. Anab. VI. 4. VII. 5. Isocrat. Trapez. p. 529. seqq. Demosth. de Cor. §. κζ'. adv. Lacrit. p. 935. et 941. ed. R. adv. Phorm. p. 908. et 917. adv. Polycl. p. 1210. sq. Polyb. IV. 38. Strab. VII. p. 478., ubi et Leuconis mentio fit. Ad hæc conf. Guil. Clarkii Connexion of the Roman, Saxon and English coins p. 55. et Pauwii Recherches philosophiques sur les Grecs p. 331. seq. Ceterum notatu non indignum puto, quod potiores res, quas Chersonesus hodie quoque viciuis præbet, maximam partem eædem sunt, quas olim nationes inde exportarunt. Idem.

Ἀτέλειαν δεδωκέναι, καὶ κηρύττειν, πρώτους γεμίζεσθαι —] Hæc duo quam vim habere debuerint, docere nihil attinet. Sic nimirum frumentaria negotia illius regionis in manum solorum Atheniensium devenire necesse fuit. Idem.

Ἔχων γὰρ ἐκεῖνος — ὑμῖν] Antitheton tribus verbis declarat, quam bene et quæstuose Resp. Atheniensium cum Leucone immunitatem permutaverit. Hinc unus *rex cum filiis*, illinc *Athenienses* universi. Verum fide rhetorica, ut solet, agere Demosthenes videtur. Certe minime vanum nomen fuisse immunitatem Leuconi donatam, observat S. Croix in libro de l' état et du sort des anciennes Colonies p. 101., comparatis Demosth. Or. hujus §. ιδ'. et Xenoph. R. Athen. I. 17., quibus locis docemur, Remp. Atheniensium a mercatoribus, qui Hellespontum intrarent, decimam, qui Piræeum, centesimam portorii nomine exegisse. Quid in nostris verbis desideret Reiskius, et quomodo ei Orator planius loqui debuisse videatur, operæ pretium non est referre. Idem.

Καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι] Sitonæ apud Athenienses curatores erant coemendo frumento, condendoque præfecti, qui Latine *frumentatores* dicuntur, οἱ τὸν σῖτον ἀγοράζοντες καὶ ἀποτιθέμενοι. erant etiam qui σιτοφύλακες dicebantur, quasi frumenti asservandi curam gerentes, ut Demosthenes hoc loco, de Leucone rege Bosphori loquens: Ab eo, inquit, quotannis frumenti ad 1400. medimnùm, id quod ex tabulis et scriptura sitophylacum videre quivis potest, &c. Idem munus ab aliis σιτολογία dicitur, et curatores ipsi σιτολόγοι, Latine *frumenti coactores*. Dispensatores autem ipsi annonæ publicæ σιτομέτραι vocantur. Hæc munera instituta erant in iis civitatibus quæ frumento importato utebantur, ut Athenis, unde Demosthenes ibidem, πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. Ex edit. Hervag.

Ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι] Unus hic, quod sciam, locus est in Oratoribus, ubi τοῖς σιτοφύλαξιν munus tribuitur, frumentum in portus Atticos invectum, ejusque modum consignandi. Ἀπογραφὴ capiendum de tali scriptura aut tabulis. Itaque jam tum in his rebus bonum ordinem videmus adhibitum. Σιτοφύλακας plures memorant, quos laudat Meurs. in Piræeo c. 5. Sed potior locus est in Lysiæ Or. XXII. p. 722. F. A. Wolf.

Οὐκοῦν παρὰ μὲν τὰς τριάκοντα μυριάδας — τρισχιλίους] Leuco quum tricesimam, quam ab aliis e Ponto frumentum exportantibus exigit, nobis data immunitate portorii remiserit, quotannis in 300 000

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Βοσπόρου οὐδοτιοῦν, κἀνταῦθα δέδωκε τὴν ἀτέλειαν ἡμῖν. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα σιωπῶ, πολλὰ ἂν ἔχων εἰπεῖν, ὅσα εὐεργέτηκεν ὑμᾶς [1] οὗτος ἀνὴρ, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ πρόγονοι· ἀλλὰ προπέρυσι σιτοδείας παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γενομένης, οὐ μόνον ὑμῖν ἱκανὸν σῖτον ἀπέστειλεν, ἀλλὰ τοσοῦτον, ὥστε πεντεκαίδεκα ἀργυρίου τάλαντα, ἃ Καλλισθένης διώ-

[1] οὗτος ὁ ἀνὴρ T.

nym. in ejusd. argum. Periplo p. 5. ed. Hudson. Stephan. Byz. v. Θεοδοσία, Plin. H. N. IV. 12. 26. Ammian. XXII. 8. Harpocrat. h. v. Iornand. Rer. Get. c. 5., ut alios mittam, quos Cellarius dedit Notit. Orb. antiq. T. I. p. 511. Theudosiæ huic in eodem tractu successisse Caffam, emporium hodieque celebre mercatura, maxime frumentaria, tralaticium est. Nam quod Vossius ad Anonym. l. c. obvertit, τὴν Καφᾶ et Θεὐδοσίαν posteriore ævo inter se distingui, id mihi minus videtur exploratum esse. Sua autem ætate, Anonymus iste docet, urbem dialecto Barbarorum vocari Ardaudam, quod nomen ab ipso explicatur ἑπτάθεος. Jam ut longæ annotationis tædium exoutias, adi, quæso, laudatum librum Pauwii p. 334. F. A. Wolf.

Προπέρυσι σιτοδείας παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γενομένης] Aliunde, quam ex hoc loco, rem non novimus. Erraret autem, ut puto, si quis gravem famem, communem multis terris, exsculperet e verbis παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις. Certe alibi tum his, tum simili voce, ἡ οἰκουμένη, superbi Athenienses utuntur ita, ut majus quiddam sonent verba, quam valeant. Res debet incidisse in Olymp. 105, 4. Idem.

Ἀλλὰ τοσοῦτον ὥστε] Nannius: *tantam copiam submisit, ut* id *ad* XV. *talenta exuberarit.* Sed quid ratio pecuniæ ad frumenti numerum? Quid si ἀλλὰ τοσούτου, hoc est, οὕτως εὔωνον, ut significet duplex beneficium, et copiam frumenti, et vili pretio missam. Nam illud προσπεριγενέσθαι de pecunia reliqua, non de accepta ex venditione superflui frumenti, intelligendum, arguunt verba ἃ διώκησε Καλλισθένης, sc. ὁ σιτώνης, qui XV. talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienses. Wolf. Repone ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον etc. ut §. δ'. ad fin. ιγ'. ις'. med. ιθ'. et ubique. Markland.

Τοσοῦτον, — προσπεριγενέσθαι] Strabonis l. c. verba hæc, Λεύκωνά φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσίας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα, hæc, inquam, nonne ad hoc ipsum tempus, quod Noster nunc tangit, spectare dicamus? Certe id veri fit similimum, a Geographo in ista narratione certum quoddam tempus designari. Summa quidem medimnorum 2 100 000 enormis est, præsertim si quis uno anno putet missam, quod tamen non est necesse. At Demosthenis verba, quæ posui, vix satis clara hodie esse possunt, nuspiam nobis edoctis, cui tandem pecuniæ præfectus Callisthenes fuerit; quem ipsum dicamus notum demagogum esse, an quem alium, incertum est. Vel sic tamen vocabulum τοσοῦτον accurate legentem suboffendat oportet. In quo mirificum est, Marklandum et Reiskium, quum corrigerent ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον, (nec id ipsum recte, nam vim orationis auget post οὐ μόνον omissum καὶ, ut Latine *et* vel *etiam* omitti solet post verba, *non modo*:) nihil aliud gravius in h. l. annotandum reperisse, perinde quasi neuter eorum unquam Wolfii notam vidisset, quæ tam lenem habet unius voeis correctionem, reique congruam, quam nuperæ explicationi, an divinationi, nemo præferre dubitet. Sic enim ille: Quid, *si legamus* ἀλλὰ τοσούτου, *h. e.* οὕτως εὔωνον? *Ut significetur duplex beneficium, et copia frumenti, et vili pretio missa. Nam illud* προσπεριγενέσθαι *de pecunia reliqua, non* de *accepta ex venditione superflui frumenti, intelligendum, arguunt verba,* ἃ διώκησε Καλλισθένης *scil,* ὁ σιτώνης, qui *XV. talenta retulit, minoris emto frumento, quam putarant Athenienses.* In quibus dictis ultimum de Callisthene non satis mihi probabile est. Nec enim, si viro frumenti coemendi negotium datum esset, crediderim Oratorem potissimum talenta ista residua ut ejus curæ commissa memorare potuisse. Impensius contra prior conjectura placet, ut hæc sententia exsistat: *Leuco frumentum misit nobis non modo sufficientem, sed tam modico pretio, ut ex summa, quam Resp. emendo frumento destinarat,* etiam *superfuerint XV. talenta, quæ servata ærario* sunt. Ita servamus simul loquendi usum in verbo περιγίγνεσθαι, quod dicitur de *pecunia, quæ superest ita, ut lucrifiat.* Denique nemo nisi puer dubitabit, ista

κησε, προσπεριγενέσθαι. Τί οὖν οἴεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦτον, τὸν τοιοῦτον περὶ ὑμᾶς γεγενημένον, ἐὰν ἀκούσῃ νόμῳ τὴν ἀτέλειαν ὑμᾶς ἀφῃρημένους αὐτὸν, καὶ μηδ', ἂν μεταδόξῃ ποτὲ, ψηφισαμένους ἐξεῖναι δοῦναι; Ἆρ' ἀγνοεῖτε, ὅτι ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος ἐκεῖνόν τε ἀφαιρήσεται τὴν ἀτέλειαν, κύριος ἂν γένηται, καὶ ὑμῶν τοὺς παρ' ἐκείνου σιτηγοῦντας; Οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε ὑπείληφεν οὐδεὶς, ὡς ἐκεῖνος ὑπομενεῖ, ἑαυτῷ μὲν ἀκύρους εἶναι τὰς παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ὑμῖν δὲ μένειν τὰς παρ' ἑαυτοῦ. Οὐκοῦν πρὸς πολλοῖς, οἷς ἂν ὁ νόμος [1] βλάψων ἡμᾶς φαίνεται, καὶ
468 προσαφαιρεῖταί τι τῶν ὑπαρχόντων ἤδη. Εἶθ' ὑμεῖς ἔτι σκοπεῖτε, εἰ χρὴ τοῦτον ἐξαλεῖψαι, καὶ οὐ πάλαι βεβούλευσθε; Ἀνάγνωθι λαβὼν αὐτοῖς τὰ ψηφίσματα αὐτὰ, τὰ περὶ τοῦ Λεύκωνος.

[1] βλάψειν T.

potestate dici vocem τοσοῦτος. Solennia sunt in utraque lingua, τοιοῦτος, τοσοῦτος, τηλικοῦτος, οὕτω, *talis*, *tantus*, de modo non tantum magno, sed et exiguo. F. A. Wolf.

Ἀργυρίου τάλαντα] Vid. D'Orville Charit. Aphrod. L. I. xiv. 20. 15.

Τί οὖν οἴεσθε τοῦτον —] Ellipsis, aut aposiopesis, gravitatis plena. Tacite ad τοῦτον supplendum ἐρεῖν, vel potius ποιήσειν. Posterius hoc interpres secutus est vertendo: *Quid igitur creditus eum — facturum esse?* F. A. Wolf.

Τοῦτον, τὸν τοιοῦτον etc.] *Hora che pensate, che costui, suto cotale verso di voi,* dira, *quando intendera* etc. Taylor.

Καὶ μηδ' ἂν μεταδόξῃ] *Si pœnituerit capti consilii.* est enim μεταδοκεῖν, cum mutatur consilium. *Ex edit.* Hervag.

Ὁ αὐτὸς νόμος οὗτος ἐκεῖνόν τε — καὶ —] *Istu lex, quæ si perlata fuerit, immunitatem regi eripiet, eadem Vestros quoque cives immunitate portorii privabit.* Docet hæc interpretatio, quantum a vernaculo sermone nostro abeat Græcorum structura, quum dicunt ὁ αὐτὸς, junctis particulis τὲ et καί. Conf. ad §. λβ'. ante med. F. A. Wolf.

Βλάψειν ὑμᾶς φαίνεται] Forte βλάψων ὑμᾶς φανεῖται, ut non multo post, §. ί. αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται. Wolf. Vel ἂν βλάψαι, (ut semper scribit Demosthenes, saltem in hac Oratione) vel ἂν φαίνηται. Wolfius βλάψων φανεῖται. recte in priori voce: non itidem, opinor, in secunda. Markland.

Οἷς ἂν ὁ νόμος βλάψων ὑμᾶς φαίνεται] Reiskio ne hic quidem morem gerere debebam, conjecturam Wolfii, βλάψων, pro lectione omnium librorum, βλάψειν, exhibenti. Sed majorem etiam socium erroris habeo, Marklandum, qui dum illud βλάψων omnino non improbat, atque adeo vel βλάψαι ἡμᾶς φαίνεται, vel βλάψειν ἡμᾶς φαίνηται, scribendum conjicit, satis et ipse prodit, sibi in vulgata scriptura aliquid displicuisse. Eam vero nunc affirmo, et recte habere, et in ea convellenda frustra laboratum esse. Ne posteriorem conjecturam Angli arguam, quæ omnium minime placet, futurum infinitivi, τῷ ἂν ἀοριστολογικῷ junctum, profecto non ita rari exempli est, ut in aoristum mutare necesse fuerit. Participium autem, cum φαίνεσθαι constructum, ex solenni usu sermonis aliam habet potestatem, quam quæ huic loco congruit, in quo loco simplex notio verbi *videri* requiritur. Longe alia ratio est eorum verborum, unde Wolfius emendationi suæ colorem quærebat: αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται κ. τ. λ. §. ί. Nam φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάψειν est, *lex* v i d e t u r *nobis nocitura esse*: contra, φαίνεται ὁ νόμος ἡμᾶς βλάπτων, *palam est et omnibus compertum, legem nocere nobis.* Hoc discrimen si notetur, patebit simul, ne recte quidem dici φαίνεται ὁ νόμος βλάψων. Quidquid enim hujus rei futuro tempore continget, id in præsens quidem *palam aut compertum esse* non potest. Idem.

## ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ.

ί. Ὡς μὲν εἰκότως καὶ δικαίως τετύχηκε τῆς παρ' ὑμῶν ἀτελείας ὁ Λεύκων, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί! Τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἑστήσασθ' ὑμεῖς τε κἀκεῖνος· τὴν μὲν ἐν Βοσπόρῳ, τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ, τὴν δ' ἐφ' Ἱερῷ. Σκοπεῖτε δή, πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὁ νόμος προάγει, ὃς ἀπιστότερον τὸν Δῆμον καθίστησιν ἑνὸς ἀνδρός! Μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν [1] ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι ταύτας, ἢ τούτων ἁπάντων, ὧν ἔχετε, ἢ δεδώκατε, συνθήκας· αἷς ὁ μὲν Λεύκων ἐμμένων φανεῖται, καὶ ποιεῖν ἀεί τι προθυμούμενος ὑμᾶς εὖ, ὑμεῖς δ' ἑστώσας ἀκύρους ἔσεσθε πεποιηκότες· ὃ πολὺ δεινότερον τοῦ καθελεῖν ἐστίν. Αὗται γὰρ οὑτωσὶ τοῖς βουλομένοις κατὰ τῆς πόλεως βλασφημεῖν τεκμήριον, ὡς ἀληθῆ λέγουσιν, ἑστήξουσι. Φέρε, ἐὰν δὲ δὴ πέμψας ὡς [2] ὑμᾶς Λεύκων ἐρωτᾷ, τί ἔχοντες ἐγκαλέσαι, καὶ τί μεμ-

[1] Desunt ἄλλο τι. T.

[2] ἡμᾶς ὁ Λεύκων R.

ί. Ἐφ' Ἱερῷ] Nomine hoc dictus eximie locus, situs inter Bosporum Thracium et Trapezuntem, *in Ponti ore et angustiis*, ut ait Cicero Verrin. IV. 57. Fanum in loco erat cum statua Jovis, quem deum ibi Οὔριον vocabant, quod sacrum nonnulli ad Argonautarum tempora retulerunt. Sed vide Herodot. IV. 87. Polyb. IV. 39. Pompon. Melam I. 19. Arrian. Peripl. Pont. Eux. p. 12. et 25. Marcian. Heracl. p. 68. ed. Hudson. et Schol. Apollon. Rhod. ad II. 532. cum aliis, quorum locos suppeditant Valesius ad Harpocrat. p. 35. et Wesseling. ad S. Petiti LL. AA. p. 503. Statuæ Jovis in eo loco positæ habemus adhuc inscriptionem, detectam a Whelero et Sponio, imprimisque illustratam a Chishull. Antiqq. Asiat. p. 61. F. A. Wolf.

Πρὸς ὅσης κακίας ὑπερβολὴν ὑμᾶς ὁ νόμος προάγει] *In quam immensum dedecus lex ista Vos conjiciat*, seu *propellat*. De verbo προάγειν vide Dorvill. ad Chariton. p. 313. et 494. Idem.

Μὴ γὰρ οἴεσθε κ. τ. λ.] F. ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι, h. e. ἄλλην ἔχειν δύναμιν ἢ συνθήκας. Wolf. Lege cum Lindenb. Obsop. Bodl. Cant. Ital. Codd. Paris. et Editt. Felician. et Manut. μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι ταύτας, ἢ κ. τ. λ. Atque ita Interpretes. Taylor.

Μὴ γὰρ οἴεσθε ὑμῖν ἄλλο τι τὰς στήλας ἑστάναι —] Revocavi cum Reiskio ἄλλο τι, quæ verba clapsa sunt ex Ald. Herv. Wolf. et Tayl. Αἷς refer, quod ipse ordo verborum cogit, ad συνθήκας, uti solenniter Græce dicitur ἐμμένειν σπονδαῖς, ὅρκῳ, εἰρήνῃ, ubi Latine *manere in induciis, in pactione*. Sed mox, constructione quodammodo mutata, in ἑστώσας ἀκύρους spectantur στῆλαι, quibus συνθῆκαι insculptæ erant. Deinde in Par. 1. et Aug. 1. ἔσεσθε ante πεποιηκότες deest, culpa, credo, correctoris, melius huc quoque φανοῦνται trahi putantis. Nempe duo isti unius familiæ codices in tali genere correctionum sæpissime conspirant. Conf. quæ notavi ad §. θ'. F. A. Wolf.

Λέγουσιν] Sc. οἱ βλασφημοῦντες. Wolf.

Ἐὰν δὲ δὴ πέμψας ὡς ὑμᾶς Λεύκων ἐρωτᾷ] Scilicet ἄγγελον sive ἀγγέλους πέμψας, qua vi hoc unum πέμπειν poni, in vulgus hodie notum est. Nomini Λεύκων, articulum plurimæ editt. hic addunt, qui ab omnibus in eodem nomine abest §. ιά. Contra servavi vulgatum ὑμᾶς, quod Reisk. ex Aug. 1. in ἡμᾶς, mutans, una opera ἀφηρήμεθα corrigi malit propter sequens ἐροῦμεν. Potuisset suæ rationi pa-

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ρεῖν. Χρήματα μὲν γάρ ἐστιν ἀεὶ παρ' ὑμῖν αὐτοῦ· κατὰ δὲ τὸν νόμον τοῦτον, ἐάν τις ἐπ' αὐτὰ ἔλθῃ, ἢ στερήσεται τούτων, ἢ λειτουργεῖν ἀναγκασθήσεται. Ἔστι δ' οὐ τὸ τῆς δαπάνης μέγιστον ἐκείνῳ, ἀλλ' ὅτι τὴν δωρεὰν αὐτὸν [1]ὑμᾶς ἀφῃρῆσθαι νομιεῖ.

ιά. Οὐ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μὴ Λεύκων ἀδικηθῇ, μόνον δεῖ σκοπεῖν, ᾧ φιλοτιμίας ἕνεκα ἡ περὶ τῆς δωρεᾶς σπουδὴ γένοιτ' ἄν, οὐ χρείας· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος εὖ μὲν ἐποίησεν ὑμᾶς εὖ πράττων, εἰς δέον δὲ νῦν γέγονεν αὐτῷ τὰ παρ' ὑμῶν λαβεῖν τότε τὴν ἀτέλειαν. Τίς οὖν οὗτός ἐστιν; Ἐπικέρδης ὁ [2]Κυρηναῖος, ὃς, εἴπέρ τις ἄλλος τῶν εἰληφότων, δικαίως ἠξιώθη ταύτης τῆς τιμῆς· οὐ τῷ μεγάλα ἢ θαυμάσια ἡλίκα δοῦναι, ἀλλὰ τῷ παρὰ τοιοῦτον καιρὸν, ἐν ᾧ καὶ τῶν εὖ πεπονθότων ἔργον ἦν εὑρεῖν

[1] ὑμᾶς αὐτὸν R.

[2] κερκυραῖος R.

ιά. Ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλος —] Transitio ad novam partem Orationis facillima est: *Jam porro Vobis etiam hoc videndum, ne injuria afficiatis quenquem alium, si quis in Vos beneficia contulit, quum meliore fortuna uteretur; sed* cui *nunc iniquis rebus conflictanti, ad victum necessaria facta immunitas opportune subvenit, quam ei priore tempore concessistis.* His in verbis ut νῦν valet κακῶς πράττοντι, sic τότε necessario ad prius tempus spectat, h. e. ad εὖ πράττων. Unde libet mirari, ubi mens fuerit critico Anglico, quum τότε vero loco suo motum, ante εὖ πράττων transponendum censeret. Quod sicut nemini præter auctorem suum placuerit: ita illud errandi causam habere potest, quod Epicerdes, de quo Orator dicere ingreditur, non secus ac superstes vivensque commemoratur. Etenim tempora si reputes ex iis rebus, quæ in seqq. narrantur, vix ac ne vix quidem credibile est, vitam hominis ad tempus hujus causæ nostræ produci potuisse. Jam vero quum occurrat paullo disertior locus §. ιβ'., ubi *filiis illius, non* ipsi, sublatæ immunitates dicuntur damnum afferre, atque huc simul Ulpiani qualiscunque auctoritas accedat, haud dubium videri debet, quin Epicerdes prius diem obierit, quam hæc Oratio haberetur. At Demosthenes, velut de vivo loquens, h. l. dicit εἰς δέον νῦν γέγονεν αὐτῷ, et in reliquis quoque simili modo lectorem frustratur. Nempe in tota Oratione confundit ipsos, qui præmiis impertiti sunt, cum horum filiis et posteris. Eam vero rationem sequi potuit non incpte, quod, qui meritorum suorum gratia carent, etiam post mortem injuriæ quodam genere affici videntur; sequi autem debuit, quum provideret, quanto ea ratio potentior ad auditorum animos commovendos futura esset. Idem.

Λαβεῖν τότε τὴν ἀτέλειαν] Subabsurda videtur hæc positio vocis τότε. transponi debet in priorem partem sententiæ: τότε εὖ πράττων, εἰς δέον δὲ νῦν γέγονεν — λαβεῖν τὴν ἀτέλειαν. Confirmat Ulpianus: ὁ πάλαι εὐημερῶν, οὗτος νῦν ἐπίκουρον τοῦ ζῆν ἔχει τὴν ἀτέλειαν. Markland.

Κυρηναῖος] Epicerdes iste videtur fuisse ex Cyrene. Κερκυραῖος habent Ald. Ven. et Edit. Morel. Κυρηναῖος cum scholiaste defendunt Obsop. Bodl. Codd. Regg. α. ζ. Lindenb. et Editt. cæteræ. *Epicerde Corfiotto* Versio Italica cum Aldo. Taylor.

Ἐπικέρδης ὁ Κυρηναῖος] Hominis nec Thucydides, nec alius ullus eorum, qui ista tempora scripserunt, mentionem habet. Itaque quæri potest, an melius scribatur ὁ Κερκυραῖος cum Ven. Ald. Herv. et Ben., ex qua retinuit Reisk. Quod factum ut probet, in Notis scribit, *frequentiorem usum Atheniensibus fuisse cum Corcyræis, quam cum Cyrenæis, utpote qui Spartanæ fuissent originis.* At tali ratiuncula quis cautus et prudens moveatur in rebus factis? Vulgatum, a me resumtum, defendunt codd. optimi, et editt. pleræque cum Aristide Art. p. 452. et Scholiaste, cui hanc unam lectionem ob

ἐθέλοντά τινα, ὧν εὐεργέτητο, μεμνῆσθαι. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ, ὡς τὸ ψήφισμα τοῦτο δηλοῖ τὸ τότε αὐτῷ γραφὲν, τοῖς ἁλοῦσι τότε ἐν Σικελίᾳ τῶν πολιτῶν, [1] ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ καθεστηκόσιν ἔδωκε μνᾶς ἑκατόν· καὶ τοῦ μὴ τῷ λιμῷ πάντας αὐτοὺς ἀποθανεῖν αἰτιώτατος ἐγένετο. Καὶ μετὰ ταῦτα, δοθείσης ἀτελείας αὐτῷ διὰ ταῦτα παρ' ὑμῶν, ὁρῶν ἐν τῷ πολέμῳ, [2] τῷ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρὸν, σπανίζοντα τὸν Δῆμον χρημάτων, τάλαντον [3] ἔδωκεν αὐτὸς
470 ἐπαγγειλάμενος. Σκέψασθε δὴ, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν,

[1] καὶ ἐν T. [2] [τῷ] R. [3] ἐπέδωκεν R.

oculos fuisse apparet. F. A. Wolf.

Οὗτος γὰρ ἀνὴρ] Ante ἀνὴρ supra §. θ'. post med. Wolfius et Tayl. sua sponte addiderant articulum, nunc id facere neglexerunt. Neutro loco apponi debebat, licet in priori Aristides dederit οὗτος ὁ ἀνὴρ, in Art. p. 468. Pro vero habeo Brunckii monitum ad Aristoph. Eccles. 367., attice dici et οὗτος ὁ ἀνὴρ, et οὗτος ἀνήρ. Conf. posthac §. ιβ'. et ις'. Mox τὸ ψήφισμα τοῦτο Orator extulit, vel manu tenens decretum, vel digito demonstrans. Idem.

Ἐν τοιαύτῃ συμφορᾷ—] Hisce particulam καὶ præponit Wolfius, et, qui eum raro deserit, Taylorus. Putarunt nimirum viri, ad participia, ἁλοῦσιν et καθεστηκόσι, juncturam requiri, plane ut librarius in Aug. 1. peccavit §. ις'. addens καὶ post βασιλεῖ. Ceterorum librorum in utroque loco lectio verior, et in nostro quidem vertendum: *Dedit captis in Sicilia civibus nostris, quo tempore illa calamitate premerentur* etc. Ἐν τοιαύτῃ, *in tanta*, et *quam scitis*, uti §. ε. et λε. Similiter τότε accipiendum, *illo tempore*, h. *insigni, noto omnibus*: ne quis ποτὲ emendet. Sane satis memorabilis Athenis fuit calamitas, Siculo bello inflicta, Olymp. 91, 4. Vide instar omnium, Thucydidem VII. inde a princ., aut, ex recentioribus, Meinertis Histor. doctrinar. apud Græcos et Rom. T. II. p. 273. Idem.

Ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸ τῶν τριάκοντα] Felicianus τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα. Sed tum τὸ μικρὸν abundat. In varia lectione annotatum est: τῷ πρὸς τριάκοντα μικρὸν σπανίζοντα. Si πρὸ τῶν τριάκοντα, videtur intelligendum id bellum, quo exitiosam cladem ad Ægospotamos acceperunt. Hoc enim secuta est Oligarchia xxx virorum. Τὸ μικρὸν σπανίζοντα non placet, nisi velis interpretari *nonnihil egere*. Nannius: *in bello adversus triginta Tyrannos.* Wolf. Nodum hic in scirpo quærit vir doctissimus. Nam si pungas, uti ego edidi, et ut ille etiam vertit, nihil subest difficultatis. Interpres Italus: *nella guerra, che fu poco inanti de i Trenta.* Tayl. Ind. Ald. pro varia lectione dat, πολέμῳ πρὸς τριάκοντα. Felic. in textu, πολέμῳ τῷ πρὸς τοὺς τριάκοντα, et sic Parr. codd. Contra Man. vitiose, πολέμῳ, τῷ πρὸς τοὺς τῶν τριάκοντα. Auget hanc varietatem aberrationum Margo Ben., habens πολέμῳ πρὸς τοὺς Τριάκοντα. Quod nos cum Ald. Herv. Wolf. Tayl. Reisk. edidimus, firmatur a Lind. Vind. Aug. 1., nec dubia esse hujus scripturæ auctoritas debet, et pessime quorundam exemplo μικρὸν cum σπανίζοντα junxeris. Neque melius commentum Reiskii, cui alterum τῷ delendum videtur. Ὁ πόλεμος ὁ πρὸ τῶν Τριάκοντα μικρὸν, scil. χρόνον, haud dubie accipiendum est de bello Δεκελεικῷ, vel hujus extrema parte, dominationem XXX virorum proxime prægressa. F. A. Wolf.

Αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος] Αὐτεπάγγελτος, ut est in Isocratis paræsesi, ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς φίλοις βοηθήσας, ἀλλὰ μὴ τὰς παρ' ἐκείνων δεήσεις ἀναμείνας. Wolf.

Τάλαντον ἔδωκεν αὐτὸς ἐπαγγειλάμενος] Posteriora duo passim Græci uno verbo efferunt, αὐτεπάγγελτος, in quo αὐτὸς est *sponte*, uti Lat. *ipse*. Quanquam ipsum ἐπαγγέλλεσθαι interdum est *sua sponte aliquid offerre*, aut *præstandum suscipere*. Diligenter verbum tractavit Taylorus in Annotatt. ad Demosth. de fals. leg. Arg. post. In prioribus Reisk. pro ἔδωκεν dedit ἐπέδωκεν, in quo nollem unius codicis Par. 1. fidem secutus esset. Parum id defendere potuisset vel usu loquendi attico, ex quo ἐπιδιδόναι et ἐπιδοσις dixerunt de *pecunia in Reip. necessitatibus sponte collata*, vel etiam Ulpiani ad h. i. verbis his: ἰδὼν τὴν ὀλιγότητα τῆς ἐπιδόσεως. F. A. Wolf.

ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πῶς ἂν ἄνθρωπος μᾶλλον φανερὸς γένοιτο εὔνους ὢν ὑμῖν, ἢ πῶς ἧττον ἄξιος ἀδικηθῆναι, ἢ πρῶτον μὲν εἰ, παρὼν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι, μᾶλλον ἕλοιτο τοὺς ἀτυχοῦντας καὶ τὴν παρὰ τούτων χάριν, ἥτίς ποτ' ἔμελλεν ἔσεσθαι, ἢ τοὺς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ κεκρατηκότας, καὶ παρ' οἷς ἦν· δεύτερον δ', ἑτέραν χρεῖαν ἰδὼν, εἰ φαίνοιτο διδοὺς, καὶ μὴ, ὅπως ἰδίᾳ τὰ ὄντα [1]σώσει, προνοούμενος, ἀλλ' ὅπως τῶν ὑμετέρων μηδὲν ἐνδεῶς ἕξει, τὸ καθ' [2]αὑτόν; Τοῦτον μέντοι, τὸν τῷ μὲν ἔργῳ [3]παρὰ

[1] σώσοι Γ. [2] αὐτόν. R. [3] περὶ Γ.

Πῶς etc.] Vide, ne te fallat Constructio Comparativi per ἢ et εἰ, quæ est hujusmodi: Πῶς ἄνθρωπος γένοιτ' ἂν μᾶλλον φανερὸς (φανερώτερος) εὔνους ὢν ὑμῖν (ὅτι ὑμῖν εὐνοεῖ) ἢ εἰ παρὼν μᾶλλον ἕλοιτο (τοῦ μᾶλλον ἑλομένου) τοὺς ἀτυχοῦντας· et deinde: δεύτερον ἢ (ἀπὸ κοινοῦ) εἰ ἰδὼν χρείαν ἑτέραν φαίνοιτο διδοὺς (τοῦ φαινομένου διδόναι) etc. Nannius: *Quam si nec socius, nec particeps, in calamitosissimis Reip. temporibus, victos, eorumque gratiam, si modo ulla futura esset, quam victores, in quorum societate erat, colere demererique præoptet?* Videtur pro ἢ πρῶτον μὲν, εἰ παρὼν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι legisse, ἢ εἰ μήτε σύμμαχος ὢν, μήτε κοινωνὸς, ἐν τῷ τῆς πόλεως ἀτυχήματι etc. et μηδὲν ἐνδεῶς, ut et Obsopœus notavit. Wolf. Χάριν, ἥτις ποτ' ἔμελλεν ἔσεσθαι h. *gratiam, qualiscunque ea tandem erat futura:* alibi χάριν ἄδηλον. Talis tum status erat rerum, qui haud magnam spem remunerationis viro facere posset. Κεκρατηκότας καὶ παρ' οἷς ἦν, intellige Syracusanos: ut tum, quum clades illa fieret, Epicerdes Syracusis habitasse videatur. Illinc posthac hominem Cyrenen revertisse, veri simile est; filios autem ejus, non errabimus, si Athenis domicilium habuisse hujus quidem causæ tempore credamus. Ita etiam Ulpianus: Φασὶ δὲ τοὺς παῖδας μεταστῆναι τοῦ Ἐπικέρδους ἀπὸ Κυρήνης Ἀθήναζε. F. A. Wolf.

Ὅπως σώσοι] Sequitur ὅπως ἕξει. unde scribendum forte ὅπως σώσει. Apposite §. κ'. καὶ ὅπως — δόξετε· καὶ ὅπως — ἀφαιρήσεται· καὶ ὅπως ἕξετε. Markland. Ita Editt. optimæ. Taylor.

Ὅπως ἰδίᾳ τὰ ὄντα σώσει] Vulgo legunt σώσοι cum Ald. Herv. et Ben. In aliis est σώσῃ, sed in Felic. et Man. σώσει. Postremum rectum est unice, non ideo tamen, quod sequitur ἕξει; nam cur posterius verbum regulam faciat potius, quam prius? verum quod id exigit sermonis lex et ratio. Solœcismum facit ὅπως cum futuro optativi aut aoristo subjunctivi constructum, legitima Atticorum structura poscente indicativi futurum. Id poetarum usu accurate evicit Dawes. Miscell. crit. p. 227. et 276., quocum conf. exempla colligentem Fischerum ad Weller. p. 401. Reiskius autem quum hoc in loco vulgatum non male habere pronunciet, mirandum non est, quod et alios locos multos Oratorum reliquit eodem vitio inquinatos. Tamen vel ex sua ratione corrigere debebat verba Æschinis in Ctesiph. §. κγ'. med. Ἐπράττετο γὰρ οὐ πρὸς τοὺς ἄλλους πρέσβεις, ἀλλὰ πρὸς Φιλοκράτην καὶ Δημοσθένην· πρῶτον μὲν, ὅπως μὴ περιμενεῖτε (vulg. περιμείνητε) τοὺς πρέσβεις — δεύτερον δὲ, ὅπως μὴ μόνον τὴν εἰρήνην, ἀλλὰ καὶ συμμαχίαν εἶναι ψηφιεῖσθε πρὸς Φίλιππον κ. τ. λ. Similiter in Demosth. Olynth. A. §. α'. scribendum, δεῖ τοῦτ' ἤδη σκοπεῖν, ὅπως μὴ χείρους περὶ ἡμᾶς αὐτοὺς εἶναι δόξομεν τῶν ὑπαρχόντων, ubi omnes edunt δόξωμεν. Recte contra vulgatur infra §. κ'. Πρόνοιάν τινα ἔχοντας — ὅπως δόξετε, ὅπως — ἀφαιρήσεται, καὶ ὅπως — ἕξουσι τὰ δοθέντα. Idem vitium sustuli ex Aristidis Declamat. §. θ'. F. A. Wolf.

Ὅπως τῶν ὑμετ.] Forte ὑμετέρων μηδεὶς ἐνδεῶς ἕξει. nam de *Personis* loquitur, et ultima syllaba in μηδὲν ottum habere potuit a subsequenti. Markland.

Ὅπως τῶν ὑμετέρων μηδὲν—] *Ne qua pars Reip. Vestræ* seu *rerum Vestrarum defectu quodam laboraret, quantum quidem in se esset, prospexit.* Clarus est sensus vocis μηδὲν, et jure Reiskio displicuit Marklandi conjectura, μηδείς. Neque eam, puto, protulisset vir magnus, si animum attendisset ad verba, τῶν ὑμετέρων. F. A. Wolf.

Περὶ] Lege παρὰ cum Ald. Lindenb. Bodl. Ven. Vindob. et Codd. Regg. α. ε. ζ. η. Ita §. ιβ'. οἱ παρὰ τὰς χρείας. Et similiter ιγ'. post med. Supra §. ιά. παρὰ τοιοῦτον καιρόν. Taylor. Inde ab Aldo

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Ἐπικέρδης, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί! Σκοπεῖτε δὲ μὴ τοῦτο, εἰ μνᾶς ἑκατὸν καὶ πάλιν τάλαντον ἔδωκεν, — οὐδὲ γὰρ τοὺς λαβόντας ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ πλῆθος τῶν χρημάτων θαυμάσαι —, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν, καὶ τὸ αὐτὸν ἐπαγγειλάμενον ποιεῖν, καὶ 471
τοὺς καιροὺς, ἐν οἷς. Πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν, οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν [1] ὑμᾶς εὖ· μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας· ὧν εἷς οὗτος ἀνὴρ ὢν φαίνεται. Εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων [2] μηδενὸς [3] μνεῖαν, ἀφῃρημένοι φανούμεθα τὴν δωρεὰν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; Οὐ γὰρ, εἰ ἕτεροι μὲν ἦσαν οἱ τότε σωθέντες ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δόντες τὴν ἀτέλειαν, ἕτεροι δ' ὑμεῖς, οἱ νῦν ἀφαιρούμενοι, ἀπολύει τοῦτο τὴν αἰσχύνην· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν. Εἰ γὰρ

[1] Deest ὑμᾶς. R. [2] Deest μηδενός. T. [3] μνείαν R.

singularem intulit. Quem errorem auctor ipse verbis, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ita arguit et convincit, nihil ut contra dici possit. Nec in illis prioribus, τὸ ψήφισμα ὑμῖν αὐτὸ ἀναγνώσεται, τὸ τότε ψηφισθὲν τῷ ἀνδρὶ, mutationi quidquam præsidii est, quamvis ita sibi persuasisse videantur, qui primi mutarunt. Quæ verba etsi unum tantum psephisma designant illud, quod v. 2. p. 433. Orator monstravit, h. e. primarium, quo Epicerdi post primum ab eo in Pop. Athen. beneficium collatum immunitas decreta fuerat; at ea tamen nihil impediunt, quo minus nunc alia psephismata plura afferri potuerint. Atque huc ducunt plane verba, τὰς εὐεργεσίας. Quippe illud primarium decretum ad unum prius beneficium spectasse videri debet. Adeo nihil probabilius est, quam Epicerdi posterioris meriti causa novo decreto gratias actas, immunitatemque denuo ratam habitam, forsan novum præmium aliquod additum fuisse. F. A. Wolf.

ιβ'. Πάντες μὲν γὰρ etc.] Expressius hæc aliquanto, quam Wolfius, vertebat Interpres Alcmanianus: *Digni enim sunt meriti vicissitudinem sentire, quicunque primi benefacere instituerunt, maxime in rebus arctis et afflictis:* Et, paucis interjectis: *Non enim inde, quod alii nunc sunt Athenienses, qui immunitatem auferunt, alii, quibus ille benignitatem suam impendit, dedecus hujus improbitatis extinguitur: eo enim ipso gravissimum redditur.* Taylor.

Τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ] Pronomen ὑμᾶς Reiskius cum Par. 1. 5. et Aug. 1. omittit, sententiam melius ad omnes homines, quam ad solos Athenienses, pertinere putans. Speciem id habet, non veritatem; quod mecum sentiet, quisquis attenderit sequentia, ὧν εἷς οὗτος ἀνὴρ ὢν φαίνεται. In quibus ad sensus integritatem verbum unum alterumve deesset, si sententia prior omisso pronomine universe caperetur. Ceterum rarius vocabulum, ἀνταπολαμβάνειν, ex h. l. notavit Suidas. F. A. Wolf.

Τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας εἰ, μηδεμίαν —] Rationem construendi loci interpungendo adjuvi, quo citius pateret, τοὺς — παῖδας ad ἀφῃρημένοι referri, non ad αἰσχυνόμεθα. A loco suo paullum remotam particulam εἰ nemo mirabitur, qui cogitet vim verborum τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, qua principem sibi in oratione locum poscebant. Simile illud §. κέ. καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν κ. τ. λ. Et Latinorum eundem morem esse ponendarum conjunctionum, quis ignorat? Idem.

Μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μνεῖαν] Auctius Edit. Paris. τούτων μηδενὸς μνεῖαν· et rectius, ut fere. sic §. ιϛ'. med. μηδεμίαν ποιησαμένους τούτων μηδενὸς μνεῖαν. Markl. Verissime. F. A. Wolf. V. Var. Lect.

Τὸ δεινὸν] Verius puto τῶν δεινῶν ἐστίν, ut §. ιέ. ad fin. τῶν αἰσχίστων ἐστί. Plenius §. κθ'. ἕν τι τῶν αἰσχρῶν ἐστί. Markl.

Αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ τὸ δεινόν ἐστιν] *In hoc ipso atrocitas rei inest. Hoc vel ipsum est*

οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν, ἡμεῖς δ' οἱ λόγῳ ταῦτ' ἀκούοντες, ὡς [1] ἀναξίων ἀφαιρησόμεθα, πῶς οὐχ ὑπέρδεινον ποιήσομεν; [2] Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἐστί μοι λόγος οὗτος καὶ περὶ τῶν τοὺς Τετρακοσίους καταλυσάντων, καὶ περὶ τῶν, ὅτ' ἔφευγεν ὁ Δῆμος, χρησί-

[1] ἀνάξιον R.

[2] Deest articulus. R.

*inprimis grave et atrox.* Bene ita Reisk. vertit, rejecto commento Marklandi, qui temere maluerat, καὶ τῶν δεινῶν ἐστίν. F. A. Wolf.

Οἱ μὲν εἰδότες καὶ παθόντες] Legi vel intelligi potest εὖ ante παθόντες. Ulpianus legebat ἰδόντες, (uti etiam exhibet Codex ε. in margine Edit. Paris.) et παρόντες. Putares tamen, Demosthenem scripsisse: εἰ γὰρ οἱ μὲν εἰδότες καὶ [ἔργῳ] μαθόντες, *facto experti*; quia statim respondet, οἱ λόγῳ ἀκούοντες, quemadmodum postulat Oppositio (ut §. ιά. ad fin. et §. ιθ'.) et mos scribendi; et quia λόγῳ hic superfluum est, nisi præcesserit ἔργῳ. Contra §. κζ'. pro τί παθὼν male legitur τί μαθών. Quæ sequuntur, ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν, difficilia sunt, neque ex Demosthenis perspicuitate. Legi potest ἀξίους τούτους etc. *dignos hos* (Epicerdem scil. et filios ejus) *beneficio censebant*: ut §. κδ'. εἰ μηδεὶς — γέγονεν ἄξιος εὖ παθεῖν. Sed forte gravius mendum subest, ex defectu. Markland. παρόντες etiam legit Aug. Ital. Bodl. Cant. et forte MSS. Manut. Deinde τοῦτον (i. e. Epicerdem) ἐνόμιζον εὖ πάσχειν Bodl. et Cant. et pariter modo ὡς ἀνάξιον ἀφαιρησόμεθα iidem cum Italico. Taylor. Jam Marklandus ita facit, argutando, mutando, vix ut virum agnoscas. — Videamus de singulis. Principio necesse non est, ut propter λόγῳ infercias ἔργῳ. Hæc vocabula duo quamvis sæpe sibi diserte respondeant, tamen non raro admodum ipsius sententiæ vis facit, ut alterutrum omittatur. Et sic h. l. plane inest illud ἔργῳ in εἰδότες et παθόντες. Nam εἰδὼς proprie est, *qui adfuit rei aut interfuit.* Vid. ad §. ιγ'. med. Ac πάσχειν tum demum dicimur, *quum quid experimur* ipsi. Ita etiam πρόφασιν, cui verbo non minus sæpe opponi solet τὸ ἀληθὲς (vid. Markl. ad Maxim. Tyr. p. 702.) nude legitur in Philippi Epist. ap. Nostrum Or. de Cor. §. κγ'. Εἶτ' οἴεσθέ με λανθάνειν, ὅτι ἐξαπεστάλη ταῦτα τὰ πλοῖα, πρόφασιν μὲν ὡς τὸν σῖτον παραπέμψοντα ἐκ τοῦ Ἑλλησπόντου εἰς Λῆμνον, βοηθήσοντα δὲ Σηλυμβριανοῖς κ. τ. λ. Conf. Wesseling. similia monentem ad Diodor. Sic. XI. 39. Ipsum vero παθόντες vel propter sequens πάσχειν loco moveri non debebat, et οἱ παθόντες plane sunt, quos gallice dicas *les objets de sa bienfaisance.* Ulpiani verba, τῶν ὁρώντων καὶ παρόντων, ad meram explicationem referenda sunt. Sed inde tractum puto, quod a nonnullis libris in textum intruditur, οἱ μὲν ἰδόντες καὶ παρόντες. Deinde pro τούτων post ἄξια in Bodl. Cant. et Marg. Vin. est τοῦτον, et pro ἀναξίων in iisdem et Ital. ἀνάξιον, facili utrumque lapsu. Vulgatis hic quoque nihil verius. *Majores nostri ab Epicerde* εὖ πάσχειν ἄξια τούτων ἐνόμιζον, h. e. *credebant affectos se esse beneficio hac mercede digno.* In his clarum est, ταῦτα dici *donum, de quo nunc agitur, immunitatem.* Usus is pronominis occurrit etiam §. ιγ'. post med. Et infra §. κς'. post med. quod legimus, ἄξια τῆς ἀτελείας, id nihil aliud significat, quam nostrum ἄξια τούτων. Accusativus autem, ἄξια, junctus cum εὖ πάσχειν, non magis mirus esse potest, quam in forma, μεγάλα εὖ πάσχειν ac similibus aliis. Postremo ἀναξίων eodem neutro genere positum, quo ἄξια, eodem etiam refertur; casus vero secundus absolute capiendus, ut sit, ὡς ἀναξίων ὄντων, *quasi illa beneficia tali mercede digna non sint.* Hujus genitivi structuræ et potestatis exempla præbet Dorvill. ad Charit. p. 354. Criticus Lipsiensis reliquis quidem in textu pepercit, unum reposuit ἀνάξιον, nimirum ne otiosus nihil novi intulisse videretur. F. A. Wolf.

Ὁ αὐτὸς etc.] Deest in plurimis Exemplaribus, ut e. c. in Vindob. vox prima, in optimo Lindenbrogiano occupavit locum τοῦ οὗτος. Certe οὗτος tuto abesse potest. Taylor.

Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἐστί μοι λόγος οὗτος —] *Idem plane mihi dicendum est* etc. Articulus ante αὐτὸς in libris quibusdam extritus est, sed eum Græca consuetudo exigit. Ait quidem Reiskius, libros illos temere imitatus, αὐτὸς ab Atticis poni pro ὁ αὐτὸς, id vero vellem exemplis demonstrasset. Tu credes potius Valckenaerio ad Euripid. Phœn. 927. F. A. Wolf.

Περὶ τῶν τοὺς Τετρακοσίους καταλυσάντων —] De præmiis eorum, qui CCCC virorum potestatem fregerant, dubito, an

μους αὐτοὺς παρασχόντων. Πάντας γὰρ αὐτοὺς δεινότατ' ἂν ἡγοῦμαι παθεῖν, εἴ τι τῶν τότε ψηφισθέντων αὐτοῖς λυθείη. Εἰ τοίνυν τις ὑμῶν ἐκεῖνο πέπεισται, πολὺ τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου νῦν ἀπέχειν τὴν πόλιν, ταῦτα μὲν εὐχέσθω τοῖς θεοῖς, κἀγὼ συνεύχομαι· λογιζέσθω δὲ, πρῶτον μὲν, ὅτι περὶ νόμου μέλλει φέρειν τὴν ψῆφον, ᾧ μὴ λυθέντι δεήσει χρῆσθαι, δεύτερον δὲ, ὅτι βλάπτουσιν οἱ πονηροὶ νόμοι καὶ τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις. Οὐ γὰρ ἂν μετέπιπτε τὰ πράγματα ἐπ' ἀμφότερα, εἰ μὴ τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας καὶ πράξεις χρηστὰς, καὶ νόμοι, καὶ ἄνδρες χρηστοὶ καὶ πάντα ἐξητασμένα ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆγε· τοὺς δὲ ἐν [1] πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ πάντα ταῦτα ἀμελούμενα 472
ὑπέρρει κατὰ μικρόν. Τῶν γὰρ ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι

[1] ἁπάσῃ R.

ulla alibi memoria exstet. Οἱ Τετρακόσιοι sunt ii, qui, auctoribus maxime Pisandro et Antiphonte, sublata democratia, imperium acceperunt Olymp. 92, 1. anno exeunte. Quæ oligarchia præludebat graviori ac longiori dominatui XXX tyrannorum. Illis enim imperium quatuor mensium fuit, abolitum jam Olymp. 92, 2. Arch. Theopompo. Vid. Thucyd. VIII. 64. seqq. Diodor. XIII. 36. seqq. Aristot. ap. Harpocrat. v. Τετρακ. et cf. Taylori Vit. Lysiæ p. 114. Post id factum septem annis evenit, quæ mox memoratur, *fuga popularium*, ὅτ' ἔφευγεν ὁ Δῆμος, metu tyrannorum. Eo tempore qui Civitati opem tulerant, præmiis postea honestati sunt, etiam μέτοικοι, teste Lysia Or. XXXI. p. 887. Idem.

Ταῦτα μὲν εὐχέσθω τοῖς θεοῖς] Post εὐχέσθω Reiskio videbatur excidisse βέβαια μένειν. Non vidit igitur, ταῦτα nihil esse aliud, quam illud, τὴν πόλιν πολὺ ἀπέχειν τοῦ δεηθῆναί τινος τοιούτου. Nam id eum fugere non poterat, Græce dici εὔχεσθαί τι θεῷ τινί. Ceterum h. l. egregia conversio sententiæ notetur. Post τὴν πόλιν exspectamus, dum inferatur ἐκεῖνος ἁμαρτάνει, vel simile quid. Id vero mutatur boni ominis causa. Idem.

Τὰς ἀσφαλῶς οἰκεῖν οἰομένας πόλεις] Verbum neutrum h. l. est οἰκεῖν, ut sæpe apud Atticos. Isocrates in ejusdem tenoris sententia Areop. p. 205. Ὁρῶ γὰρ τῶν πόλεων τὰς ἄριστα πράττειν οἰομένας κ. τ. λ. Idem.

Τοὺς μὲν ἐν κινδύνῳ καθεστηκότας] In hoc, et in opposito, τοὺς δὲ ἐν πάσῃ καθεστάναι δοκοῦντας εὐδαιμονίᾳ, denuo πόλεις cogitabis, quod ante legebatur. Quippe masculina participia tantum variandæ orationi serviunt. Πάντα ἐξητασμένα, *summa omnium rerum diligentia et cura:* contra πάντα ταῦτα ἀμελούμενα. Ita *industria* et *incuria* inter se opposita sunt in simili loco Sallust. in princ. Epist. de Rep. ord. Idem.

Ὑπέρρει κατὰ μικρὸν] Tropi similes ejus, qui verbo ὑπέρρει inest, in quaque pæne lingua frequentantur. Simili item usus Noster Olynth. A. §. δ'. de *fortuna dilabente* habet καταῤῥεῖν, ubi Scholion: διαφθείρεσθαι, ὡς ἀπὸ μεταφορᾶς τοίχου τινὸς παλαιοῦ, ὅταν ὑπὸ τῆς παλαιότητος καὶ τοῦ χρόνου αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διαβιβρώσκηται καὶ ἀναλίσκηται. Notabilem autem nostrum locum facit activa vis verbi ὑπορρεῖν, propter quam etiam a Lexicographis inde a Budæo laudatus est, quum exemplum ejus videretur unicum esse. Recte. Sed quod superest, ut eum usum causis suis explicemus, possit fortasse ab aliquo huc illud trahi, quod simplex verbum ῥέω non prorsus insolenter occurrit sensu transitivo *effundendi*, de quo vid. Musgrav. ad Euripid. Hecub. 528. Brunck. ad Apollon. Rhod. III. 225. et Ruhnken. Epist. crit. II. p. 264. Possit adeo Latinum *ruo* comparari, quod ut ortum est ex Gr. ῥύω h. e. ῥέω, ita interdum originis suæ antiquam potestatem activam servat, in compositis maxime, ut in *diruo, obruo, proruo, corruo, subruo*, quorum postremum plane reddit nostrum ὑπορρεῖν. His tamen rationibus omissis potius hæc simpliciora sequenda censeo. Bene et ad

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ἢ ἐν Κορίνθῳ· τῶν ἐν τῇ πόλει βουλευσαμένων μετὰ τὴν μάχην, μὴ δέχεσθαι τῷ τείχει τοὺς στρατιώτας, ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι, ὁρῶντες ἠτυχηκυῖαν τὴν πόλιν, καὶ τῆς παρόδου κρατοῦντας Λακεδαιμονίους, οὐχὶ προὔδωκαν, οὐδ' ἐβουλεύσαντο ἰδίᾳ περὶ τῆς αὐτῶν 473
σωτηρίας· ἀλλὰ πλησίον ὄντων, μεθ' ὅπλων, ἁπάντων Πελοποννησίων, ἀνέῳξαν τὰς πύλας ἡμῖν βίᾳ τῶν πολλῶν, καὶ μᾶλλον εἵλοντο μεθ' ὑμῶν τῶν τότε [1] στρατευσαμένων, εἴ τι δέοι, πάσχειν, ἢ χωρὶς ὑμῶν ἀκινδύνως σεσῶσθαι, καὶ εἰσέφρουν τὸ στράτευμα, καὶ διέσωσαν καὶ ὑμᾶς καὶ

[1] στρατευομένων R.

ἢ ἐν Κορίνθῳ] h. e. *ad Corinthum, in agro Corinthio*, nominatim ἐν τῇ Νεμέᾳ, *in agro Nemeensi*, ut Xenophon scribit Hellen. IV. 2. 8., qui cum Diodoro XIV. 83. collatus nostro loco lucem dat, et ab eo vicissim accipit. Prœlium, cujus Demosthenes meminit, factum videtur Olymp. 96, 2., primo anno ejus belli, quod a Bœotis, Atheniensibus, Argivis, Corinthiis, aliisque fœderatis adversus Lacedæmonios gestum, auctores passim Corinthium vocant. Terminavit id bellum pax Antalcidæ, ut narratur mox, et apud Aristid. T. I. p. 460. Conf. Wesseling. ad Diod. l. c. De toto bello plura sciremus, si superessent hodie historici, quos Schol. laudat, Ephorus et Androtio. Optime tamen hic locus noster docet, duas tum Corinthi factiones fuisse, unam Spartanam, alteram Atticam. Ad illam spectant verba, τῶν ἐν τῇ πόλει, et τῶν πολλῶν, ad quæ conf. Xenoph. c. 4. §. 1., ubi pacis suasores ait fuisse Corinthiorum τοὺς πλείστους καὶ βελτίστους. Altera factio et milites Athenienses designantur verbis, τοὺς στρατιώτας. F. A. Wolf.

Ἀλλὰ πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] Ut qui legatos mittunt dicuntur πρεσβεύεσθαι καὶ διαπρεσβεύεσθαι, sic ἐπικηρυκεύεσθαι λέγονται αἱ πόλεις, ὅταν τοὺς κήρυκας ἐπὶ συμβάσεσι καὶ σπονδαῖς πέμπωσι. καὶ ἐπικηρυκεία dicitur, ὅταν κήρυκες πέμπωνται αἰτησόμενοι ἀνοχὰς ἢ εἰρήνην. Ex edit. Hervag. *Fecialem pro pace mittere.* Nannius.

Πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι] *Legatos de pace aut induciis mittere Spartam*, ad Ephoros, quorum fuit talis consultatio. Harpocratio: ἐπικηρυκεία· τὸ περὶ διαλλαγῶν καὶ φιλίας κήρυκας πέμπειν. Verbum inde ductum, quod legationibus de pace fere caduceator, κήρυξ, addi solebat. Vid. Æschin. in Ctesiph. §. κγ'. Paullo post, βίᾳ τῶν πολλῶν, *invita et reluctante multitudine.* F. A. Wolf.

Εἰσέφρουν] Hæc est lectio Codd. MStorum atque itidem Editt. plurimarum, ante Francofurtensem. Eam vero scripturam in ista editione non consilio, ut arbitror, sed imprudentia, immutatam arbitror in εἰσέφερον. Εἰσέφρουν est verbum Demosthenicum, ut notavit Harpocratio. Quem vide in Εἰσφρήσειν, Valesium ad locum, et Budæum Commentar. pag. 350. Aristoph. Vesp. 886.

Εἴ τις θύραισιν Ἡλιαστὴς, εἰσίτω,
Ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν.

Εἰσφρήσειν, εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι. πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν. Suid. Nec apud Oratores solum, verum etiam apud *priscam Comœdiam*, ut observavit Harpocratio. Taylor. Similem glossam v. apud Ulpian, ad or. Chersones. Εἰσφρῆσαι] πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς ῥήτορσιν ἀντὶ τοῦ εἰσάξειν καὶ εἰσδέξασθαι. v. istam orationem n. 18. ed. Lutet. (in schedis.) Idem. Herv. et Wolfii omnes obsidet εἰσέφερον. Scilicet, si forte exercitum humeris gestarunt. Vulgatum Taylorus restituit e collatione meliorum librorum. Εἰσφρεῖν, ἐκφρεῖν, διαφρεῖν, ἐπεισφρεῖν Atticorum sunt, et idem sonat εἰσφρεῖν, quod alibi et §. ιδ'. est εἰσάγειν, *intromittere*, quo sensu nemo Græce unquam dixit εἰσφέρειν. Vid. Harpocrat. Suidam et Etymol. M., cujus Grammatici verba attulit Brunck. ad Aristoph. Aves 193. Conf. præterea Comici Vesp. 125. 156. 162., ubi item Brunck. recte ἐκφέρειν mutat in ἐκφρεῖν, et Euripid. Troad. 647. Alcest. 1059. et Demosth. de Cherson. §. δ'. F. A. Wolf.

Καὶ εἰσέφρουν τὸ στράτευμα] *Admiserunt*, εἰσεδέξαντο. φρῶ γὰρ καὶ φρημὶ τὸ προΐεμαι:

τοὺς συμμάχους. Ἐπειδὴ [1] δὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνη μετὰ ταῦτα ἐγένετο, ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου, ἀντὶ τῶν ἔργων τούτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐξέπεσον. Ὑποδεξάμενοι δ' ὑμεῖς αὐτοὺς, ἐποιήσατε ἔργον ἀνθρώπων καλῶν κἀγαθῶν. Ἑψη ἴσασθε γὰρ αὐτοῖς ἅπανθ', ὧν ἐδέοντο. Εἶτα ταῦτα νῦν εἰ χρὴ κύρια εἶναι σκοποῦμεν; Ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς τοῖς σκοπουμένοις, εἴ τις ἀκούσειεν, ὡς Ἀθηναῖοι σκοποῦσιν, εἰ χρὴ τοὺς εὐεργέτας ἐᾶν τὰ δοθέντα ἔχειν. Πάλαι γὰρ ἐσκέφθαι ταῦτα καὶ ἐγνῶσθαι προσῆκεν. Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα αὐτοῖς!

## ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἃ μὲν ἐψηφίσασθε τοῖς φεύγουσι δι' ὑμᾶς Κορινθίων, ταῦτ'

[1] δ' ἡ πρὸς R.

tradunt enim hoc modo formari a προϊῶ πρῶ per syncopen, et versione ϖ in φ φρῶ fieri, unde φρημὶ, καὶ φρὲς, ut θὲς, et εἴσφρες, ut ἄφες. Aristoph. εἴ τις θύραισιν ἡλιαστὴς, εἰσίτω, ὡς ἡνίκ' ἂν λέγωσιν, οὐκ εἰσφρήσομεν, *nam cum causæ orari cœptæ fuerint, jam neminem admittemus intro.* Ex edit. HERVAG.

Ἐπειδὴ δὲ πρὸς] Ex Aug. 1. Reiskius scripsit ἐπειδὴ δ' ἡ πρὸς — non majore, puto, jure, quam quo antea ex eodem codice et Par. 2. arripuit τότε στρατευομένων. F. A. WOLF.

Εἰρήνη ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Non male vertit Wolfius ἐπὶ Ἀνταλκίδου, *duce* Antalcida. Vult Demosthenes, Antalcida *auctore*, et huic rei *præfecto*; qui *præcipuum locum* in ista pace componenda habuit: qua de re vide Xenophontem Ἑλλην. lib. IV. pag. 538. Ed. Leunclav. et lib. V. pag. 550. ubi Conditiones habes Pacis istius infamis, quæ vocabatur ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου εἰρήνη. Cæterum minus nota est vulgo hæc significatio præpositionis ἐπὶ, quæ *auctoritatem* denotat Illius, de quo sermo fit. Sic ἐπὶ σοῦ, *te auctore*, ut recte et erudite vertitur apud Lucianum Saturnal. pag. 632. Ed. Grævii. et ita forte intelligendum difficile istud Marci II. 26. ἐπὶ Ἀβιάθαρ, *auctore Abiatharo.* ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, *auctoribus* (non *coram*) *duobus vel tribus testibus*, 1 Tim. V. 19. quod alibi (2 Cor. XIII. 1. ex Deuteron. XIX. 15.) dicitur, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν, *auctoritate oris duorum* etc. id est, auctoritate duorum vel trium testium *narrantium*, vel *deferentium*. Sed de isto Marci loco etc. alias (σὺν Θεῷ) plenius et accuratius. MARKLAND.

Ἡ ἐπὶ Ἀνταλκίδου] Ita ubique vocatur pax cujus pangendæ navarcho Antalcidæ a Lacedæmoniis auctoritas data est. Scilicet hunc sensum in hac locutione habet particula ἐπὶ, ut *auctoritatem* notet. Observatio hæc est Marklandi, quam præfero rationi Casaub. ad Polyb. I. 6. Sic sæpe ἐπὶ μάρτυρός τινος dicunt N. T. auctores, veteresque reliqui. F. A. WOLF.

Ἀλλ' ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς] Sic Cicero in Officiis: *In nonnullis rebus turpem ipsam dubitationem et deliberationem.* Mox ἀκούσαι τοῦ νόμου, v. 3. p. seq. penultima acuta, εὐκτικῆς γ. πρόσωπον. WOLF.

Ὁ λόγος πρῶτον αἰσχρὸς τοῖς σκοπουμένοις] *Statim hoc ipsum Vobis turpe erit, si rumor vulgaverit, Athenienses consultare* etc. Ὁ λόγος est *hoc*, seu *ea res, de qua loquimur.* Vid. Brunck. ad Sophocl. Ajac. 1268. Πρῶτον apponitur, ut alibi εὐθὺς, et pro ὑμῖν est τοῖς σκοπουμένοις. F. A. WOLF.

Πρῶτον] *Statim, ex primo aspectu.* AUGER.

Τοῖς φεύγουσι] Congruentius forte τοῖς φυγοῦσι, propter ἐψηφίσασθε, et quia de re *præterita* loquitur. MARKLAND.

Τοῖς φεύγουσι δι' ὑμᾶς Κορινθίων] Propter Marklandum, qui aoristo ἐψηφίσασθε inductus, τοῖς φυγοῦσι corrigebat, etsi ad φεύγουσιν et φεύγοντας in §. ιδ'. nihil monuit, notare debemus, vocem φεύγων, ubi

ἐστὶν, ὦ ἄνδρες δικασταί! Ὁρᾶτε δ', εἴ τις ἐκείνους τοὺς καιροὺς [1] ἰδὼν, ἢ παρὼν ἤ τινος εἰδότος [2] καὶ διεξιόντος ἀκούσας, [3] ἀκούσαι τοῦ νόμου τούτου, τὰς τότε δωρεὰς δοθείσας ἀφαιρουμένου, [4] ὅσην ἂν κακίαν τῶν θεμένων τὸν νόμον καταγνοίη! Οἱ παρὰ μὲν τὰς χρείας οὕτω φιλάνθρωποι καὶ πάντα ποιοῦντες, ἐπειδὴ δὲ ἐπράξαμεν πάντα ὅσ' ἂν εὐξαίμεθα, οὕτως ἀχάριστοι καὶ κακοὶ φανησόμεθα, ὥστε τούς τε ἔχοντας ἀφῃρήμεθα, καὶ τὸ λοιπὸν μηδενὶ δοῦναι ταῦτ' ἐξεῖναι νόμον τεθείκαμεν. Νὴ Δία, ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὑρημένων ταῦτ' ἦσαν· τουτὶ γὰρ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς. Ἔπειτ' ἐκεῖνο ἀγνοεῖν φήσομεν, ὅτι τὴν ἀξίαν, ὅταν διδῶμεν, δεῖ σκοπεῖν, οὐ μετὰ ταῦθ' ὕστερον χρόνῳ [5] παμπληθεῖ; Τὸ μὲν γὰρ [6] ἐξ 474

[1] εἰδὼς R. [2] Deest καί. R. [3] [ἀκοῦσαι] R. [4] πόσην R.
[5] παμπληθεῖ. R. [6] ἐξαρχῆς T. R.

simpliciter *exulem* indicat, non minus quam ubi *reum*, per omnia tempora dici, quippe omnino pro substantivo acceptum. Exempla ejus usus occurrunt tanta copia, ut de eo dubitare non liceat. Sed est, ubi id ipsum dubitationem habeat, utra vis locis aptior sit, participii, an substantivi. Ita §. ιγ'. supra facile ferimus τοὺς ἐκ Κορίνθου φυγόντας. Contra apud Lycurg. in Leocr. p. 149. scribendum, οἳ τοῦτον ἴσασιν ἐν τῷ πολέμῳ φυγόντα καὶ ἐκπολεύσαντα Ἀθήνηθεν. Sed hæc confusa sunt sæpissime. F. A. Wolf.

Ἰδὼν, ἢ παρὼν ἤ τινος εἰδότος καὶ διεξιόντος ἀκούσας, ἀκούσαι τοῦ νόμου τούτου] Generale, ἰδὼν ἐκείνους τοὺς καιροὺς, *intuens*, *considerans*, *illa tempora*, singulatim explicatur per apposita ἢ παρὼν ἢ ἀκούσας τινὸς εἰδότος καὶ διεξιόντος. In quibus εἰδότος item exprimi poterat voce, παρόντος. Sed hujus potestatem interdum habet εἰδὼς, eximio quodam modo usurpatum. Ut loco appositissimo Nostri Philipp. I. §. ϛ'. Ἐνθυμητέον, καὶ παρ' ἄλλων ἀκούουσι, καὶ τοῖς εἰδόσιν αὐτοῖς ἀναμιμνησκομένοις κ. τ. λ. Jam audi, quid novissimo editori reponere placuerit. Dedit is, ἐκείνους τοὺς καιροὺς εἰδὼς, ἢ π. ἤ τ. εἰδότος διεξιόντος, deleta copula καί. Neque vero his contentus, jubet adeo ἀκούσας ad sequens membrum trahi, inciso post διεξιόντος posito, et omisso optativo ἀκούσαι, pro quo operarum culpa in nonnullis edd. comparet ἀκοῦσαι. Scilicet verbum omnino abesse narrat ab Aug. 1., nec admodum placere ejusdem vocis iterationem. Itaque placuit omnem structuram pervertere, ut jam non Demosthenem loquentem audiamus, sed tironem Græce balbutientem. Itane vero talem iterationem vir doctus hoc in loco primum sibi reperire videbatur? Qua nihil apud optimos scriptores utriusque linguæ frequentius, ut ejus exempla conquirere merus sit labor digitorum. Extremo denique arripuit idem πόσην ἂν κακίαν ex eodem caro Aug. Nos, quibus etiam carior est usus loquendi, vulgatum ὅσην reliquimus. Idem.

Νὴ Δία, ἀνάξιοι γάρ τινες τῶν εὑρημένων ταῦτ' ἦσαν] Supplendum ante hæc, quasi ab adversario aliquo dictum: *Recte ita a nobis decretum. Nam, profecto, indigni* etc. Subita conversio bene declaratur in Scholio, quod videat, qui sensum harum rerum ab Ulpiano exspectat. De seqq. τουτὶ παρὰ πάντ' ἔσται τὸν λόγον αὐτοῖς vid. ad §. α'. Idem.

Τουτὶ γάρ] Utrum, *hoc per totam orationem inculcabunt*, an *præcipue hoc veluti firmamento nitentur?* Wolf.

Τὸ μὲν γὰρ ἐξ ἀρχῆς τι μὴ δοῦναι] Potuit eodem sensu dici, τὴν ἀρχήν τι μὴ δοῦναι, *aliquid omnino non dare*. Locus hic est ex iis, unde discitur, quomodo ἀρχὴν vel τὴν ἀρχὴν particulæ neganti junctum, servata proprietate sua, significare potuerit *plane*, *omnino*. Ubicunque enim dicitur ἀρχὴν μὴ, τὴν ἀρχὴν οὐ, ibi notio inest rei non modo non factæ, sed *ne inceptæ quidem*. Conf. Lennep. ad Phalarid. Epp. p. 82. Mox inverso ordine citat Aristid. Art. p. 483. ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπων, et seq. versu ἀφελέσθαι. Memoriter hoc ille, ut pleraque alia. F. A. Wolf.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

περὶ τούτων μόνων ποιοῦμαι [1]τοσοῦτον λόγον; πολλοῦ γε καὶ δέω. Ἀλλὰ πάντας μὲν οὐδ' ἂν ἐγχειρήσαιμι ἐξετάζειν, ὅσοι πεποιηκότες ὑμᾶς εὖ, διὰ τὸν νόμον, εἰ μὴ λυθήσεται, τὰ δοθέντα ἀφαιρεθήσονται· ἓν δὲ ἢ δύο δείξας ἔτι ψηφίσματα, ἀπαλλάττομαι τοῦ περὶ τούτων λέγειν. Τοῦτο μὲν τοίνυν, Θασίους, τοὺς μετ' Ἐκφάντου, πῶς οὐκ ἀδικήσετε, ἐὰν ἀφέλησθε τὴν ἀτέλειαν; οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον, καὶ τὴν Λακεδαιμονίων φρουρὰν μεθ' ὅπλων ἐκβαλόντες, καὶ Θρασύβουλον εἰσαγαγόντες, καὶ παρασχόντες φίλην ὑμῖν τὴν ἑαυτῶν πατρίδα, αἴτιοι τοῦ γε- 475
νέσθαι σύμμαχον τὸν περὶ Θρᾴκην τόπον ὑμῖν ἐγένοντο· τοῦτο δ', Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην; οἳ Βυζάντιον παραδόντες Θρασυβούλῳ, κυρίους ὑμᾶς ἐποίησαν τοῦ Ἑλλησπόντου, ὥστε τὴν δεκάτην ἀποδόσθαι, καὶ, χρημάτων εὐπορήσαντας, Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, οἵαν ὑμῖν

[1] τὸν T.

tamen, an primaria notio sit οἱ ξένοι, ut et posthac περὶ τούτων sit περὶ ξένων. Conf. §. ιϛ'. Atque hoc video Augerio probari. IDEM.

Οὗτοι] Hi de quibus modo mentio facta est, nempe, Corinthi exules. AUGER.

Τὸν λόγον] Plenius MSS. τοσοῦτον τὸν λόγον, vel λόγον τοσοῦτον, Vindob. Ven. Ital. Regg. α. β. ποιήσομαι λόγον τοσοῦτον Lindenbr. μόνων item (pro μόνον Edit. 1604.) restitui ex superioribus Editionibus, et MSS. TAYLOR.

Τοῦτο μὲν τοίνυν Θασίους τοὺς μετ' Ἐκφάντου] Τοῦτο μὲν etiam et τοῦτο δὲ, sicut τὸ μὲν et τὸ δὲ, *partim* significant, et *cum*, et *tum*, et *simul* geminatum. Sequitur enim τοῦτο δὲ Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην, &c. Id est, *simul enim Thasios, simul Archebion injuria afficietis. Ex edit.* HERVAG.

Θασίους, τοὺς μετ' Ἐκφάντου] Lucramur ex h. l. nomen Thasii, qui ducem se factioni præbuerat, quæ Thrasybulo, τῷ δημοτικῷ, Thasum insulam et urbes Thraciæ adjunxit. Rem ipsam narrant Xenoph. Hellen. in prioribus libri primi, ubi imprim. vid. c. I. §. 23. et c. IV. §. 4. et Diod. Sic. XIII. 72. Pertinet res ad Olymp. 92, 4., hoc est, ad annum belli Peloponn. 23., ut auctor noster cum Xenophonte collatus docere potest. Diodorus paullo serius ponit, ut docte ad eum auctorem monuit Wesseling. F. A. WOLF.

Οἳ παραδόντες ὑμῖν Θάσον] Exstat hæc Historia apud Diod. Sic. lib. 13. qui huic loco lucem dat, et ab eo vicissim accipit. PALMER.

Ἀρχέβιον καὶ Ἡρακλείδην — ἀποδόσθαι] Hinc quoque notitiam quandam lucramur in historia, quam brevius tangit Xenoph. Hellen. IV. 8. 27. Haud diversam enim rem ab historico narrari, fidem faciunt, quæ apud eum leguntur de decimis Ponticarum navium venditis. Nam id ipsum vectigal quum jam prius Athenienses exegissent, eo spoliati videntur clade ad Ægospotamos. Vid. Xenoph. Hellen. I. 1. 14. Polyb. IV. 44. Heraclides an alibi occurrat, equidem nescio. Sed Archebius in studiosis Atheniensium numeratur a Nostro in Aristocrat. p. 683. ed. R. Ambo h. l. principes dicuntur Byzantiorum civium, qui, partibus Atheniensium faventes, urbem suam, Lacedæmoniis tum subjectam, in illorum societatem et ditionem redegerunt. Factum id circ. Olymp. 97, 1. Verbum ἀποδόσθαι proprium est in re vectigalium, sicut Lat. *vendere; verpachten:* ex eodemque genere est ὠνεῖσθαι τὰ τέλη, *publica redimere*, unde τελώνης, δεκατώνης, quem alias dicunt δεκατευτήν. Conf. Harpocrat. in h. v. Notanda est hæc notio emtionis et venditionis vectigalium, ut quæ vim suam in ipsum jus antiquum habuit. F. A. WOLF.

Λακεδαιμονίους ἀναγκάσαι τοιαύτην, οἵαν

ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην. Ὧν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μετὰ ταῦτα ἐκπεσόντων, ἐψηφίσασθε, ἅπερ, οἶμαι, φεύγουσιν εὐεργέταις δι' ὑμᾶς προσῆκε, προξενίαν, εὐεργεσίαν, ἀτέλειαν ἁπάντων. Εἶτα τοὺς δι' ὑμᾶς φεύγοντας, καὶ δικαίως τι παρ' ὑμῶν εὑρομένους, ἐάσομεν ἀφαιρεθῆναι τὰ δοθέντα, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; ἀλλ' αἰσχρὸν ἂν εἴη.

ιέ. Μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ' [1] ἂν, ἐκείνως εἰ λογί-

[1] ἂν ἐκείνως, T. R.

ὑμῖν ἐδόκει, ποιήσασθαι τὴν εἰρήνην] Hic tandem silentium rumpere debuissent Intpp. Sed et bonus Ulpianus silet. Me vero locus diu male habuit, propterea quod vix accipi posse videbatur de pace Antalcidea, quam constat omnes Atticos ubique tam vehementer detestari. Adeant, quibus hoc novum est, locos citatos a Moro ad Xenoph. Hellen. IV. 8. 12. Verum tamen quæ alia pax in h. l. memorari potuerit, non invenias, præsertim si Xenoph. Hellen. V. 1. 32. compares. Statuendum ergo, tres insulas, Lemnum, Imbrum et Scyrum, ex conditionibus istius pacis Atheniensibus relictas, Demostheni satis visum esse, ut dicere non dubitaret, eam pacem populo suo utilem et ex animi sententia factam. Magis hoc mihi persuasit locus Andocidis de Pace p. 95. quæ tota Oratio insigne specimen est rhetoricæ fidei. Omnino quum res publice gestæ a Nostro narrantur plerumque Oratorem narrantem audimus, non historicum. Idem.

Εὐεργεσίαν] Marg. edit. Benenati ἐπιγαμίαν. Omnino recte, unde unde arripuerit, nam in Codd. non videtur talem lectionem reperisse. Ita in Decreto Byzantinorum Perinthiorumque apud Demosth. de Corona: Δεδόχθω τῷ δάμῳ τῷ Βυζαντίων καὶ Περινθίων Ἀθηναίοις δόμεν ἐπιγαμίαν, πολιτείαν, κτᾶσιν γᾶς etc. §. κζ'. Mox v. 5. idem margo submonet εὑραμένους, ἢ εὑρημένους. Taylor. Nullius auctoritatis lectio est in Marg. Ben. ἐπιγαμίαν, quæ tantopere arridet Tayloro et Auger. Recte contra est monitum, ἐπιγαμίαν, h. e. *jus mutui connubii*, non privatis, sed civitatibus et populis dari moris fuisse. Occurrit res v. c. in Xenoph. Hellen. V. 2. 12. Psephism. Byz. et Perinth. in Orat. de Cor. §. κζ'. et in disertissimo decretorum omnium ibid. §. νέ. Εὐεργεσία vero, h. e. *nomen et jura* εὐεργέτου, ornamentum est perhonorificum, quod civitates Græcæ privatis impertiri solebant, et fere etiam apud posteros mansit, ut Inscriptt. docent. Conf. Xenoph. Hellen. I. 1. 17. Demosth. in Aristocrat. p. 668. ed. R. et Inscript. ap. Reines. Cl. VII. N. 23. Is autem honos, præsertim a Pop. Athen. profectus, non raro a principibus aliarum civitatum viris impense expetebatur Xenoph. de Vectig. Athen. III. 11. Utebantur in hac re verbis, ἀναγράφειν, ἀνακηρύττειν, εὐεργέτην τινὰ τῆς πόλεως. Conf. Hemsterhus. ad Lucian. D. M. p. 367. Ceterum quum passim reges in historiis occurrant nomine *Evergetarum*, non dubito, quin ab eodem more ea appellatio ducta sit. Idem.

Εἶτα τοὺς δι' κ. τ. λ.] Vid. supra p. 247. vol. II. h. edit.

Φεύγοντας] Iterum forte φυγόντας, ut εὑρομένους. et versu 2. φυγοῦσιν accuratius videretur. Markland.

ιέ. Ἐκείνως] Punge potius mecum: μάθοιτε δὲ τοῦτο μάλιστ' ἂν, ἐκείνως εἰ λογίσαισθε etc. Verte autem: *Idque potissimum perspicietis, si* hoc *nimirum* pacto *rationem apud vos instituetis.* Atque ita corrigendum arbitror v. 1. p. 447. φέρε δὴ κἀκείνως ἐξετάσωμεν, non κἀκεῖνο. Instituit enim Orator in utroque loco comparationem inter res Thasiorum et Pydnensium. Hujus Populi mentionem injicit non ad rerum gestarum memoriam, sed ad argumenti colorem. *Thasios*, inquit ille, *in loco Pydnensium* etc. *ponite.* Multum utique interest, hoc, an illo modo legamus. Taylor. *Si rem reputaritis hoc modo*, aut ut vulgus loqui solet, *modo sequenti.* Vulgatam rationem omnium, qua ἐκείνως ad prius membrum rejicitur, mutavi monitu Taylori. Ita Isocrat. Paneg. §. 48. Ἐκείνως εἰπών. Aristid. supra c. 53. Σκοπεῖτε κἀκείνως, eodemque modo alii sæpissime. Sic et οὕτως, τόδε, τοῦτο, ἐκεῖνο, ἐκεῖθεν, solenniter ad ea, quæ in oratione proxima sunt, pertinent. Sic paullo mox, φέρε δὴ, κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν. Ubi item Taylorus corrigit κἀκείνως, sed frustra ibi quidem haud dubie. F. A. Wolf.

σαισθε πρὸς ὑμᾶς [1] αὐτούς. Εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν, ἢ Ποτίδαιαν, ἤ τι τῶν ἄλλων χωρίων, ἃ Φιλίππῳ μέν ἐστιν ὑπῆκοα, ὑμῖν δ' ἐχθρὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ ἡ Θάσος ἦν τότε καὶ τὸ Βυζάντιον, Λακεδαιμονίοις μὲν οἰκεῖα, ὑμῖν δὲ ἀλλότρια, παραδώσειν ταῦτ' ἐπαγγείλαιντο, ἂν αὐτοῖς τὰς αὐτὰς δῶτε δωρεὰς, ἅσπερ Ἐκφάντῳ τῷ Θασίῳ, καὶ Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ· καί τινες τούτων ἀντιλέγοιεν αὐτοῖς, ταῦτα λέγοντες· ὡς δεινὸν, εἴ τινες μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων μὴ χορηγοῖεν· πῶς ποτ' ἂν ἔχοιτε πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας; [2] Ἢ [3] δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε, ὡς συκοφαντούντων. Οὐκοῦν αἰσχρὸν, εἰ, μέλλοντες μὲν εὖ πάσχειν, συκοφάντην ἂν τὸν ταῦτα λέγοντα [4] ἡγοῖσθε· ἐπὶ τῷ δ' ἀφελέσθαι τὰς τῶν προτέρων

[1] αὐτοὺς, εἴ T. R. [2] ἢ T. [3] δηλονότι R. [4] ἡγεῖσθε T.

Παραδώσειν ταῦτ'] Nannius: *Idque ea spe faciat*, [Pydnam vel Potidæam tradat] *ut eadem acciperet munera, quæ tum Thasio Ecphanto — concessa fuere.* Recte etiam Wolfius ipse. Nam Francofurtenses, præterquam quod nihil de Demosthene meriti essent, etiam aliquando ejus Interpretem, quasi dedita opera, mutilarunt nobis et conciderunt. Pro se itaque loquatur Wolfius: se *traditurosque licerentur, si eadem dona ipsis daretis, quæ Ecphanto Thasio, et Archebio Byzantio dedistis.* Edit. Interpretationis Wolfianæ. Basil. apud Oporinum, Fol. Sed uterque Interpres initium hujus commatis indistincte vertit, εἴ τινες τῶν νυνὶ ἐχόντων Πύδναν κ. τ. λ. Recte omnia Italus: *Se alcuni di quelli, che hora tengono Pidna, o Potidea — promettessero di darui queste terre, se voi deste loro que' doni, i quali ad Effante Tasso et ad Archebio da Costantinopoli alhora deste.* TAYLOR.

Ἀρχεβίῳ τῷ Βυζαντίῳ· καί τινες etc.] Restituendum puto: τῷ Βυζαντίῳ, [καὶ Ἡρακλείδῃ·] καί τινες etc. Hos enim tres, Ecphantum, Archebium, et Heraclidem, paulo ante conjunxerat; neque ratio erat, quare unus ex iis jam omitteretur. Sic v. 2. p. seq. προδόντες τὴν Πύδναν, καὶ τὰ ἄλλα etc. Codices et Edit. Paris. recte habent: τὴν Πύδναν, [καὶ Ποτίδαιαν,] καὶ τὰ ἄλλα etc. quemadmodum hæ urbes conjunctim nominabantur v. 2. Nimirum Scriba (vel Typotheta forte, in Editione, quæ Wolfii vocatur) conjecit oculos in καὶ Secundo loco: unde voces interjacentes, ut fit, omisit. MARKLAND. Marklando ante καί τινες elapsum videbatur καὶ Ἡρακλείδῃ. Oblitus est addere, quæ causa cogat scriptorem, nomina ante posita hic omnia repetere. Satis poterat habere, ut arbitror, h. l. principem beneficii nominare. In seqq., τινὲς τούτων, notanda venit versuta admodum conversio ad adversarios, quum sufficisset universe dicere τινὲς ὑμῶν, τινὲς Ἀθηναίων. Non dubito enim pronomen illud οὗτοι nunc ad adversarios referre, licet sit, ubi in Oratore *omnes auditores* designat. F. A. WOLF.

Μόνοι τῶν ἄλλων μετοίκων] Cur tandem μετοίκων? Scilicet loquitur de peregrinis, qui accepta immunitate domicilium Athenis collocarunt. Ita ibi sunt in numero τῶν μετοίκων. IDEM.

Ἢ δῆλον, ὅτι φωνὴν οὐκ ἂν ἀνάσχοισθε] Exarant vulgo, ἢ δῆλον ὅτι, pars δηλονότι, et deinde, ἢ πᾶσι πρόδηλον. Utrobique ἢ circumflecti debere patet, et monuit Toupius ad Longin. III. 4. Vix ullum peccatum solennius est in libris. Ita quoque ἀνάσχοισθε particulam ἂν absorpsit in Wolf. et Tayl. F. A. WOLF. ἦ, *sane.* AUGER.

Ἂν ἡγεῖσθε] Scribe ἂν ἡγοῖσθε, ut ἀκούσαισθε. MARKLAND. Consentiunt in scriptura ἡγοῖσθε edd. vett. præter Ald. Herv. Wolf. Tayl., in quibus est ἡγεῖσθε, vitiose, ut jam vidit Markl. Sed mox omnes, et scripti et impressi, ἀκούσεσθε, non ἀκούσαισθε, ut de conjectura Marklandi Reisk. posuit. Non id erat imitatione dignum, uti nunc sero video. Par-

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

Προςήκει τοίνυν τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν τὸν πάντα χρόνον, ἵν', ἕως μὲν ἄν τινες ζῶσι, μηδὲν ὑφ' ὑμῶν ἀδικῶνται· ἐπειδὰν δὲ τελευτήσωσιν, ἐκεῖναι τοῦ τῆς πόλεως ἤθους μνημεῖον ὦσι, καὶ παράδειγματα ἑστῶσι τοῖς βουλομένοις τὶ ποιεῖν [1] ὑμᾶς ἀγαθὸν, ὅτι τοὺς εὖ ποιήσαντας ἡ πόλις ἀντευπεποίηκε. Καὶ μὴν μηδ' ἐκεῖνό γε ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! λανθανέτω, ὅτι τῶν αἰσχίστων ἐστὶ, πάντας ἀνθρώπους ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὰς μὲν συμφορὰς, αἷς δι' ὑμᾶς ἐχρήσαντο οἱ ἄνδρες οὗτοι, πάντα τὸν χρόνον κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας, τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ' ὑμῶν, καὶ δὴ λελυμένας. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἥρμοττε, τὰ δοθέντα ἐῶντας τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν, ἢ, τούτων μενόντων, τὰς δωρεὰς ἀφαιρεῖσθαι. Φέρε γὰρ, πρὸς Διὸς, τίς ἐστιν ὅστις εὖ ποιεῖν [2] ὑμᾶς βουλήσεται, μέλλων, ἂν μὲν ἀποτύχῃ, παραχρῆμα δίκην δώσειν τοῖς ἐχθροῖς· ἂν δὲ κατορθώσῃ, τὰς χάριτας παρ' ὑμῶν ἀπίστους ἕξειν; 477

ιϛ'. Πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί! εἰ

[1] ὑμᾶς τι ποιεῖν R. [2] ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται R.

Προςήκει τὰς στήλας ταύτας κυρίας ἐᾶν τὸν πάντα χρόνον] Extritum mihi quoque ante ἵνα aliquando videbatur verbum εἶναι. Sed conjecturæ nihil tribuo, et Aristidis lectio, κυρίας τηρεῖν τὸν πάντα χρόνον, citata in Art. p. 447., a lapsu memoriæ est. Et deinde habemus ἐᾶν τὰ δοθέντα, simplici accusativo ad verbum ἐᾶν. Ceterum columnis, quæ publicis et sacris in locis servabantur, publicas literas insculpere, Græcis imprimis morem fuisse, ipsa hæc Oratio passim docet. Etiam supersunt ex antiquitate ejus generis monumenta quædam, quærenda apud eos, qui de reliquiis Græcarum artium scripserunt. IDEM.

Τὰς μὲν συμφορὰς — καὶ δὴ λελυμένας] Non sine quadam insolentia συμφοραὶ dicuntur κύριαι pro μένουσαι aut βέβαιαι, ut est in Epist. de Lycurg. libb. p. 198. E. Sic vero melius illucescit oppositio verborum, τὰς δωρεὰς λελυμένας. Quippe ex eodem genere sunt κύρια et λελυμένα. Particulas καὶ δὴ h. l. verte, *paullo post donationem*, alibi statim, continuo. Eas fortasse non intellexit, quisquis in Marg. Ben. scripsit, καὶ διαλελυμένας. In simili sententia Aristid. §. 27. supra a nobis editus adhibet voc. εὐθύς. IDEM.

Δὴ λελυμένας] Marg. Edit. Paris. διαλελυμένας. Proinde quasi olim scriptum fuisset (cujus tamen lectionis vestigium non invenio): τὰς μὲν συμφορὰς — κυρίας αὐτοῖς γεγενημένας· τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς ἀντὶ τούτων ἔλαβον παρ' ὑμῶν [ἀκύρους] καὶ διαλελυμένας. TAYLOR.

Καὶ δὴ λελυμένας] *Protinus revocatas et abrogatas.* Significat enim interdum καὶ δὴ continuo et *protinus*, h. e. *ideo. Ex* edit. HERVAG.

Τῶν ἀτυχημάτων ἀφαιρεῖν] *Tollere ex infortuniis*, i. e. minuere infortunia. AUGER.

Βουλήσεται] Plenius Cod. Obsop. εὖ ποιεῖν ὑμᾶς ἔτι βουλήσεται. et quodammodo Felician. TAYL. Felic. ὑμᾶς τι βουλήσεται. Utrumque videtur interpolationi tribuendum. Et addito ἔτι non magis hic opus, quam supra §. ά. fin. ante πεισόμεθα, aut §. ζ'. ante ἐθελήσει. Nisi rarissima quæque scirem Reiskio carissima esse solere, mirarer hoc quoque ab eo in textu inculcatum. Sed sæpe ita putant in Græcis et Latinis aliquid deesse, si qui eas particulas, quas, quum ipsi Latine scribunt, ubique e vernacula inferciunt, si suum *adhuc, jam, etiam*, et tot alia sua desiderant. F. A. WOLF.

ιϛ'. Πάνυ τοίνυν ἀχθοίμην ἄν — ] De externis hominibus hactenus: jam de civibus

τοῦτο μόνον δόξαιμι δίκαιον κατηγορεῖν τοῦ νόμου, ὅτι πολλοὺς [1] ξένους εὐεργέτας ἀφαιρεῖται τὴν ἀτέλειαν· τῶν δὲ πολιτῶν μηδένα ἄξιον δοκείην ἔχειν δεῖξαι τῶν εὑρημένων ταύτην τὴν τιμήν. Καὶ γὰρ καὶ [2] τἄλλα ἀγαθὰ εὐξαίμην ἂν ἔγωγε παρ' ἡμῖν εἶναι πλεῖστα, καὶ ἄνδρας ἀρίστους, καὶ πλείστους εὐεργέτας τῆς πόλεως πολίτας εἶναι. Πρῶτον μὲν τοίνυν Κονωνα σκοπεῖτε, εἰ ἄρα ἄξιον, καταμεμψαμένους ἢ τὸν ἄνδρα, ἢ τὰ πεπραγμένα αὐτῷ, ἄκυρόν τι ποιῆσαι τῶν ἐκείνῳ δοθέντων. Οὗτος γὰρ ἀνὴρ, ὡς

[1] Deest ξένους. T. [2] τἆλλα T.

Atheniensibus. *Illud ægerrime ferrem, si hoc uno nomine lex a me juste accusari videretur, quod externos multos bene de Republ. meritos immunitate spoliaret, civium autem neminem proferre possem dignum* etc. Id vero Reiskius doctus non bene, quod δίκαιον in δικαίως mutat. Probat tamen Auger. F. A. Wolf.

Πολλοὺς εὐεργ.] Auspicatius omnino, πολλοὺς ξένους εὐεργ. Ald. Ven. Aug. Codd. Reg. α. β. ε. De his enim, ξένους intelligo, hactenus verba facta: sequitur jam Civium, Cononis sc. et Chabriæ fortuna, τῶν δὲ πολιτῶν μηδένα etc. v. 2. Italicus Interpres habuit: *Molto adunque io mi dorrei, giudici, se in questo solo mi paresse potere ragionevolmente accusar la legge, che a molti forestieri nostri benefattori toglie l' esentione; e di i cittadini, che* etc. et Nannius quoque. *Quod plurimos* externos *de Rep. optime meritos* suis *donis spoliaret.* Taylor.

Εὑρημένων] Active, ut sæpius Demosthenes, præsertim in hac Orat. Lept. Cf. Thom. Mag. 394. Reitz. ad Lucian. Ver. Hist. T. IV. p. 563. Bip. et Iens. ad ej. Tyrannicid. T. IV. p. 595. Budæum in Com. L. Gr. p. 301.

Εἰ ἄξιον] Felicius multo Nannius: *Num aliquid in ipso vel rebus ab ipso gestis culpa dignum, ut præmia illius diminuenda censeatis.* Taylor.

Οὗτος γὰρ ἀνὴρ —] Ipse longior spiritus, quo verborum comprehensio hic liberius se effert, indicium quoddam habet, huno hominem ab Oratore studiosius ornari. Sed cujus tandem causa Cononem ornet, non dixit. Suspicioni igitur quum locus sit, rem factam opinor maxime propter illius ex Timotheo nepotem, cui et ipsi nomen Cononi fuit, de quo præter alios loquitur Nepos in Timoth. c. 4. Ad hunc per ætatem quidem hæc causa immunitatis pertinere potuit quam maxime. Jam quæ res gestæ h. l. attinguntur, eæ non sunt reconditioris doctrinæ, ut summatim percurrere sufficiat. Duo insigniora, quæ Cononem illustrant, sunt pugna navalis ad Cnidum, Olymp. 96, 3., novem annis ante Demosthenem natum facta, et eam mox secuta ἀνάστασις τῶν τειχῶν h. e. restitutio murorum Piræei et Athenarum, quos Lysander diruerat. Pugna illa nihil celebrius, quippe qua Atheniensibus principatus Græciæ, quem belli Peloponnesiaci infelix exitus ademerat, gloriose restitutus est. Vid. Andocid. de Pace p. 100. Dinarch. in Demosth. p. 11. Isocrat. Panegyr. c. 41. cum aliorum locis, quos ibi affert Morus p. 80. Cujus notæ occasione lubet notare, eandem pugnam, quæ ubique a Cnido, urbe Rhodo vicina, nomen habet, etiam a Schol. nostro ad §. ιϛ'. med. περὶ Ῥόδον factam dici, quam lectionem in Isocrate mirus consensus librorum firmat. Ac fortasse huc pertinet monitum Ernesti ad Xenoph. Mem. Socr. III. 5. 4. Porro, bellum illud quum unis copiis Persicis confectum sit a Cnone, plane nihil adjuto a civibus suis, vere adjicitur παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβών. In quo vox ἀφορμὴ ad pecuniam, naves, milites, omnem apparatum belli gerendi pertinet. Conf. de ea voce Pricæum in Ep. I. ad Timoth. V. 14. Sed ne quid omittamus, e verbis, ἐκ τοῦ Πειραιῶς, articulum eximit Dionysius περὶ λεκτ. Δημοσθ. δειν. T. VI. p. 997. et Aristid. Art. p. 456., a quo bene notatur loci virtus ex adjunctis περιστάσεσι. Etiam Aug. 1. μετὰ τὴν τ. Δ. κάθοδον τὴν ἐκ Πειραιῶς; idque in textum allegit Reisk. Non nego, hac in formula huno usum vulgatiorem esse; nec desunt tamen, nisi fallor, additi articuli exempla, quæ nos in quoque loco ad fidem codicum reducant. Mox de op-

ὑμῶν τινῶν ἐστὶν ἀκοῦσαι, τῶν κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ὄντων, μετὰ τὴν τοῦ Δήμου κάθοδον τὴν ἐκ [1] τοῦ Πειραιῶς, ἀσθενοῦς ἡμῶν τῆς πόλεως οὔσης, καὶ ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης, στρατηγῶν βασιλεῖ, παρ' ὑμῶν οὐδ' ἡντινοῦν ἀφορμὴν λαβὼν, κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους, καὶ τοὺς πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν, καὶ τοὺς ἁρμοστὰς ἐξήλασεν ἐκ τῶν νήσων· καὶ μετὰ ταῦτα δεῦρ' ἐλθὼν ἀνέστησε τὰ τείχη· καὶ πρῶτος πάλιν περὶ τῆς ἡγεμονίας ἐποίησε τῇ πόλει τὸν λόγον πρὸς Λακεδαιμονίους εἶναι. Καὶ γάρ τοι μόνῳ τῶν πάντων αὐτῷ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται· ἐπειδὴ Κόνων, φησὶν, ἠλευθέρωσε τοὺς Ἀθηναίων συμμάχους - - - Ἔστι δὲ τοῦτο τὸ γράμμα, ὦ ἄνδρες δικασταί! ἐκείνῳ μὲν φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς, ὑμῖν δὲ πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας. Ὅτου γὰρ ἄν τις παρ' ἡμῶν ἀγαθοῦ τοῖς 478
ἄλλοις αἴτιος γένηται, τούτου τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως

[1] Deest articulus. R.

presso statu Athenarum sequitur, τῆς πόλεως ναῦν οὐδεμίαν κεκτημένης. Quod paullulum a veritate rerum recedere dixeris. Constat, pacis legem Atheniensibus reliquisse 12 naves longas. Vid. Wesseling. ad Diod. Sic. T. I. p. 630. Ad quidni Civitas afflicta posthac eo videatur devenisse, ut plane nihil navium haberet? Bellicas dico: aliæ quippe nihil ad rem. Jam prope eodem redit, quod Noster de Cor. §. κή. et alii iisdem fere verbis de loc tempore aiunt, οὐ ναῦς, οὐ τείχη τῆς πόλεως τότε κεκτημένης. Ceterum ἁρμοσταὶ si cui minus ex historia noti sunt, adeat Maussac. ad Harpocr. h. v. aut Mori Indicem Xenoph. Hellenic. F. A. Wolf.

Κατεναυμάχησε Λακεδαιμονίους] Naumachia ad Cnidum: Exstat historia apud Xenophontem lib. 4. Hellenic. Palmer.

Καὶ τοὺς πρότερον] Restitui articulum ex Edit. Lutetiana. Taylor.

Εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν] *Dicto audientes esse assuefecit.* ἀκούω enim, sicut *audio* Latinis, etiam significat *obtempero* et *ausculto alieui.* Ex edit. Hervag.

Καὶ γάρ τοι] Potius τοιγάρτοι, *itaque*; non *etenim.* Markland. Frustra Markl. adscripsit, legendum τοιγάρτοι, *itaque.* Vid. Hoogev. Doctrin. Particc. Gr. XXIV. 2. 2. ubi de particulis illis bene agitur. In seqq. ἐπειδὴ Κόνων — συμμάχους continetur inscriptionis tantum ea pars, quæ facit ad consilium hujus loci. Absolute ibi interjectum est φησὶν, aut, si mavis, subaudi ὁ γράψας. Vana autem sunt, quæ ad verba, μόνῳ τῶν πάντων, Schol. habet. Melius patebit eorum vis, si cogitemus, novum tunc eum titulum *liberatoris sociorum* fuisse, immo omnino antehac inauditum, monumentis publicis nomen civis aut etiam imperatoris inscribi. Optime id docemur a Demosth. de Rep. ord. §. ή. quæ sententia ab eo ad verbum fere repetitur in Orat. adv. Aristocrat. p. 686. ed. R. Conf. Æschin. in Ctesiph. §. ξβ'. quo loco etiam postea utemur. F. A. Wolf.

Φιλοτιμία πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς] *Gloria apud Vos solos.* Nam ita verte, quo oppositio Atheniensium et universitatis ceterorum populorum clara sit. Lycurgus in Leocr. p. 144. Περὶ μὲν γὰρ ἀγνῶτος ἀνθρώπου τοῖς Ἕλλησιν ἐν ὑμῖν αὐτοῖς ἐδοκεῖτ' ἂν ἢ καλῶς ἢ καὶ φαύλως ἐψηφίσθαι· περὶ δὲ τούτου, ὅ τι ἂν βουλεύσησθε, παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἔσται λόγος. Æschin. in Ctesiph. §. ιδ'. Οὐκ ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα σεμνύνεσθαι πρὸς τοὺς ἔξωθεν, ἀλλ' ἀγαπᾶν ἐν αὐτῇ τῇ πόλει τιμώμενον ὑπὸ τοῦ Δήμου. Conf. dicenda ad §. ιθ'. Idem.

Τούτον τὴν δόξαν τὸ τῆς πόλεως ὄνομα καρποῦται] *Ejus rei gloria nomen patriæ fruitur.* Vid. de hoc usu verbi καρποῦσθαι pro vulgari κομίζεσθαι, quod infra

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

τῆς δὲ παρ' ὑμῶν μόνης τοῦτ' ἀφαιρεθήσεται. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο καλὸν, ζῶντα μὲν αὐτὸν οὕτω τιμᾶν, ὥστε τοσούτων, ὅσων ἀκηκόατε, ἀξιοῦν· ἐπειδὴ δ' ἐτελεύτησε, μηδεμίαν ποιησαμένους τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφελέσθαι τὶ τῶν δοθέντων τότε. Πολλὰ μὲν γάρ ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τῶν ὑπ' ἐκείνου πραχθέντων ἄξια ἐπαίνου, δι' ἃ πάντα προσήκει μὴ λύειν τὰς ἐπὶ τούτοις δοθείσας δωρεάς· κάλλιστον [1] δὲ πάντων, ἡ τῶν τειχῶν ἀνάστασις. Γνοίη δ' ἄν τις, εἰ παραθείη, πῶς Θεμιστοκλῆς, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἁπάντων ἀνδρῶν ἐνδοξότατος, ταὐτὸ τοῦτ' ἐποίησε. Λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος, τειχίζειν εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος, κατέχειν κελεύσας, οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους· λόγων δὲ γιγνομένων ἐκεῖ, καί τινων ἀπαγγελλόντων, ὡς Ἀθηναῖοι τειχίζουσιν, ἀρνεῖσθαι, καὶ πρέσβεις πέμπειν τοὺς σκεψομένους κελεύειν· ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἥκον οὗτοι, πέμπειν ἑτέρους παραινεῖν - - - Καὶ πάντες ἴσως ἀκηκόατε, ὃν τρόπον ἐξαπατῆσαι λέγεται Λακεδαιμονίους. Φημὶ τοίνυν ἐγώ, — καὶ πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μηδεὶς φθόνῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλ', ἂν ἀληθὲς ᾖ, σκοπείτω! — ὅσῳ τὸ φανερῶς τοῦ λάθρα κρεῖττον, καὶ τὸ νικῶντας τοῦ 479

[1] δ' ἁπάντων R.

Τοῦτ'] Videtur abundare τὸ τοῦτ', aut pro eo legendum οὗτος. Mox v. 4. τούτων μηδενός. [aberat enim μηδενός.] Wolf. Frustra erat Wolfius, qui putabat, vel abundare τοῦτ', vel in οὗτος mutandum esse. Τοῦτ' ἀφαιρεθήσεται, est, τοῦτο τὸ βέβαιον μένειν ἀφαιρεθήσεται, *hæc stabilitas eripietur;* ex præcedenti membro repetendum. Notandum hoc Lectori Demosthenis, qui sæpe ita scribit. sic §. ιή. de Chabria: *qui cum haberetur, et esset, dux omnium* (ἀσφαλέστατος) *cautissimus, cum imperabat,* ἐχρῆτο τούτῳ, scil. τούτῳ τῷ ἀσφαλεῖ, *hac cautione utebatur pro vobis.* Parum accurate utroque loco vertit Wolfius. Ita §. κζ'. fin. οὐδ' ἔχουσιν, subintellige ἀτέλειαν, ex præcedente Adjectivo ἀτελεῖς petendam. Markland.

Τῆς δὲ παρ' ὑμῶν] *Et donationis, quæ a vobis contigit* ipsi, *auferetur ea pars de qua nunc agitur,* nempe ἡ ἀτέλεια. Auger.

Εἰ παραθείη, πῶς Θεμιστοκλῆς ταὐτὸ τοῦτ' ἐποίησε] Scilicet κλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τείχισιν, Ælian. V. H. III. 47. Rem, post auctorem principem, Thucydidem I. 90., nusquam non repetitam, accuratius quam pro modulo scriptionis persequitur Nepos Themistocl. c. 6. ubi v. Intpp. Noster locus imprimis placet nativa quadam narrandi elegantia. F. A. Wolf.

Λέγεται τοίνυν κ. τ. λ.] Sic distinguatur hic locus: λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος, εἰπὼν τοῖς πολίταις τειχίζειν, κἂν [καὶ κελεύσας ἐὰν] ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος, κατέχειν, οἴχεσθαι. Conjunge λέγεται οἴχεσθαι πρεσβεύων, cæteris intermedio interjectis. Mox v. 16. πέμπειν ἑτέρους παραινεῖν. Wolf.

Παραινεῖν] Editt. παραινεῖ cum Vindob. et παραινῇ. Constructio est: λέγεται — οἴχεσθαι πρεσβεύων — ἀρνεῖσθαι — κελεύειν — παραινεῖν, ut nos edidimus ex auctoritate Codd. Ven. Aug. Ital. Bodl. Cant.

παρακρουσαμένους πράττειν ὁτιοῦν ἐντιμότερον, τοσούτῳ κάλλιον Κόνωνα τὰ τείχη στῆσαι Θεμιστοκλέους. Ὁ μὲν γὰρ λαθὼν, ὁ δὲ νικήσας τοὺς κωλύσοντας ταὐτὸ τοῦτο ἐποίησεν. Οὐ τοίνυν ἄξιον, τὸν τοιοῦτον ὑφ' ὑμῶν ἀδικηθῆναι, οὐδ' ἔλαττον σχεῖν τῶν ῥητόρων, τῶν διδαξόντων ὑμᾶς, ὡς ἀφελέσθαι [1] τι χρὴ τῶν ἐκείνῳ δοθέντων.

ιζ'. Εἶεν! Ἀλλὰ, νὴ Δία, τὸν παῖδα τοῦ Χαβρίου περιΐδωμεν ἀφαιρεθέντα τὴν ἀτέλειαν, ἣν ὁ πατὴρ αὐτῷ, δικαίως παρ' ὑμῶν λαβὼν, κατέλιπεν; ἀλλ' οὐδένα ἀνθρώπων εὖ φρονοῦντ' ἂν [2] οἶμαι ταῦτα φῆσαι καλῶς ἔχειν. Ἴστε μὲν οὖν ἴσως καὶ ἄνευ τοῦ παρ' ἐμοῦ λόγου, ὅτι σπουδαῖος Χαβρίας ἦν ἀνήρ· οὐ μὴν κωλύει γε οὐδὲν κἀμὲ διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. Ὃν μὲν οὖν τρόπον, ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους

[1] τί R. τὶ T. [2] οἴομαι R.

TAYLOR.

Παρακρουσαμένους] Premitur quodammodo Themistoclis factum significatu humilis fraudis, qui huic verbo adhæret ex origine sua. Harpocratio: Παρακρούεται, ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ. Πολὺ δέ ἐστι παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς, καὶ παρὰ Δημοσθένει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Μετῆκται δὲ τοὔνομα ἀπὸ τοῦ τοὺς ἱστάντας τι ἢ μετροῦντας κρούειν τὰ μέτρα καὶ διασείειν ἕνεκα τοῦ πλεονεκτεῖν· καὶ ὡς Σοφοκλῆς που· Ὡς μήτε κρούσῃς, μήθ' ὑπὸ χεῖρα βάλῃς. Verbo quater usus Demosthenes in Philippicis, Olynth. A. §. γ'. Philipp. B. §. δ'. ζ'. De Halon. p. 97., longe frequentius in reliquis Oratt. Et in Macart. p. 1060. ed. R. eadem vi, qua h. l., opponuntur inter se νικᾶν et παρακρούσασθαι. Ad hæc conf. Valcken. Animadvv. ad Ammon. III. 8., qui aliud simile comparat, κρουσιμετρεῖν. F. A. WOLF.

Τῶν διδαξόντων ὑμᾶς] Sic Wolfius et Taylorus, ante quos obtinebat ἡμᾶς. Nostra scriptura potior videtur, eandemque in iisdem his verbis habemus §. λβ'. fin. At Aug. 1. pronomen prorsus abjecit; id quod novissimo editori placet. Nobis non item. IDEM.

ιζ'. Εἶεν! ἀλλὰ νὴ Δία —] Ad locum venimus, ad quem Orator omnem vim dicendi, quæ in hujus quidem dictionis orationem cadere posset, et omne πάθος suum reservasse videri debet. Chabriæ honores et præmium propter heredem ejus, Ctesippum, sibi imprimis cordi esse, si aliunde non constaret, facile id quemque hujus loci tractandi modus et artificium doceret. Nec minus illud artificiose, quod nunc demum ad hoc argumentum ducimur, ducique videmur temporum ordine magis quam aliquo consilio Oratoris. Neque tamen ullus erat huic argumento locus magis idoneus. Præterea ipse transitus artem habet, quam scite notat Scholion cod. Bav. Τὸ σχῆμα τῆς μεταβάσεως πάνυ θαυμαστόν· τὸ γὰρ μὴ ἐκ περιβολῆς, μηδὲ πεφροντισμένως, ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν, ἀφείλετο τὴν ὑπόνοιαν τοῦ δοκεῖν πρὸς χάριν ὑπὲρ τοῦ Χαβρίου παιδὸς λέγειν κ. τ. λ. IDEM.

Ὑμᾶς ἔχων] Id est ὑμᾶς μόνους, *vos solos habens*, sine sociis et auxiliis: si sanus sit locus. Mox v. 1. p. seq. Γοργόπαν rectius scribatur per ω in secunda syllaba, ut semper apud Xenophontem lib. V. Ἑλληνικῶν, initio: licet ibi male pingatur Accentus, Γοργῶπαν, pro Γοργώπαν. MARKLAND.

Ὑμᾶς ἔχων, πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους —] Unum ὑμᾶς intelligi debere ὑμᾶς μόνους, evincitur oppositis verbis, quæ continuo adduntur, *contra Lacedæmonios omnes*. Cur locum minus sanum aut integrum putemus, causam nullam video. Sed illud ὑμᾶς ἔχων, h. e. *a Vobis solis comitatus, cum unis copiis Vestris*, magis oratorie dictum videtur, quam ex veritate. Aliud agebat vir doctus, qui explicando jungebat ὃν τρόπον ὑμᾶς ἔχων, vertens: *quomodo Vos habentes, quomodo comparatos, in quanta rerum omnium inopia, quanta infirmitate et animorum de-*

παρετάξατο ἐν Θήβαις, καὶ ὡς [1]Γοργώπαν ἀπέκτεινεν ἐν Αἰγίνῃ, καὶ ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι, πᾶσαν ἐπελθὼν ὀλίγου δέω λέγειν χώραν, οὐδαμοῦ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα, οὐδ' αὐτὸν κατήσχυνεν· οὔτε πάνυ ῥᾴδιον κατὰ τὴν ἀξίαν εἰπεῖν, πολλή τε αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτα ἐλάττω φανῆναι τῆς ἐν ἑκάστῳ νῦν περὶ αὐτοῦ δόξης ὑπαρχούσης. Ἃ δ' οὐδαμῶς ἂν εἰπὼν [2]οἶμαι μικρὰ ποιῆσαι, ταῦθ' ὑπομνῆσαι πειράσομαι. Ἐνίκησε μὲν τοίνυν Λακεδαιμονίους ναυμα-

[1] Γοργόπαν T.

[2] οἴομαι R.

*jectione.* Tot verba ut cassa palearum evanescunt emendata interpunctione, quæ sæpe in illius editione abominabilis est. Quod historias in h. l. attinet, præter Xenophontem, qui eas minus accurate prodidit, vide Diodor. Sic. XV. 25. seqq. et Nepot. Chabriam, quod scriptum tamen totum jejunius compilatum puto e Theopompo. Res summas ut brevissime complectar, post Thebas ope Pelopidæ, Mellonis aliorumque liberatas, atque Piræeum a Sphodria occupatum, Thebani, Athenienses et aliæ gentes Græciæ Olymp. 100, 4. societatem belli coeunt contra Lacedæmonios, qui resumtis viribus tunc superbius dominabantur. Bellum administrat Chabrias, qui jam Olymp. 96, 4. bello Corinthiaco ducem fortem se præstarat, cum eo Timotheus, Cononis filius, et Callistratus, Orator alias nobilis. Eodem, quo bellum exarsit, anno fit pugna illa apud Thebas, noto Chabriæ strategemate insignis, et alia, eodem duce, apud Naxum navalis, cujus victoria ubique celebratur, quippe a bello Peloponnesio prima, quam Athenæ propriis viribus ex Lacedæmone retulerunt. Vid. Diodor. XV. 35. Plutarch. Camill. p. 138. B. et Phoc. p. 744. C. Græciæ populi etsi LXX. fere in illud fœdus convenerant, tamen Peloponnesii ut accederent, adduci se passi non sunt. Hinc explic. πρὸς ἅπαντας Πελοποννησίους. Mox ἐν Θήβαις, *ad Thebas.* Sæpe ἐν est *prope, ad, apud.* Conf. Ernest. ad Callimach. H. in Dian. 238. Sequitur Gorgopas, Lacedæmonius, ἐπιστολεὺς navarcli Hieracis, a quo relictus erat Æginæ. Sed legitur hoc apud unum Xenoph. Hellen. V. 1. 5. seqq. Quo ex fonte correxi Scholion, sic vulgo lectum: Στρατηγὸς ἦν Θηβαίων· ὃν κτείνει Χαβρίας ἐν Αἰγίνῃ ἀπιόντα βοηθῆσαι Εὐαγόρᾳ. Dein ὅσα ἐν Κύπρῳ τρόπαια ἔστησε, scilicet Evagoræ Persarum armis petito publice in auxilium missus Chabrias circ. Olymp. 97, 3. Vid. Diodor. XIV. 98. et Cornel. Nep. Chabr. c. 2. ubi vel hic locus Demosthenis Lambino satisfacere debebat. Μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, quo sua sponte venerat, ut privatam operam Ægyptiis navaret, primo Olymp. 100, 4. iterum 104, 3. Vid. Diodor. XV. 29. et 92. et Cornel. l. c. F. A. Wolf.

Καὶ ὡς] Aristides pag. 495. Vol. II. Edit. Jebb. καὶ Γοργώπαν (uti etiam legit Cod. Reg. ε.) ἀπέκτεινεν ἐν Αἰγίνῃ, καὶ ὅσα ἐνῆν πρώην ἐποίησε, καὶ μετὰ ταῦτα ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὅτι κ. τ. λ. Mendose satis. Neque enim, si cætera sana essent, istud πρώην ex Historia tolerari potest. Taylor.

Λέγοντος ἐμοῦ] Ita pungitur hic locus in Editt. superioribus. Quam etiam distinctionem sequitur Wolfius in interpretatione, licet ad mentem meam extremæ Editiones, nescio, an casu, an judicio, distinguant: πολλή τε αἰσχύνη, λέγοντος ἐμοῦ, ταῦτα ἐλάττω φανῆναι etc. Idem.

Ἐνίκησε μὲν τοίνυν Λακεδαιμονίους ναυμαχίᾳ] Ad Naxum insulam, de qua pugna navali vide Plutarchum in Camillo. Palmer.

Ἐνίκησε μὲν τοίνυν Λακεδαιμονίους ναυμαχίᾳ —] Plura hoc in loco oratorie exaggerata esse ad Chabriam ornandum, suspicionem movent, quæ paullo post leguntur de nulla urbe, nulla navi, nullo milite, ductu illius amissis. Talia hæc sunt, quæ post hominum memoriam nulli unquam ne felicissimo quidem duci contigerunt. Potest autem fieri, ut res, quas hodie ignoramus, splendida hæc mendacia Atheniensibus verisimiliora fecerint; nec sane rationem narrationis hujus in omnibus explorare nobis licet. Conf. Wesseling. not. ad Diodor. T. II. p. 29. F. A. Wolf.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

εἷλε, κατὰ μίαν καὶ δύο λαμβάνων· ἃς ἁπάσας εἰς τοὺς ὑμετέρους λιμένας κατήγαγεν· ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ, μόνος τῶν πάντων στρατηγῶν οὐ πόλιν, οὐ φρούριον, οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδένα, ἡγούμενος ὑμῶν· οὐδ' ἐστὶν οὐδενὶ τῶν ὑμετέρων ἐχθρῶν τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ὑμῶν τε κἀκείνου· ὑμῖν δ' αὖ ἀπὸ πολλῶν πολλά, ἐκείνου στρατηγοῦντος. Ἵνα δὲ μὴ λέγων παραλείπω τι τῶν πεπραγμένων αὐτῷ, ἀναγνώσεται γεγραμμένας ὑμῖν τάς τε ναῦς, ὅσας ἔλαβε, καὶ οὗ ἑκάστην, καὶ τῶν πόλεων τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῶν χρημάτων τὸ πλῆθος, καὶ τῶν τροπαίων, οὗ ἕκαστον. Λέγε!

## ΠΡΑΞΕΙΣ ΧΑΒΡΙΟΥ.

Δοκεῖ τισὶν ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! οὗτοσὶ ὁ τοσαύτας πόλεις λαβὼν, καὶ τριήρεις τῶν πολεμίων ναυμαχίᾳ νικήσας, καὶ τοσούτων καλῶν αἴτιος ὢν, αἰσχροῦ δ' οὐδενὸς τῇ πόλει, ἄξιος εἶναι ἀποστερηθῆναι τὴν ἀτέλειαν, ἣν εὕρετο παρ' ὑμῶν, καὶ τῷ υἱεῖ κατέλιπεν; ἐγὼ μὲν οὐκ οἴομαι. Καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν μὲν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν, ἢ 481

dequinquaginta Lacedæmoniis ereptas. Nec opus est τὸ ἄλλας mutare in ὅλας, *totas*, sive *integras*. Mox [sc. pag. 457. 2.] κἀν ἑάλω. Obsop. καὶ εἰ ἑάλω. et, pro τὰς παλαιὰς, [v. 17.] τὰς πάλαι. et, μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων, non κοινῶν. et, ὑπὲρ ὧν ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν [v. pen. Nam in Editione, quam sequebatur Wolfius, deerat ἐλθών.] et, βεβαίως πως ἐκεῖνος. p. 458. 8. Wolf.

Τρόπαιον οὐδὲν ἀφ' ὑμῶν τε κἀκείνου] Frequentissimus est hic usus particulæ ἀπὸ, ubi tropæi *de* populo positi mentio fit; fortasse inde ductus, quod armis tropæa ornari solebant, victo hosti detractis. Verum simpliciter quoque dicitur τρόπαιον στῆσαί τινων vel κατά τινων. Exempla dabit Taylor. ad Lysiæ Or. fun. p. 89. F. A. Wolf.

Τῶν τροπαίων οὗ ἕκαστον] *Quo loco quodque*. Sic et paullo ante accipio οὗ ἑκάστην, non, *cujus populi*. Jam πράξεις Χαβρίου, quæ recitantur, scriptum id videtur mihi Oratoris fuisse, et huic actui destinatum, non publicum. Idem.

Ἐγὼ μὲν οὐκ κ. τ. λ.] Ego sic distinguo: ἐγὼ μὲν οὐκ οἴομαι· καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη: ita ut phrasis terminetur et alia incipiat: μίαν μὲν - - - Auger.

Καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη, μίαν etc.] Deest aliquid, ut bene vidit Lambinus, qui suppiet: ἄλογον εἴη, εἰ, μίαν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν etc. Verius puto: ἄλογον εἴη, ὅτι, μίαν πόλιν εἰ ἀπώλεσεν etc. Lysias contra Nicomach. pag. 845. 6. δεινὸν δέ μοι δοκεῖ εἶναι, ὅτι, εἰ μὲν περὶ ἰδίων etc. vide locum. Markland. Annotari, non corrigi debebat structura hujus periodi, cujus duo primaria membra negligentius et sine ullo conjunctionis vinculo posita sunt. Dicas quidem cum Lambino, ante μίαν a prægresso εἴη absorptum deesse εἰ, quod exspectes ad εἰσήγγελον, ἀπολώλει et ἔσται. Sic autem minimo intervallo ter eandem particulam legeremus. Quod ut caveret, quidni potius statuamus auctorem ad illud genus constructionis ἀσύνδετον devenisse? Similiter locum vindicat Reisk. contra Marklandum, qui ὅτι addi volebat post εἴη. Id vero vel propter hypothesin dubie expressam h. l. non placet. Etiam plura obstant remedio Augerii, ad superiorem periodum trahentis verba, καὶ γὰρ ἂν ἄλογον εἴη. Porro in οὗτοι post εἰσήγγελον eadem amarities inest, quæ antea §. ιέ. Simul in transcursu mores Populi notantur. Una urbs, una minima classis amissa, imperatori rebus optime gestis claro in crimen προδοσίας ducitur, et capitis periculum afferre potest. De actione εἰσαγγε-

ναῦς δέκα μόνας, περὶ προδοσίας ἂν αὐτὸν [1] εἰσήγγελον οὗτοι, καὶ, εἰ ἐάλω, τὸν ἅπαντα ἂν ἀπολώλει χρόνον· ἐπειδὴ δὲ τοὐναντίον ἑπτακαίδεκα μὲν πόλεις εἷλεν, ἑβδομήκοντα δὲ ναῦς ἔλαβε, τρισχιλίους δ' αἰχμαλώτους, δέκα δὲ καὶ ἑκατὸν τάλαντα ἀπέφηνε, τοσαῦτα δὲ ἔστησε τρόπαια, τηνικαῦτα [2] δὴ οὐκ ἔσται κύρια αὐτῷ τὰ δοθέντα ἐπὶ τούτοις!

ιή. Καὶ μήν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ ζῶν πάνθ' ὑπὲρ ὑμῶν φανήσεται πράξας Χαβρίας, καὶ τὴν τελευτὴν αὐτὴν τοῦ βίου πεποιημένος οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινός· ὥστε δικαίως ἂν οὐ μόνον διὰ τὰ ζῶντι πεπραγμένα φαίνοισθε εὐνοϊκῶς διακείμενοι πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ διὰ ταύτην. Ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κἀκεῖνο σκοπεῖν, ὅπως μὴ φανούμεθα φαυλότεροι Χίων περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενημένοι. Εἰ γὰρ ἐκεῖνοι μὲν, ἐφ' οὓς μεθ' ὅπλων ἦλθεν ἐν ἐχθροῦ τάξει, μηδὲν ὧν ἔδοσαν πρότερον, νῦν ἀφῄρηνται, ἀλλὰ τὰς παλαιὰς χάριτας μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων πεποίηνται· ὑμεῖς δ', ὑπὲρ ὧν ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν ἐτελεύτησεν, ἀντὶ τοῦ διὰ ταῦτα ἔτι μᾶλλον αὐτὸν τιμᾶν,

[1] εἰσήγγελλον R. [2] δὴ T. R.

λίας vid. Salmas. de Mod. usur. p. 589. et Herald. ad I. A. et R. p. 221. Mox quæ sequuntur, ἑπτακαίδεκα μὲν κ. τ. λ., hinc descripsit Aristid. Declamat. §. 103., forsan alio nullo auctore nixus. F. A. Wolf.

Τηνικαῦτα δὲ] Potius τηνικαῦτα δὴ, *tunc demum*, cum Bodl. et marg. Morel. Taylor. Recepi τηνικαῦτα δὴ monitu Taylori et Auger. Primum defensio vulgati δὲ, qua Reisk. utitur, mihi displicebat; tum animo obversabantur exempla bene multa, in quibus plane ut h. l. postrema pars periodi illata habet verba, τηνικαῦτα δὴ, τότε δὴ, εἶτα δὴ, *tum vero, tum demum*. Ac plurimis recte ita fecisse videbor, quum VV. DD. passim negent particulam δὲ ab Atticis in apodosi adhiberi. Atque nunc nec hoc satis exploratum dico esse, et locos in iisdem Atticis superesse non paucos, qui huic decreto repugnent, quamvis jam plures nobis subtraxerint editores, qui de mera conjectura δὲ in δὴ mutarunt. At vero rem, quam ne ii quidem satis subtiliter tractarunt, qui de particulis data opera scripserunt, ut Hoogevenius, quando justam declarationem hic locus non capit, equidem universe attingere malui, quam culpam, si qua mea est, celare. Idem.

ιή. Φανήσεται] In hoc futuro forsitan aliquis offenderit. Sed et alibi sic Attici. Ut Æschin. in Ctesiph. §. κή. Δημοσθένης ἐνιαυτὸν βουλεύσας, οὐδεμίαν πώποτε φανεῖται πρεσβείαν εἰς προεδρίαν καλέσας, ἀλλὰ τότε μόνον καὶ πρῶτον κ. τ. λ. Ellipsis est, ἐὰν σκοπῆτε. Plene supra §. θ'. Οὗτος, ἂν σκοπῆτε, φανήσεται συνεχῶς ἡμᾶς εὖ ποιῶν. Idem.

Καινῶν] Vulgo κοινῶν, nullo sensu. τὰς παλαιὰς χάριτας μείζους τῶν καινῶν ἐγκλημάτων. Restitui ex Obsop. Bodl. Cant. Ital. et Editt. Felician. et Manut. Ita Versio Tuscana. Taylor. De Chiis, non magis cognoscitur ex historiis, quæ præmia Chabriæ dederint, quam illud, quod de Conone ab aliis populis ornato legimus §. ις'. med. Ceterum antitheta præclare h. l. cumulata pro se quisque notabit. Conf. ad §. ή. med. F. A. Wolf.

Ἐπ' ἐκείνους ἐλθὼν ἐτελεύτησεν] Occidit videlicet Chabrias in obsidione Chii, belli socialis anno primo, Olymp. 105, 3. Interitum ejus narrant Diodor. XVI. 7, et Nepos extr. Idem.

καὶ τῶν ἐπὶ ταῖς προτέραις εὐεργεσίαις τι δοθέντων ἀφῃρη-
μένοι φανήσεσθε· πῶς οὐκ εἰκότως αἰσχύνην ἕξετε; Καὶ
μὴν [1] καὶ κατ' ἐκεῖνο ἀνάξια ἂν εἴη πεπονθὼς ὁ παῖς, εἰ
τῆς δωρεᾶς ἀφαιρεθείη, [2] καθὸ πολλάκις ὑμῶν στρατηγή- 482
σαντος Χαβρίου, [3] καὶ οὐδενὸς πώποτε υἱὸς ὀρφανὸς δι'
ἐκεῖνον ἐγένετο, αὐτὸς δ' ἐν ὀρφανίᾳ τέθραπται διὰ τὴν
πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίαν τοῦ πατρός. Οὕτω γὰρ, ὡς ἀλη-
θῶς ἔμοιγε φαίνεται, βεβαίως πως ἐκεῖνος ἐγένετο φιλό-
πολις, ὥστε δοκῶν καὶ ὢν ἀσφαλέστατος στρατηγὸς
ἁπάντων, ὑπὲρ μὲν ὑμῶν, ὁπότε ἡγοῖτο, ἐχρῆτο τούτῳ·
ὑπὲρ [4] αὐτοῦ δ', ἐπειδὴ τὸ καθ' αὐτὸν ἐτάχθη κινδυνεύειν,

[1] Deest καί. T. [2] καθ' ὃ R. [3] Deest καί. R. [4] αὐτοῦ R.

Καὶ μὴν κατ' ἐκεῖνο] Lege cum Edit. Morel. et Cod. Lindenbr. καὶ μὴν καὶ κατ' ἐκεῖνο, (ut legitur §. κά. med. καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο, et §. κγ'. καίτοι καὶ παρ' ἐκείνοις τινές εἰσιν ἴσως ἀγαθοί. et §. κή. πῶς γὰρ καὶ κατὰ τοῦτο, *nam* vel *hac ratione*) quod multum ad sensum confert, et facile Librarium in ea sede latere potuit. *Et vel eo solo nomine, ut cætera omittam, indigne ageretur cum Ctesippo.* Annon vides, mi lector, quantum accedat? Pergo autem. Hic defuit ea vocula, mox abundabit. Lege enim: πολλάκις ὑμῶν στρατηγήσαντος Χαβρίου, οὐδενὸς πώποτε υἱὸς, sine καί. Ita etiam habet bonus Cod. Reg. α. TAYL. Posteriore καὶ carent Ald. Herv. Felic. Wolf. Reddidit e ceteris libris Taylorus, qui confert locos similes §. κά. κή. Ut sit: *At vero vel solo hoc nomine* (ut cetera omittam) *indignum in modum cum Ctesippo ageretur* etc. Κατά τι est *propter causam aliquam.* Hodie dicunt verbis Latinis quidem, sed male usurpatis: *ratione alicujus rei habita.* Jam quæ particula principio deerat, eadem ante voc. οὐδενὸς Tayloro abundare videtur, et Reiskius expunxit de auctoritate Par. 1. Aug. 1. Bav. Quod licet et Augerio placeat, imitari nolui idcirco, quod vi intendendi, non copulandi, acceptæ particulæ ratio constat. *Chabrias etsi sæpe exercitum Vestrum duxit, tamen ne unius quidem filius per eum orbus factus est.* Occurrit certe καὶ εἷς, *vel unus*, quod accedente negativa quid aliud est, nisi *ne unus quidem?* Quanquam an ita frequentetur forma, καὶ οὐδεὶς, nunc non præstarim, quum certa illius exempla non succurrant. Notarunt sibi fortasse diligentiores. F. A. WOLF.

Ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται] Wolfius hunc locum interpretatur juxta suam punctationem: ὡς ἀληθῶς ἔμοιγε φαίνεται βεβαίως, etc. An hoc est Demosthenicum? Tu dijudica. Porro nonnulli Codd. habent pro ἐγένετο, εἶναι. Quibus ducibus, delenda est Parenthesis, et φαίνεται (vel potius ἐφαίνετο) construendum est cum εἶναι. Deinde pro πως in hoc loco, Cod. Aug. ὡς, ita ut vocula inutilis ortum videretur habere ex fine præcedentis. Quod verum esse arbitror. TAYLOR. Egregie textum depravat scriptura, quam Taylorus, e librorum quorundam vestigiis erutam, vulgatæ præfert: οὕτω γὰρ, ὡς ἀ. ἔ. ἐφαίνετο βεβαίως ἐκεῖνος εἶναι φιλόπολις. Ubi simul hoc mirum, quod ab illo vocula πως post βεβαίως tanquam inutilis proscribitur. Quoties hæcce enclitica sic adverbiis juncta in Atticis occurrit! Fortasse delusit virum optimum editio Wolfii, male verba dispungens. Nostri: *Er war so ganz (so aus festen Grundsätzen) Patriot* etc. (*he was so entirely (in my own opinion on sound principles) a patriot* &c.) F. A. WOLF.

Ὑπὲρ ὑμῶν ἐχρῆτο τούτῳ] H. e. τῷ ἀσφαλεστάτῳ. *Vestra quidem causa hac summa cautione utebatur.* Ita de Agesilao Xenophon Hellen. IV. 3. 19. Ἐνταῦθα δὴ ἀνδρεῖον μὲν ἔξεστιν εἰπεῖν ἀναμφισβητήτως· οὐ μέντοι εἵλετό γε τὰ ἀσφαλέστατα κ. τ. λ. Quem ad locum conf. Plutarch. in Pelop. p. 278. IDEM.

Ἐπειδὴ τὸ καθ' αὐτὸν etc.] Forte ἐπειδὴ τότε. Verti: *cum suum cornu periclitaretur.* Sed ὑμῶν ὁπότε ἡγοῖτο et ἐπειδὴ καθ' αὐτὸν (τὸ καθ' αὐτὸν eleganti pleonasmo articuli) ἐτάχθη κινδυνεύειν, videntur opponi inter sese: ut dicat, eum fuisse στρατηγὸν μὲν ἀσφαλῆ, στρατιώτην δὲ ἀφειδῆ καὶ θρασύν. Quare vertas licebit: *Cum per*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ιθ'. Ἐγὼ δ' ἔτι τοῦτ' εἰπεῖν ὑπὲρ Χαβρίου βούλομαι. Ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην, οὐ μόνον αὐτὸν ἐτιμήσατε, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνον, Στράβακα καὶ Πολύστρατον. Καὶ πάλιν Τιμοθέῳ διδόντες τὴν δωρεὰν, δι' ἐκεῖνον ἐδώκατε καὶ Κλεάρχῳ καί τισιν ἄλλοις [1] πολιτείαν. Χαβρίας δ' αὐτὸς ἐτιμήθη παρ' ὑμῖν μόνος.

[1] τὴν πολιτείαν T.

commentati, ut in rem præsentem adducti non legere videamur elaborata, sed audire ex tempore fusa. Ita Demosthenes h. l. scribam nobis ob oculos ponit cunctantem et psephisma requirentem, quem jubet circumspicere curatius; mox ut homini spatium ad quærendum det, simulaus se quod in solum, ut dicunt, loqui velle, ad novum enthymema in Leptinem accingitur. Simile quid reperitur in notabili loco Nostri de fals. leg. p. 407. ed. R., ubi, si quando proposito aliena legere lubebit, legas Reiskium in Not. ad l. c. Demosthenis hunc quoque modum imitator Romanus, non magnopere ille de verbis singulis aut sententiis exprimendis sollicitus, sed artem universam Græci exempli æmulatus, hunc ergo modum Cicero transtulit in Verrinam IV. 3. hoc est, in eam Orationem, quam scriptam tantum scimus esse, non habitam. Ibi quum dixit, *Canephoræ ipsæ vocabuntur*, statim auditorem aliquem de nomine artificis interrogare se simulans, quasi ipse talis rei rudis, addit: *Sed earum artificem quem? quemnam?* Tum parvo intervallo: *Recte admones; Polycletum esse dicebant.* Quæ ultima verba sic efferuntur, ut nomen artificis Oratori ab aliquo ex corona suggestum videatur. Jam ex tribus his locis puto cognosci posse, cur ita antiqui fecerint, quum consulto fecisse appareat. Nimirum sicut poetæ scenici fabulas suas ita faciunt, ut etiam in cubiculo lectæ nos mente animoque in scenam abripiant: eodem plane modo illi, quorum scena erat forum et judicia, ita nativum colorem quendam et gratiam putarunt orationibus scriptis accedere, si habitis essent simillimæ; qua arte lector sibi e cubiculo suo videretur in solem et pulverem translatus. Simul non dubium est, hanc speciem extemporalitatis ἀξιόπιστον ποιεῖν λόγον, quod ad h. l. observat Aristid. in Arte p. 467. Ad Ciceronis locum conf. Quinctil. IX, 2. 61. Idem.

ιθ'. Τιμῶντές ποτε Ἰφικράτην —] Scilicet Iphicratem donarunt statua ænea, victu Prytanei, aliis præmiis, teste Demosth. in Aristocr. p. 663. ed. R. Quocum conf. Æschinem in Ctesiph. §. ζ'. ubi etiam similium honorum Timothei meminit, et rerum, quæ suos utrique meruerant. Ἐπερώτησον τοὺς δικαστὰς, inquit ille Demostheni, coronam affectanti, εἰ ἐγίγνωσκον Χαβρίαν, καὶ Ἰφικράτην, καὶ Τιμόθεον, καὶ πυθοῦ παρ' αὐτῶν, διὰ τί τὰς δωρεὰς αὐτοῖς ἔδοσαν, καὶ τὰς εἰκόνας ἔστησαν· ἅπαντες γὰρ ἅμα σοι ἀποκρινοῦνται, ὅτι Χαβρίᾳ μὲν διὰ τὴν περὶ Νάξον ναυμαχίαν, Ἰφικράτει δὲ, ὅτι τὴν μόραν Λακεδαιμονίων ἀπέκτεινε (v. locc. laudd. a Lambin. ad Cornel. Nep. Iphicratem et Wesseling. ad Diodor. T. I. p. 712.) Τιμοθέῳ δὲ, διὰ τὸν περίπλουν τὸν εἰς Κέρκυραν, His conf. loca, quæ designant Muret. Var. Lectt. VIII. 22. et Taylorus ad Lysiæ Fragm. p. 18. seqq. Idem.

Στράβακα καὶ Πολύστρατον] Posteriorem una cum Chabria et Iphicrate ducem fuisse conducticii exercitus (τοῦ ξενικοῦ ἐν Κορίνθῳ. Conf. Aristoph. Plut. 173. ibique Schol. et Harpocr. hh. vv.) novimus ex Philipp. I. §. ϑ'. Quo loco Didymus quum temere poneret Πολύτροπος, non videtur is nostræ Orat. meminisse. Vid. Harpocrat. v. Πολύστρατος ibique Maussac. et cf. Apsiu. p. 704. Post Maussacum tamen eidem loco emendando operam dederunt Tourrellius et Lucchesinus. Sed illius quidem correctio, Καλλίστρατος, fluxit e notula Wolfii, quæ diversa bella confundit, Corinthium et Bœotium. Prior et ipse de commendatione Iphicratis ornatus, Strabax, videri potest Iphicratis in eodem bello adjutor fuisse. Hominem aliquanto melius nossemus, nisi manci hodie essent Harpocratio et Suidas, qui ipse jam olim mutilo exemplo Harpocrationis usus videri debet. Clearchum suspicatur Reiskius eundem esse, qui Heracleæ, Pontica urbe, tyrannus fuerit ab Olymp. 104, 1. ad Olymp. 106, 4. auctore Diodoro XV. 81. et XVI. 36. Mihi in homine, aliunde ignoto, nec ulla re hic nobis notato, conjectura abstinendum videtur. Idem.

Χαβρίας δ' αὐτὸς ἐτιμήθη παρ' ὑμῖν μόνος] Per se αὐτὸς est μόνος, *ab aliis sejunctus.* Vid. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 230.

483 Εἰ δὴ τότε, ὅτε εὑρίσκετο τὴν δωρεὰν, ἠξίωσεν ὑμᾶς, ὥσπερ δι' Ἰφικράτην καὶ Τιμόθεον εὖ τινὰς πεποιήκατε, οὕτω καὶ δι' [1] αὐτὸν εὖ ποιῆσαι τούτων τινὰς τῶν εὑρημένων τὴν ἀτέλειαν, οὓς νῦν οὗτοι μεμφόμενοι πάντας ἀφαιρεῖσθαι [2] κελεύουσιν· ὁμοίως οὐκ ἂν ἐδώκατε ταύτην αὐτῷ τὴν χάριν; ἔγωγε ἡγοῦμαι. Εἶθ' οἷς δι' ἐκεῖνον ἂν [3] τότε ἐδώκατε τὴν δωρεὰν, διὰ τούτους νῦν αὐτὸν ἐκεῖνον ἀφαιρήσεσθε τὴν ἀτέλειαν; ἀλλ' ἄλογον. Οὐδὲ γὰρ ὑμῖν ἁρμόττει δοκεῖν παρὰ μὲν τὰς εὐεργεσίας οὕτω προχείρως ἔχειν, ὥστε μὴ μόνον αὐτοὺς τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνων φίλους· ἐπειδὰν δὲ χρόνος διέλθῃ βραχὺς, καὶ ὅσα αὐτοῖς δεδώκατε, ταῦτα ἀφαιρεῖσθαι. —

## [4] ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΩΝ ΧΑΒΡΙΟΥ ΤΙΜΩΝ.

Οὓς μὲν τοίνυν ἀδικήσετε, εἰ μὴ λύσετε τὸν νόμον, πρὸς

[1] αὐτὸν R. [2] κελεύουσιν ὁμοίως, οὐκ R. [3] Deest τότε. T. [4] ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ T.

Sed nonnunquam utraque vox conjungitur, præsertim quum vim quandam sententia habet. Exempla dabit Abresch. in Thucyd. T. II. p. 223. Frequentius Latine juncta leguntur *unus* et *solus*. IDEM.

Πάντας ἀφαιρεῖσθαι κελεύουσιν ὁμοίως] Hæc copulavit Reisk., ne indicio quidem ad lectorem facto. An ita jungi voluit πάντας et ὁμοίως? Quod alibi quidem fit, in Nostro quoque de Cor. §. ά. ubi ineptit Tayl. Quidquid voluit ille, si quid omnino voluit, nunc verbum ὁμοίως sententiæ ipsius claro tenore ad sequentia trahitur. Nec aliter edd. ceteræ, etiam Ben. Verius ille v. 6. de monitu Taylori ante ἐδώκατε inserit τότε, quod defit in impressis plerisque. Id primum commendatur a proximo νῦν, tum a libris. IDEM.

Εἶθ' οἷς δι' ἐκεῖνον ἂν τότ' ἐδώκατε] Lege. WOLF. Codd. Obsop. Vindob. Ital. Regg. α. ε. [Aug. 1. Marg. Vin.] ἂν τότε ἐδώκατε, particula addita non prorsus otiosa. οἷς δι' ἐκεῖνον ἂν τότε ἐδώκατε τὴν δωρεὰν, διὰ τούτους νῦν αὐτὸν ἐκεῖνον ἀφαιρήσεσθε. TAYLOR.

Ἁρμόττει δοκεῖν] Ἁρμόττειν δοκεῖ, non deteriore sensu, Vindob. Lindenbrog. et Felician. MSS. etiam Manut. ἁρμόττειν etiam Obsop. et Ven. IDEM. Nemini profecto præter Taylorum placeat lectio, ἁρμόττειν δοκεῖ, ex Lind. Vind. et MSS. Felic. aliisque. Mera est corruptio. In proximis manifesta vis particulæ παρὰ de tempore, quod præsens vocant. Opponuntur inter se, παρὰ τὰς εὐεργεσίας, atque ἐπειδὰν χρόνος διέλθῃ βραχύς. F. A. WOLF.

ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ etc.] Lege ΨΗΦΙΣΜΑ. supra §. ιή. fin. λάβε δὴ καὶ τὸ Χαβρίᾳ ψήφισμα ψηφισθέν. vide et quæ ibi sequuntur: unde patet, de *uno* psephismate, non *pluribus*, agi. MARKLAND.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΩΝ ΧΑΒΡΙΟΥ ΤΙΜΩΝ] Reposui cum Reiskio ΨΗΦΙΣΜΑ pro vulgato, ΨΗΦΙΣΜΑΤΑ. Correctionem ante illum fecerat Marklandus ex §. ιή., ubi clare est unum psephisma, non plura. Accedit correctioni auctoritas quædam a Bav., qui habet ψήφισμα Χαβρίου τιμῶν. Nec ego sine auctore textum mutassem, memor eorum, quæ scripsi in §. ιά. fin. Honores, Chabriæ a Populo decreti, quantum quidem liquet, fuerunt statua in foro posita, et hæc immunitatis donatio, fortasse alia plura. Statuæ in transitu memiuit Æschin. in Ctesiph. §. ζ'. Conf. Diodor. XV. 33. et Nepos. c. 1. Dederunt autem eos honores Chabriæ adhuc vivo, quod præter Nepotem l. c. Noster docet §. ιή. Εἶτα ὑπὲρ ὧν ἐκεῖνος κ. τ. λ. F. A. WOLF.

πολλοῖς ἄλλοις, [1] οἷς ἀκηκόατε, εἰσὶν οὗτοι, ὦ ἄνδρες δικασταί! Σκοπεῖτε δὲ καὶ λογίσασθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, εἴ τινες τούτων τῶν τετελευτηκότων λάβοιεν τρόπῳ τινὶ τοῦ νυνὶ γιγνομένου πράγματος αἴσθησιν, [2] ὡς ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν! Εἰ γὰρ ὧν ἔργῳ πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ, τούτων ἐκ λόγου κρίσις γίγνεται, καὶ τὰ καλῶς πραχθέντα ὑπ' ἐκείνων, ἂν ὑφ' ἡμῶν μὴ καλῶς ῥηθῇ τῷ λόγῳ, μάτην τοῖς [3] πονήσασιν εἴργασται, πῶς οὐ δεινὰ πάσχουσιν;

κ'. Ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! ὅτι ὡς ἀλη-

[1] οἷς *οὐκ ἀκηκόατε R. [2] πῶς R. [3] ποιήσασιν R.

Οἷς ἀκηκόατε] Male Wolfius: *præter alia multa, quæ audivistis.* Cum debuit esse in genere masculino, πρὸς πολλοῖς ἄλλοις εἰσὶν οὗτοι. Codd. Aug. et Ital. οὓς ἀκηκόατε. Quam lectionem tametsi improbem, dubium tamen non est, quo sensu hic locus olim intelligebatur. Versio Italica: *Oltre a molti altri, che udito havete, sono questi.* Nannius: *Tales sunt isti, præter alios complures, quos injuria afficietis, nisi* etc. TAYLOR.

Οἷς ἀκηκόατε] Non dubitem, a Phormione oratore. Nisi quis πολλοὺς ἄλλους accipere malit de exteris, Corinthiis, Thasiis, Byzantiis, de quibus ante; ut ita distinguantur a civibus, Conone et Chabria. Sed illud probabilius. Etsi Demosthenem miror hic verborum tam parcum, qui ne unum quidem adverbium, πρότερον aut simile aliquod, addiderit. Ital. et Aug. 1. dant οὓς ἀκηκόατε, in quo videri potest latere οἷς οὐκ ἀκηκόατε, quod in textum adscivit Reisk. Non male. Conf. tamen §. α'. med. et §. λδ'. F. A. WOLF. Vid. D'Orville ad Charit. Aphrod. V. x. 96. 15.

Εἴ τινες τούτων τῶν τετελευτηκότων —] Plato Menex. c. 21. Εἴτις ἐστὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αἴσθησις τῶν ζώντων κ. τ. λ. Lycurg. in Leocr. p. 231. Εἴτις ἐστὶν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων. Cicero Philipp. IX. 6. *Mihi autem recordanti Ser. Sulpicii multos in nostra familiaritate sermones, gratior illi videtur, si quis est sensus in morte* etc. Sic antiquitas sæpe manibus sensum tribuit et cognitionem quandam rerum terrestrium. F. A. WOLF.

Ὡς ἂν εἰκότως] MSS. Ald. Codd. item Reg. ε. et Aug. πῶς ἂν εἰκότως. Ital. etiam et Bodl. eodem sensu, sed Interrogative, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν; Recte hoc. Sic Lysias c. Philonem: πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ὑπὸ πάντων ὑμῶν μισοῖτο; TAYLOR. Πῶς οὐκ ἂν εἰκότως ἀγανακτήσειαν, interrogative: *nonne merito indignarentur?* Per se non inepte, at inepte propter juncturam verborum, σκοπεῖτε καὶ λογίσασθε. Fortasse idem sibi volebant librarii, qui dederunt πῶς ἂν εἰκότως, nisi pro sua doctrina putarunt, πῶς vim habere τοῦ ὡς. Quem solœcismum recepit Reisk. F. A. WOLF. Imo πῶς ἄν. AUGER.

Μάτην τοῖς πονήσασιν εἴργασται] In uno Par. 5. legitur ποιήσασιν. Nihil de tali mendo, nec de tot similibus dicerem, absque Lipsiensi editore esset, qui nobis incredibili levitate pessimas quasque diobolarium codicum scripturas, ubique cum cura indagatas, obtrusit. Nunc quidem tuetur se istis, ὧν ἔργῳ πεποίηκεν ἕκαστος αὐτῶν ὑμᾶς εὖ. At ista nihil hunc quidquam faciunt. Jam nunc Orator queritur, illorum *operam*, τὸν πόνον, si laude merita factorum fraudarentur, *frustra effusam* videri. Et ita frequenter dicitur absolute πονεῖν. Acute eum judicare putarem, qui, si omnes libri dedissent ποιήσασιν, vulgatum rescriberet. Nunc quum contra sit, ecquid pretii erit ei, qui primus bonas lectiones e textu expellit? F. A. WOLF.

κ'. Ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι!] Sequitur hinc Orationis pars altera, quæ in locum legis Leptineæ hactenus oppugnatæ novam surrogat; qua de re diximus in Prolegomm. Ἐπὶ πᾶσι δικαίοις verte, *convenienter summæ æquitati*, proprie, *conditionibus æquissimis.* Eodem modo Æschin. in Ctesiph. §. νς'. Ὁ λογισμὸς ἔστω ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Ubi vana est conjectura Toupii, a Tayloro probata, ἐπὶ πᾶσι δίκαιος. Ad extremum periodi est in Aug.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

οὐδέν ἐστι καινὸν, οὐδ' ἡμέτερον εὕρημα· ἀλλ' ὁ παλαιὸς, ὃν οὗτος παρέβη, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν· γράφεσθαι μὲν, ἄν τίς τινα τῶν ὑπαρχόντων νόμων μὴ καλῶς ἔχειν ἡγῆται, παρεισφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον, ὑμᾶς δὲ ἀκούσαντας ἑλέσθαι τὸν κρείττω. Οὐ γὰρ ᾤετο δεῖν ὁ Σόλων, ὁ τοῦτον τὸν τρόπον προστάξας νομοθετεῖν, τοὺς μὲν θεσμοθέτας, τοὺς ἐπὶ τοὺς νόμους κληρουμένους, δὶς δοκιμασθέντας ἄρχειν, ἔν τε τῇ Βουλῇ, καὶ παρ' ὑμῖν ἐν τῷ δικαστηρίῳ· τοὺς δὲ νόμους αὐτοὺς, καθ' οὓς καὶ τούτοις ἄρχειν, καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις πολιτεύεσθαι [2]προσήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας ὅπως [3]ἔτυχον, μὴ δοκιμασθέντας

[1] *αὐτὸς R. [2] προσῆκον T [3] ἔτυχεν T.

tus scriptorum locos afferat, nec id singulorum verborum causa faciat, auctoritate fere cedere debet bonis codicibus. In hoc genere pluries nuper erravit Zeunius in libris Xenophonteis. F. A. Wolf.

Ἐκεῖνον] Substitui hanc vocem ex Editt. et MSS. ut e. c. Vind. Taylor.

Παρεισφέρειν δὲ αὐτὸν ἄλλον, ὃν ἂν τιθῇ, λύων ἐκεῖνον] Nihil video in hac constanti omnium scriptura reprehendendum. Infinitivi, γράφεσθαι et παρεισφέρειν, juncti accusativo subjecti αὐτὸν (h. e. *cui male habere lex quædam videatur*) pendent ab his, νόμος οὕτω κελεύει νομοθετεῖν. Vox ἐκεῖνον, male elapsa ex edit. Wolfii, pertinet ad νόμον, ὃν ἄν τις ἡγῆται μὴ καλῶς ἔχειν. Et nominandi casum λύων exigit regimen verbi τιθῇ, qui modus construendi admodum solennis. Pro lubitu hic quoque versatur Reiskius, scribens παρεισφέρειν δὲ αὐτὸς, pronomine relato ad participium λύων. An ita forte credidit, verba αὐτὸς παρεισφέρειν vi imperativi accipi posse? Id sane leges sermonis attici non melius ferunt, quam aliam viam structuræ quamcunque. Tantundem tribuendum ejusdem conjecturæ, ὃν ἀντιτιθῇ. Vix bene nunc ἂν abesset, et simplex τιθέναι ipsum quoque sensu τοῦ ἀντιτιθέναι occurrit §. κά. ad fin. F. A. Wolf.

Τοὺς μὲν θεσμοθέτας —] Totum locum sic cape: *Solon quum thesmothetas, qui legum causa creantur, post duplicem demum* δοκιμασίαν *voluerit inire magistratum,* (ἀρχὴν,) *Solon igitur multo minus ipsas leges, ad quarum præscriptum et illos suo munere fungi, et reliquos omnes Rempubl. administrare oportet, temere ac fortuito latas, sine ulla* δοκιμασίᾳ *recipiendas censere potuit.* Lycurgus ap. Harpocrat. v. δοκιμασθείς: Τρεῖς δοκιμασίαι κατὰ τὸν νόμον γίνονται· μία μὲν, ἣν οἱ ἐννέα ἄρχοντες δοκιμάζονται· ἑτέρα δὲ, ἣν οἱ ῥήτορες· τρίτη δὲ, ἣν οἱ στρατηγοί. Sed de hisce δοκιμασίαις e libris Antiquitatum nota omnia. Ἐπὶ καιροῦ, quod proprie est, *quando cuique commodum videtur*, definitur per adjecta, ὅπως ἔτυχον. Utrumque postea verbis commutatis sic effertur, ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον. Idem.

Ἔν τε τῇ Βουλῇ] *Nisi cujus virtus et in Curia senatorum*, et *in comitio populi judicii explorata probataque* esset. Nannius.

Προσῆκεν] Obsopœus melius: πολιτεύεσθαι προσήκει, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας, ὅπως ἔτυχον. Verbum enim hoc per numeros et personas variatur, ὅπως ἐγὼ ἔτυχον, ὅπως σὺ ἔτυχες, ὅπως ἡμεῖς ἐτύχομεν, ὅπως ἐκεῖνοι ἔτυχον, etc. Wolf. Προσήκει MSS. Felician. Ven. Obsop. Aug. Reg. α. Vindob. προσῆκεν Editt. Ald. Felician. et Morel. cum Cod. Lindenbrog. Utraque præstabit lectioni receptæ. Modo fortasse rectius, ἐπὶ καιροῦ τεθέντας καὶ ὅπως ἔτυχε. Quo loco ἔτυχον legunt o. fere l. s. (præstantissimi certe) MSS. Felician. Obsop. Ven. Aug. Vindob. Ital. Bodl. Reg. α. Taylor. Pro lectione codd. meliorum, προσήκει, variant alii, προσῆκον et προσῆκεν. Posterius Wolfii est, idque contra Taylorum defendit Dorvill. ad Charit. p. 610. [L. VIII. II. 131. 23.] Probabilius defendi ab eo poterat illud, non minus vulgatum, ὅπως ἔτυχε. Sed alteri, quod dedimus, et exquisitior usus favet et libri optimi. F. A. Wolf.

κυρίους εἶναι. Καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν· τοῖς μὲν ὑπάρχουσι νόμοις ἐχρῶντο, καινοὺς δ' οὐκ ἐτίθεσαν. Ἐπειδὴ δὲ τῶν πολιτευομένων τινὲς δυνηθέντες, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, κατεσκεύασαν αὑτοῖς ἐξεῖναι νομοθετεῖν, ὅταν τις βούληται, καὶ ὃν ἂν τύχῃ τρόπον· τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι σφίσιν αὐτοῖς εἰσὶ νόμοι, ὥστε χειροτονεῖτε ὑμεῖς τοὺς διαλέξοντας τοὺς ἐναντίους
85 ἐπὶ πάμπολυν ἤδη χρόνον, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μᾶλλον δύναται πέρας σχεῖν· ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι, καθ' οὓς τὰ ψηφίσματα

Καὶ γάρ τοι] Hic quoque scribendum videtur τοιγάρτοι, *itaque*, ut supra §. ιϛ'. med. MARKLAND. Vid. ad l. c. F. A. Wolfius.

Τέως] Plenius Edit. Morel. καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως, ἕως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. TAYLOR. Interpolatum, ut opinor, structuræ adjuvandæ. Sed restat in ea aliud majus, quod junguntur particulæ, τότε et τέως. Quas ita junctas quibus exemplis tam patienter ferrent, debuissent nobis editores dicere. Et accedere potest nova dubitatio hæc, quo spectet illud, τὸν τρόπον τοῦτον, quod Wolfius videtur retulisse ad sequentia, Augerius ad antecedentia. Hic interpres simul τέως mutat in ἕως, conjectura bona et facili, modo difficultatem omnem tolleret. Mihi altera ratio placet, ut proxima, τοῖς μὲν — ἐτίθεσαν, contineant τὸν τρόπον τοῦτον. Delendum vero puto τότε, tanquam glossam vocis τέως, scribendumque, καὶ γάρ τοι τέως μὲν τὸν τρόπον τοῦτον. Hæc verto: *Ac sane antea (olim, ab initio, prioribus temporibus) in legislatione sic versabantur: legibus receptis contenti erant, novas vero nullas rogabant.* Juncturæ defectus neminem offendat. Plato Amatt. p. 135. E. in loco ejusdem figuræ: Τάχ' ἂν ἴσως τοιοῦτόν τι λέγοις καὶ τὸ φιλοσοφεῖν ἀπεργάζεσθαι τοὺς ἐπιτηδεύοντας τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα· τῶν μὲν πρώτων εἰς ξύνεσιν περὶ τὰς τέχνας ἐλλείπεσθαι, τὰ δευτερεῖα δ' ἔχοντας τῶν ἄλλων περιεῖναι, καὶ οὕτω γίγνεσθαι περὶ πάντα ὕπακρόν τινα ἄνδρα τὸν πεφιλοσοφηκότα. In vertendo loco eandem vim tribui verbo ἐνομοθέτουν, quæ occurrit Orat. in Timocrat. p. 743. ed. R. et alibi. Illa autem significatio vocis τέως nota est, et hac structura, qua antecedit τέως μέν, sequitur ἐπειδὴ δέ, nihil apud Atticos usitatius. Quare ejus exemplis ponendis supersedeo: alterius juncturæ, τότε τέως, an ullum exemplum sit in emendato scriptore, viderint, qui temere me dubitare putabunt. F. A. WOLF.

Τότε μὲν τέως] Hic lego: τότε μέν, ἕως τὸν τρόπον .... *tunc quidem, quamdiu tali modo leges ferebantur.* AUGER.

Νομοθετεῖν, ὅταν τις βούληται] Lego: κατεσκεύασαν αὐτοῖς ἐξουσίαν νομοθετεῖν, ὅ, τι ἂν τις βούληται, *pro lege statuere quicquid quis vellet.* Mox v. pen. distingue: πέρας σχεῖν· ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι· ἀλλὰ νεώτεροι οἱ νόμοι etc. hæc enim sensu et serie orationis connectuntur. Recenset Orator incommoda et absurditatem, quæ sequebantur hanc promiscuam legum ferendarum licentiam, quam nonnulli Potentes in Republica nacti fuerant. Hinc, inquit, tot jam Leges inter se contrariæ: hinc nullum jam discrimen inter Leges et Psephismata: immo et nonnulla jam sunt apud vos Psephismata, quæ antiquiora sunt ipsis Legibus, ad quarum præscriptum Psephismata ista fieri debuerant. Quod est absurdum, et ἄνω ποταμῶν. MARKLAND. Miror, quid virum sagacem in vulgata lectione torserit. Hoc scio, emendatione ejus male reddi formulam, ἐπὶ καιροῦ. F. A. WOLF.

Ὥστε χειροτονεῖτε ὑμεῖς] Ubique editur χειροτονεῖτε, et ita plane vertunt Intpp. De tota re quamvis nihil uspiam alibi traditum sciam, nihilominus præsens tempus ita videtur ineptum, ut nihil supra. Sequitur enim in præsenti, τὸ πρᾶγμα οὐδὲν μᾶλλον δύναται πέρας σχεῖν. Scribendum fortasse, ὥστ' ἐχειροτονεῖτε ὑμεῖς. IDEM.

Ἀλλὰ νεώτεροι etc.] Longe aliter hæc Nannius. *Immo recentiores leges, quæ modum rationemque faciendis decretis præscribunt*, et ipsæ quoque ex numero sunt decretorum. Hujus loci sensus mihi perspicuus et facilis esse videtur. *Ex tanta libidine et impunitate leges novas condendi, non solum id mali oritur, ut in*

δεῖ γράφεσθαι, τῶν ψηφισμάτων αὐτῶν ὑμῖν εἰσίν. Ἵν' οὖν μὴ λόγον λέγω μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν νόμον αὐτὸν, ὃν φημι, δείξω. Λάβε μοι τὸν νόμον, καθ' ὃν [1]ἦσαν οἱ πρότερον νομοθέται. Λέγε!

## ΝΟΜΟΣ.

κά Συνίετε, καθ' ὃν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! ὁ Σό-

[1] *ἐνομοθέτησαν R.

*Tabulis publicis leges legibus contrariæ reperiantur:* (τοσοῦτοι μὲν οἱ ἐναντίοι — πέρας σχεῖν) *verum etiam* leges, *ad quarum præscriptum* senatusconsulta *scribi debent, ipsis* senatusconsultis *sunt recentiores.* Quæ est altera et longe major absurditas. Interea homo curiosus nimis, qui hanc ultimam periodum eodem animo intellexit, quo nuper Petrum Nannium vidimus, ad oram Exemplaris sui allevit notabile istud lemma: ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι. Quibus vocibus rursus deletis, ut fieri decet, quod reliquum est, apte et accommode cohærebit. Tu, dum meliorem crisin proferas, hac nostra utere. TAYLOR.

Ψηφισμάτων δ' οὐδοτιοῦν — ὑμῖν εἰσὶν] De legum novarum super novas subinde acervatarum immensa multitudine Demosthenem queri, apparet. Jam quid sibi velint verba, ψηφισμάτων οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι, ipsa explicatio docet, quæ additur, hæc: νεώτεροι οἱ νόμοι τῶν ψηφισμάτων ὑμῖν εἰσίν. Scilicet quum Athenis sancitum esset, ut psephismata omnia fierent e præscripto legum receptarum, (τὰ ψηφίσματα γράφεσθαι κατὰ τοὺς νόμους,) unde etiam is obnoxius esset γραφῇ παρανόμων, quo auctore psephisma aliquod legibus contrarium esset factum; Resp. recte dici potuit turbari legibus nimis sæpe novis rogandis, eaque re tolli id ipsum, quod inter psephisma et legem maxime videretur differre (ἐν ᾧ ψηφισμάτων μάλιστα οἱ νόμοι διαφέρουσιν.). Atqui hoc illud est, quod, quum psephismata et propter subitas necessitates scriberentur, et essent temporaria, ut, ubi illæ desiissent, neque ipsa diutius valerent, leges in Republ. propter stabiles causas latæ vim et auctoritatem habebant perpetuam. Tum ergo οὐδοτιοῦν διαφέρουσιν οἱ νόμοι ψηφισμάτων, quando adeo frequenter leges novæ rogantur, veteres abrogantur, ut earum imperium non diuturnius sit, quam psephismatum. Hæccine, quæ non ita abdita sunt, nonnullos, in his Taylorum, videre non potuisse? Magis sobrium se h. l. præstat Reisk. Nec id tamen præcise verum est, populiscita in annum valuisse, nisi inter leges recepta. Vid. Or. in Aristocr. p. 649. ed. R. et Ulpian. ad p. 651. ed. R. Præterea omnia illa a voc. ὥστε usque ad ἀλλὰ νεώτεροι a Vind. absunt, librario haud dubie in errorem abducto eadem duorum versuum clausula, νόμοι. F. A. WOLF.

Ἵν' οὖν μὴ λόγον —] Post δείξω vulgo commate interpungunt, quo sequentia λάβε μοι — faciunt apodosin. Ego aliter distinxi, apodosin putans inchoari a particula ἀλλά. Reiskius veterem rationem retinet, ac statim ἦσαν mutat in ἐνομοθέτησαν, asterisco præfixo, quo notare solet suo, ut ait, periculo assumta. Emendatio ejusmodi est, ut, si ejus necessitas constaret, omnes profecto acumen mirarentur. At verbum εἶναι non raro cum quadam specie simplicitatis ponitur. Ut in Demosth. Proœm. XIII. p. 1427. ed. R. ad judices: νόμοι, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐστέ. Hinc nostra vertes: *Cape legem, qua olim tenebantur* ii, *qui leges rogare vellent.* Itaque nunc quoque asteriscum viri φιλοκινδυνοτάτου pro obelo accipio. Aliud ejusdem periculum, in Notis prolatum, Augerio potius placet: ἦσαν αἱ πρότερον νομοθεσίαι. IDEM.

κά. Συνίετε καθ' ὃν τρόπον] Demosthenes ille famigeratus Orator, Romanæ eloquentiæ, id est, Ciceronianæ exemplar, ut judicare possunt, qui orationes utriusque non oscitanter legerunt, in ea Oratione quæ πρὸς Λεπτίνην inscribitur, Solonem commemorat inter alia cum legibus suis hoc quoque instituisse, cum lex aliqua rogatione ad populum ferretur, ut a legislatore primum recitaretur, deinde ut in loco maxime celebri conspicuoque proscriberetur ad tertiam concionem usque (non aliter atque Romæ leges trinundino die promulgari solitas esse Macrobio referente legimus) inde scribæ ut daretur pa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ὄντων ἑκάστου νόμος, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο ταράττῃ, [1] καὶ ποιῇ τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους ἔλαττον ἔχειν· ἀλλὰ πᾶσιν ᾖ [2] ταῦτ' ἀναγνῶναι, καὶ μαθεῖν ἁπλᾶ καὶ σαφῆ τὰ δίκαια. Καὶ πρὸ τούτων γε ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν Ἐπωνύμων, καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι· τοῦτον δὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναγινώσκειν, ἵνα ἕκαστος ὑμῶν ἀκούσας πολλάκις, καὶ κατὰ σχολὴν σκεψάμενος, ἃ ἂν ᾖ καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ταῦτα νομοθετῇ. Τούτων τοίνυν τοσούτων δικαίων [3] ὄντων τὸ πλῆθος, οὗτοσὶ μὲν οὐδοτιοῦν ἐποίησε Λεπτίνης· οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε, ὡς ἐγὼ νομίζω, θέσθαι τὸν νόμον· ἡμεῖς δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πάντα, καὶ παρεισφέρομεν [4] πολλῷ κρείττω, καὶ δικαιότερον τούτου νόμον. Γνώσεσθε δὲ

[1] καὶ ποιῇ καὶ τῶν T. [2] ταὐτὰ R. [3] ὄντων δικαίων R.
[4] πολλῷ καὶ κρ. κ. δικ. *τοῦ τούτου R.

Καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας αὐτὸ τοῦτο] Scilicet *plures de una re leges adesse.* Ἰδιῶται qui sint, declarat oppositio verborum, τῶν ἅπαντας εἰδότων τοὺς νόμους. In quibus quum legeretur post ποιῇ repetitum καὶ, ejeci id cum Reiskio, auctoritate Par. 1. 5. Vind. Ven. Aug. 1. Bav. Certe si ab Oratore vocula esset, aptiorem locum haberet ante ἅπαντας: *vel omnes leges.* Mox retinui vulgatum, ταῦτ' ἀναγνῶναι, spreto Reiskiano, ταὐτὰ h. *eadem, easdem leges;* quanquam mutatio specie sua non caret, et mihi ipsi Orationem primum legenti in mentem venerat. Referri possunt hæc, ἵνα πᾶσιν ᾖ (h. e. ἐξῇ) ταῦτ' ἀναγνῶναι, ad partem legis modo prælectæ, in qua inesse debuit, *leges novas oportere publice ac palam omnibus rogari:* ut nunc acuenda sint verba, πᾶσιν ᾖ, non ea, quæ sequuntur. F. A. Wolf.

Καὶ] Deest καὶ post ποιῇ Ald. Ven. Regg. α. ε. et recte. Taylor.

Τοσούτων δικαίων ὄντων τὸ πλῆθος—] Aug. 1. et Bav. inverso ordine, ὄντων δικαίων, ac deinde πολλῷ καὶ κρείττω. Utrumque arripuit Reiskius, etiam ἀτελῆ τούτων v. 8. p. 470. ex eodem Aug. Suo vero periculo refinxit δικαιότερον τοῦ τούτου, quod explicat τοῦ νόμου τούτου Λεπτίνου. Inepte. Rectius vulgata: *Substituimus legem æquiorem hac, quam statim audietis, de qua nunc agitur.* Æque male idem v. 5. p. seq. corrupit textum scribendo, ταῦτα μέν ἐστιν, ἃ τοῦ τούτου νόμου, hoc quoque ex aureo Aug. 1. Vid. ad §. ϛ'. et §. ιή. fin. F. A. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ] Nannius: *alioquin ista lex nunquam a vobis recepta fuisset.* Hinc colligi videatur, legem a populo fuisse sancitam, sic tamen, ut ejus abrogandæ potestas reliqua esset, ut est in argumento annotatum. Etsi fateor hic τοὺς λόγους καταπαλαίειν τοὺς λόγους, si quis accuratius inquirat. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτὲ ἐπείσθητε] Scribitur in aliquot editt. Ulpiani ὑμεῖς τότε ἐπείσθητε, quod, licet bonum, vulgato non prætulerim. Tanto magis Par. 5. scriptura, ὑμεῖς πώποτε ἐπείσθητε, placere debebit iis, si qui animum induxerunt, οὐδέποτε nonnisi cum futuro, et οὐδεπώποτε nonnisi cum præterito jungi, quod præceptum est Brunckii ad Aristoph. Lysistr. 301. Thesm. 32. Eccles. 384., et a multis subinde repetitum. Sed cautius veriusque loquitur Pierson. ad Herodianum p. 461., e quo Grammatico animadversio fluxit. Cf. Schol. Venet. ad Iliad. A. 154. Ut verissimum est, οὐδεπώποτε nulli tempori nisi præterito apponi solere, id quod rationem habet in ipsa vi voculæ πω, ita loca oratorum et poetarum sunt multa, et quæ, vereor, ut mutata unquam optimi codices convocati exhibeant, quæ alterum οὐδέποτε clare defendant non tantum cum futuris, sed et cum præteritis constructum, doceantque, pro diverso habitu et colore sententiæ utrumvis bene dici, et οὐδέποτε εἶδον αὐτὸν, et οὐδεπώποτε εἶδον αὐτόν. Neque id aliter esse potest per particulam πω, quæ negativis vocibus juncta nihil aliud est quam *adhuc.* Οὐδέποτε est *nunquam,* οὐδεπώποτε *nondum unquam.* Ege-

486 ἀκούσαντες. Λάβε καὶ λέγε, πρῶτον μὲν, ἃ τούτου τοῦ νόμου γεγράμμεθα, εἶτα, ἅ φαμεν δεῖν ἀντὶ τούτων [1] τεθῆναι. Λέγε!

[2] ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ.

Ταῦτα μέν ἐστιν, [3] ἃ τούτου τοῦ νόμου διώκομεν, ὡς οὐκ ἐπιτήδεια. Τὰ δ' ἐφεξῆς λέγε, ἃ τούτων εἶναι βελτίω φαμέν. Προσέχετε, ὦ ἄνδρες δικασταί! τούτοις [4] ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν! Λέγε!

[5] ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ.

Ἐπίσχες! Τοῦτο μέν ἐστιν ἐν τοῖς οὖσι νόμοις κυρίοις ὑπάρχον καλὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ σαφὲς, τὰς δωρεὰς, [6] ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε, κυρίας εἶναι· δίκαιον, ὦ Γῆ καὶ Θεοί! Χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν [7] τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος· νῦν δὲ μαρτυρίαν καθ' ἑαυτοῦ [8] καταλείπων, ὅτι

[1] τεθεῖναι T. [2] ΝΟΜΟΣ. T. R. [3] ἃ *τοῦ τούτου νόμου R.
[4] ἀναγινωσκομένοις T. R. [5] ΝΟΜΟΣ. T. R. [6] ὅσας R.
[7] [τὸν παλαιὸν] R. [8] καταλιπὼν R.

nus sit sermo, in quo nonnisi alterutrum exprimi possit. F. A. Wolf.

Τεθεῖναι] Rectius omnino τεθῆναι cum Regg. α. β. quibus assentiuntur fere Bodl. et Ital. Taylor.

ΚΑΤΗΓΟΡΗΜΑΤΑ ΝΟΜΟΥ] Titulum mutavi, in his lemmatibus editori plus licere ratus, quam alibi. Vulgatum, ΝΟΜΟΣ, fallit legentem, dum facit, ut lex quædam a scriba statim recitari videatur. Recitare autem ille jubetur primum ea, quæ ad *accusationem legis Leptineæ, tanquam vitiose latæ*, pertinent, deinde *Demosthenis legem*. Sed interpellatur homo, ne alteram partem uno tenore legat, interjectis verbis: ταῦτα μέν ἐστιν—Mox pergere jubetur ad legem Leptineæ contrariam. Ad quam audiendam Orator excitatione judicum opus putans, clamat, προσέχετε τούτοις ἀναγιγνωσκομένοις τὸν νοῦν! Jam legitur ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ, ut ex usu Græco inscriptionem feci. Verum hic quoque, ubi ad eum locum ventum est, qui fuit de donis Populi ratis habendis, Demosthenes interpellat, quo gravius eum locum auditoribus commendet. Atque hoc ipso consilio ducitur ad aliam quandam legem, a Leptine non minus violatam, κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον—Postremo rursus post hanc legem recitatam Demosthenes se immiscet, præludens alteri parti legis contrariæ. Nunc de h. l. nonnulla addamus singulatim. F. A. Wolf.

Ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε] Ex Par. 1. 5. et Aug. 1. Reiskius novavit ὅσας. Causam adhuc quæro, præsertim quum in verbis iisdem p. seq. reliquerit ἃς, quanquam et ibi in duobus codd. esset ὅσας. Et tres erunt, si Aristidem addas Art. p. 456. Idem.

Πρὶν τὸν παλαιὸν τοῦτον ἔλυσε γραψάμενος] Verba τὸν παλαιὸν, quum abessent ab Aug. 1., surripuit nobis vir doctus hac causa allata, *posse ea e scholio superesse*. At possumus etiam falli, possumus bonis verbis eximendis veteres auctores enervare, et quid non? Sic eundem librarium et virum doctum fefellit ratio, quum versu seq. darent καταλιπών. Sententia flagitat, ut actio τοῦ καταλείπειν cogitetur nondum perfecta eo tempore, quo tempore Leptines ἐνομοθέτει. Scilicet perfectæ actionis est aoristus, infectæ seu imperfectæ ὁ παρατατικός. Idem.

παρανομεῖ, τουτονὶ τὸν νόμον, ὅμως ἐνομοθέτει· καὶ ταῦτα, ἑτέρου κελεύοντος νόμου, καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον εἶναι τῇ γραφῇ, ἐὰν ἐναντίος ᾖ τοῖς πρότερον κειμένοις νόμοις. Λάβε δ' αὐτὸν τὸν νόμον!

ΝΟΜΟΣ.

Οὐκοῦν ἐναντίον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τῷ κυρίας εἶναι τὰς δωρεὰς, ἃς ὁ Δῆμος ἔδωκε, τὸ μηδένα εἶναι τούτων [1]ἀτελῆ, οἷς ὁ Δῆμος [2]ἔδωκε; σαφῶς γε οὕτωσί. Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ· ἀλλ' ἅ τε δεδώκατε, κύρια, καὶ προφάσις δικαία κατὰ τῶν ἢ παρακρουσαμένων, ἢ μετὰ ταῦτα ἀδικούντων, ἢ ὅλως ἀναξίων, δι' ἣν, ὃν ἂν ὑμῖν δοκῇ, κωλύσετε ἔχειν τὴν δωρεάν. Λέγε τὸν νόμον!

[3] ΝΟΜΟΣ ΑΝΤΕΙΣΦΕΡΟΜΕΝΟΣ. 487

Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ καταμανθάνετε, ὅτι ἐνταῦθα ἔνι καὶ τοὺς ἀξίους ἔχειν τὰ δοθέντα, καὶ τοὺς

[1] ἀτελῆ τούτων R. [2] ἔδωκε, T. [3] ΝΟΜΟΣ. T. R.

Καὶ κατ' αὐτὸ τοῦτο ἔνοχον] Statim hic, et mox ad vocabulum ἐναντίος, subaudi νόμον. *Vel propter hanc unam causam lex obnoxia est accusationi* etc. Idem.

Οἷς ὁ Δῆμος ἔδωκε] Ex voce ἀτελῆ intell. τὸ ἀτελῆ εἶναι h. e. τὴν ἀτέλειαν. Conf. §. κζ'. post med. λέ. Nihil est hoc genere sermonis tritius. Idem.

Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ] *Non sic autem in ea lege quam hic contra leges jam latas* tulit. est enim ἀντεισφέρειν, *legi latæ legem contrariam ferre*, et ut Festus inquit, *legem legi abrogare*. quod etiam παρεισφέρειν dicitur, hoc est, παράλληλον νόμον φέρειν, quasi *legem cum lege, et rogationem cum rogatione componere*, ut παρεικάζειν, παρεκτείνειν, et alia, *de* quibus alibi. Idem in eadem supra, ἀναγνώσεται τὸν νόμον ὑμῖν ὃν παρεισφέρομεν γράψαντες ἀντὶ τοῦδε. Proinde quod Cicero ad Atticum scribens libro tertio ita inquit, "Quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, obrogare, sine fraude sua non liceat," Græce sic dici potest, ὃ δὴ διὰ τὸν νόμον τὸν Κλώδιον εἰσφέρειν, ἀναιρεῖν, ἀφαιρεῖν, ἀντεισφέρειν ἀδεῶς μὴ ἐξεῖη. *Ex* edit. Hervag.

Ὅδε] Sc. ὁ Κτήσιππος, ᾧ συνηγόρει Δημοσθένης. Wolf.

Ὅδε] Nempe Ctesippus, præcipuus hujus causæ actor, nisi forte referatur ad Demosthenem qui se ipsum digito demonstrat. Auger.

Ἀλλ' οὐκ ἐν ᾧ νῦν ὅδε ἀντεισφέρει νόμῳ] H. e. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ νόμῳ, ὃν νῦν ὅδε ἀντεισφέρει. Ad quem pertineat ὅδε, nemo mortalium sciret, si vera esset fabula, quam Reiskius narrat. Fallitur etiam Augerius, pronomen ad Demosthenem trahens, in quo temere Oratori tribuit, quod est poetarum scenicorum. Melius vulgo referunt ad Ctesippum; optime, ut puto, Ulpianus ad Aphepsionem. Post ad verba, ἅ τε δεδώκατε, κύρια, supple ἐν τῷ τούτου νόμῳ ἐστίν. *Quæ dedistis, fixa et integra manent per hanc legem.* Ita dicunt ἐν νόμῳ pro ἐκ νόμου. Deinde quoque ἐνταῦθα ἔνι, *per hanc quidem legem licet.* Παρακρουσάμενοι omnino sunt, qui dolo sibi immunitatem pararunt: μετὰ ταῦτα ἀδικοῦντες, qui post acceptum donum in Remp. peccant. F. A. Wolf.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ἐάσω· ἵνα μὴ περὶ τούτου τις ἀντιλέγῃ μοι· ἀλλ' ἐπ' ἐκεῖνο εἶμι. Ὅταν ταῦτα λέγῃ δήπου, ὁμολογεῖ μὲν εἶναι βελτίω καὶ δικαιότερον τόνδε τὸν νόμον, οὗ τέθεικεν αὐτός· ὑπὲρ δὲ τοῦ, πῶς τεθήσεται, ποιεῖται τὸν λόγον. Πρῶτον μὲν τοίνυν εἰσὶν αὐτῷ κατὰ τοῦ παρεισφέροντος πολλοὶ τρόποι, δι' ὧν, ἂν μὴ βούληται θεῖναι τὸν νόμον, αὐτὸν ἀναγκάσει· ἔπειτ' ἐγγυώμεθα ἡμεῖς, ἐγώ, Φορμίων, [1] ἄλλον εἴ τινα βούλεται, θήσειν τὸν νόμον. Ἔστι δὲ δήπου [2] νόμος ὑμῖν· ἐάν τις, ὑποσχόμενός τι, τὸν Δῆμον ἢ Βουλὴν

[1] ἄλλων T. [2] ἢ τὴν βουλὴν R.

alias minime timidus subito frangi et cedere potest? An fortasse vetus ista lex in desuetudinem abierat? Omnino aut hoc ipsum, aut simile quid, ponere debebimus. F. A. Wolf.

Ὅταν ταῦτα λέγῃ δήπου —] Hic quoque locus nobis obscuratur ignoratione momenti alicujus, quod sententiæ olim lucem dare potuit. Simul dura primo adspectu sunt ista, πῶς τεθήσεται. Ubi Reisk. non male ait postulari εἰ vel πότερον τεθήσεται. Sed et hic primo adspectu fallimur. Particula πῶς pertinet ad *modum*, quo lex nova auctoritatem accipere possit. Potuit autem id fieri, ut vidimus, aut sola abrogatione veteris legis, aut sic, ut qui tulisset νόμον ἀντεισφερόμενον, idem etiam legitime perferret. Jam nihil refert, inquit, dum lex mea recipiatur, utro id modo fiat, et de hac re Leptines frustra loquitur. Nempe si Demosthenes cum suis eo judicio, quod nunc agitur, illud vicerint, ut Leptinis lex tollatur, non solum hæc inutilis aut Reip. perniciosa, sed contraria simul illa Demosthenis videri debebit melior ac justior judicata. Sic ad novæ legis præstantiam demonstrandam non videtur necesse esse, ut ab eo, qui scripsit, solennibus modis perferatur. Hac via quodammodo videor mihi auctoris mentem perspicere. Idem.

Ἀναγκάσει] Sensus est: *possit cogere*. proinde scribendum forte ἀναγκάσαι, Modo Potentiali. Markland.

Ἂν μὴ βούληται —] Post βούληται comma sustuli, ut indivise legantur hæc, ἂν μὴ βούληται θεῖναι τὸν νόμον, non, θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει. Res, pertenuis quidem, pertinet tamen ad rationem sermonis Græci. In βούληται cogitandum ὁ παρεισφέρων. Librarius Aug. 1. cogitavit ὁ Λεπτίνης, ideoque consulto omisit μὴ, ut θεῖναι τὸν νόμον αὐτὸν ἀναγκάσει conjungendum esset. Etiam Marklandi conjecturam, ἀναγκάσαι, non probo, quamvis sensus sit, *possit cogere*. Satis usitata hac ipsa potestate sunt in Atticis futura post verba εἰ, ὅς, et alia quædam. F. A. Wolf.

Ἄλλον, εἴ τινα βούλεται] Observa diversam constructionem, ἡμεῖς ἐγγυώμεθα θήσειν, ἐγγυώμεθα ἄλλον θήσειν. [Nam ita olim legebatur ante Wolfium, atque ita hunc locum laudat Aristides.] Obsopœus μᾶλλον εἴ τινα [uti et Lindenbrog. pariter Vindob. et Ven.] Wolf.

Ἐγώ, Φορμίων, ἄλλον εἴ τινα βούλεται] Conjunctionum defectus est ab affectu dicentis. Quis sit ἐγώ, nemo sane quærat præter virum doctum, qui ubique nodos in scirpo quærit. Sed tricantur in sequentibus quoque, ubi mala lectio affertur e Pan. Lind. Vind. Ven., Φορμίων, μᾶλλον εἴ τινα βούλεται. Vulgatam sic accipe, εἴ τινα ἄλλον βούλεται. Taylorus e Frfurt. traxit ἄλλων, consultone an incuria, incertum. In genuina Wolfii est ἄλλον. F. A. Wolf. Legitur in vulgata ἄλλον quod malim. Auger.

Ἐάν τις ὑποσχόμενός τι —] Legem ubi inferius repetit §. κθ'., Orator ipse τὰ ἔσχατα πάσχειν explicat verbis, θανάτῳ ζημιοῦν. Et sic Aristid. Declam. §. 86. Lex pertinet ad majestatem Populi Atheniensis, et est apud Petitum in Collectione legum Att. p. 527. seq. Vocem Βουλὴν is ibi Senatum Quingentorum interpretatur. Quod si rectum esset, Reiskium sequerer, ex Aug. 1. scribentem, ἢ τὴν Βουλήν. In ista quidem vocis potestate consuetudo attica articulum poscit, nec alia causa, credo, fuit illi, ut mutaret. At duo Athenis fuerunt consilia publica, ἡ Βουλὴ quæ eximie dicebatur, et ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Liban. Argum. Or. in Androt. Δύο ἦσαν ἐν Ἀθήναις βουλαὶ, ἡ μὲν διηνεκὴς, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ — ἑτέρα δὲ ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα. Utrumque consilium auctori hujus legis in animo fuisse, probabile est. Lex est antiqua:

ἢ Δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἔσχατα πάσχειν. Ἐγγυώμεθα, ὑπισχνούμεθα· οἱ θεσμοθέται ταῦτα γραφόντων· ἐπὶ τούτοις τὸ πρᾶγμα γιγνέσθω! Μήθ' ὑμεῖς ποιήσητε μηδὲν ἀνάξιον ὑμῶν αὐτῶν· μήτ', εἴ
488 τις φαῦλός ἐστι τῶν εὑρημένων τὴν δωρεὰν, ἐχέτω· ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ τόνδε κριθήτω τὸν νόμον! Εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας εἶναι φήσει, ἐκεῖνό γε οὐ λόγος· αὐτὸς θέτω, καὶ μὴ λεγέτω τοῦτο, ὡς οὐ θήσομεν ἡμεῖς. Κάλλιον δὲ δήπου, τὸν ὑφ' ὑμῶν κριθέντα καλῶς ἔχειν νόμον εἰσφέρειν, ἢ ὃν νῦν [1] ἐφ' ἑαυτοῦ τίθησιν.

κβ'. Ἐμοὶ δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! δοκεῖ Λεπτίνης— καί μοι, πρὸς Διὸς, μηδὲν ὀργισθῇς· οὐδὲν γὰρ φλαῦρον ἐρῶ σε — ἢ οὐκ ἀνεγνωκέναι τοὺς Σόλωνος νόμους, ἢ οὐ συνιέναι. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι

[1] ἀφ' Τ.

antiquiore autem tempore Areopagus rarius potuit simplici nomine δικαστηρίου appellari. F. A. Wolf.

Γραφόντων] Ἀντὶ τοῦ, γραφέτωσαν. Wolf.

Εἰ δὲ ταῦτα λόγους καὶ φλυαρίας — ] Absurde ad οὐ λόγος in Schol. adjectum, οὐδὲ φροντίς. Plane ut Græci λόγους et φλυαρίας, sic Latini dicunt *verba* et *ineptias*. Cicero in Pison. c. 27. *Existimatio, dedecus, infamia, turpitudo, verba sunt atque ineptiæ.* Etiam solum λόγον in singulari numero opponunt τῷ ἔργῳ, τῇ ἀληθείᾳ. Exemplorum abunde est ubique. Quibus accedere debet Xenoph. Hellen. IV. 8. 15. sic corrigendus: Τῷ μὲν δὴ Τιριβάζῳ ἀκούοντι ἰσχυρῶς ἤρεσκον οἱ τοῦ Ἀνταλκίδου λόγοι· τοῖς δ' ἐναντίοις λόγος ταῦτ' ἦν, ubi vulgo, λόγοις ταῦτ' ἦν. F. A. Wolf.

Ἐκεῖνό γε] Legere mavult Lambinus: ἐκεῖνο δὲ οὐ λόγος. αὐτὸς θέτω. Taylor.

Ἢ ὃν νῦν ἐφ' ἑαυτοῦ τίθησιν] Aug. 1. Bav. Felic. Wolf. Tayl. ἀφ' ἑαυτοῦ. Nostrum ἐφ' ἑαυτοῦ est in Ald. Herv. Ben. Reisk. Prius est *sua sponte*: posterius dicitur in iis rebus, quas quis facit *per se solum, sua solius auctoritate, sine alius consilio vel auxilio.* Igitur hoc prætuli, idemque sæpe faciendum alibi, ubi pariter librarii peccarunt. Aristides T. II. p. 316., ubi se dicit, in scribenda Declamatione Leptinea ita versatum, ut, Demosthene de manibus posito, quid dici posset, ipse dispiceret: Εἶχον ἐν χερσὶ τὸν λόγον τὸν τοῦ Δημοσθένους, καὶ ὡς ἐγένμην ἐπὶ τῶν κεφαλαίων, ἃ τοῦ Λεπτίνου μέλλοντος ἐρεῖν ὑπετέμνετο, ἀποστήσας ἐμαυτὸν τοῦ Δημοσθένους, ἐπ' ἐμαυτοῦ τι συνεώρων. F. A. Wolf.

κβ'. Καί μοι μηδὲν ὀργισθῇς] Repente oratio ad ipsum Leptinem convertitur: οὐδὲν φλαῦρον ἐρῶ σε — σὺ δὲ εἰσενήνοχας — πῶς σέ τις φήσει κ. τ. λ. Dicam de hoc genere ad §. λά. Jam lex h. l. commemorata ipsis verbis, quibus concepta ferebatur, exstat apud Nostrum adv. Steph. II. p. 1133. ed. R. Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο, ὥστε μήτε ἀπειπεῖν, μήτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανοῶν, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. Verba legis dedi ad verissimam correctionem Wesselingii in Petit. LL. AA. p. 580., unde etiam explicatio eorum petenda. Nam his quoque manum suam Reiskius impressit corruptricem. Legem præterea affert Plutarch. in Solone p. 90. A. verbis nostro loco appositissimis: Ὁ δ' ὦ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ, δοῦναι τὰ αὑτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης. Ceterum structura sociari debent hæc, οὐχ ἵνα τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει ἀποστερήσῃ τῆς ἀγχιστείας. Ἀγχιστεία in jure Attico est *jus legitimæ successionis.* h. e. succedendi in bona et jura defuncti civis vi cognationis. Idem. Vid. Valckenaer. ad Ammon. p. 6. sqq.

δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ, ὅτῳ ἄν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι· οὐχ ἵν' ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει τῆς ἀγχιστείας, ἀλλ' ἵνα εἰς τὸ μέσον καταθεὶς τὴν ὠφέλειαν, ἐφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν [1] ἀλλήλους εὖ· σὺ δὲ τοὐναντίον εἰσενήνοχας, μὴ ἐξεῖναι τῷ Δήμῳ τῶν αὑτοῦ δοῦναι μηδενὶ μηδέν· πῶς σέ τις φήσει τοὺς Σόλωνος ἀνεγνωκέναι νόμους, ἢ συνιέναι; Ὃς ἔρημον ποιεῖς τὸν Δῆμον τῶν φιλοτιμησομένων, προλέγων καὶ δεικνὺς, ὅτι τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν οὐδοτιοῦν ἔσται πλέον. Καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός· σὺ δὲ ποιεῖς, οὐ λέγεις, κακῶς τοὺς τετελευτηκότας τῶν εὐεργετῶν, τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν οὐδὲν ἐκείνοις προσῆκεν· ἆρ' οὐ πολὺ τοῦ Σόλωνος ἀποστατεῖς τῇ γνώμῃ;

κγ'. Πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι περὶ τοῦ

[1] ἄλλους T.

Ἄλλους.] Ἀλλήλους Reg. β. Vindob. et Aug. Recte hoc procul dubio. *Metta a gara il servire l'uno l'altro.* ut Italus Interpres. TAYLOR.

Τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν] Excidisse Reiskio et Auger. videtur αὐτόν. Sero sapiunt viri. Occurrit eadem ellipsis §. δ'. med. ut inferius §. κς'. ante med. et alibi. F. A. WOLF.

Κἀκεῖνος] Sub. νόμος. AUGER.

Αὐτός.] Ita lege cum optimis exemplaribus. Vulgo: τίς ἀκούῃ παίδων. Αὐτὸς σὺ δὲ ποιεῖς etc. TAYLOR.

Μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτὸς] *Ne tum quidem*, si *conviciis aut maledictis fuerit ipse a liberis defuncti provocatus.* Nempe κακῶς repetendum ad verbum ἀκούῃ, quod perfacile est. Monuit etiam Dorvill. ad Charit. p. 335. [L. III. c. III. 45. 15.] Nota structura, καλῶς ἢ κακῶς ἀκούειν ὑπό τινος seu πρός τινος, quam Latinus sermo ad amussim exprimit. Aliter, et male quidem, locum olim ceperunt, pronomine αὐτὸς ad seqq. tracto. De ipsa lege, hic allata, tum alibi a Demosthene mentio fit, tum a Plutarch. I. c. p. 89. E., quæ loca occupavit Petit. LL. AA. p. 604. Ibi simul notari poterat, vetustum hoc præceptum esse, τὸν τετελευτηκότα μὴ κακολόγει. Legitur sic Ghiloni illi tributum apud Stobæum Serm. CXXIV. p. 620. F. A. WOLF.

Τῷ δεῖνι μεμφόμενος, καὶ τὸν δεῖνα ἀνάξιον εἶναι φάσκων] *Huic succensens, illum indignum esse dictitans.* de ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα pro *hic* et *ille*, περὶ Παραπρεσβ. et in pri. contra Philippum, dictum est. *Ex edit.* HERVAG.

Ὧν οὐδὲν] *Quorum nihil*, vel *quarum rerum nulla ad illos pertinet.* AUGER.

Ὧν οὐδὲν ἐκείνοις προσῆκεν] Desiderat vir doctus participium aliquod, quo illud ὧν referatur, v. c. κατηγορῶν ὧν, h. e. κατηγορῶν ταῦτα, ὧν. Quin omnia absque hoc fulcro optime habent. Sensus est: *Tu vero male non dicis, sed facis defunctis evergetis nostris, dum oratione Tua passim homines*, qui *immunitate fruuntur, ita exagitas, ut nunc hic tibi videatur nescio qua culpa notabilis, nunc ille omnino sine merito* suo *donum consecutus: verum nihil hujusmodi, nihil harum rerum, in illos magnos viros convenit.* Patet, relativum ὧν pertinere ad verba, μέμφεσθαι et ἀνάξιον εἶναι φάσκειν. F. A. WOLF.

κγ'. Πάνυ τοίνυν σπουδῇ τις ἀπήγγειλέ μοι] Sic sæpe Oratores produnt, ex aliis se cognovisse, quid adversarii pro se dicturi sint: unde illud φήσει et φήσουσι in futuro, quod Interpretibus interdum molestum fuit. Conf. Demosth. in Midiam

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. Εἶτα καὶ Λακεδαιμόνιοι τῶν μὲν τοιούτων ἐθῶν ἀφεστᾶσιν· ἄλλαι δέ τινες παρ' ἐκείνοις εἰσὶ τιμαὶ, ἃς ἀπεύξαιτ' ἂν ἅπαξ ὁ Δῆμος ἐνταυθοῖ γενέσθαι. Τίνες οὖν εἰσὶν αὗται; Τὰς μὲν καθ' ἕκαστον ἐάσω· μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι. Ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν ἐγκριθῇ,

sopœus hio conjicit φέγειν, ἢ ἐπαινεῖν. TAYLOR. Θηβαῖοι pro Ἀθηναῖοι. Not. ad argum. or. Æschinis o. Ctesiph. Vales. ad Harpocr. p. n. 98. Notæ inditæ ad Suidam. *In schedis* IDEM. Τὰ τῶν Ἀθηναίων — τῶν δείνων ] Suspicor, has undecim voces esse emblema Glossatoris Græculi. nihil enim sensui addunt, sed sunt mere exegeticæ. Dubito quoque an Græce dicatur τὰ νόμιμα ποιεῖν eo sensu, quem hic locus postulat. nam de *Exsequiis mortuorum*, aut de *Sacrificiis*, nisi fallor, fere usurpatur hæo phrasis. Utcunque hoo sit, Textum ita connectendum esse existimo: οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἃ τῇ etc. MARKLAND. Bene hoc, [sc. conject. Lambin.] et apte clausulæ periodi, nec minus Græce. Nam frustra dubitat Marklandus, an alio sensu, quam de exsequiis mortuorum et sacrificiis, dici possit τὰ νόμιμα ποιεῖν. Vid. vel Xenoph. Cyrop. I. 2. 15. Taylorus autem e margine exemplaris cujusdam sui commendat, τὰ τῶν Ἀθηναίων ἢ Θηβαίων ἐπαινεῖν νόμιμα, scilicet manus doctæ emendationem. Denique Reiskius quum literam molestam ἢ ab aureo Aug. 1. abesse vidisset, ut natam ex proxima ν expunxit, id quod sane erat facillimum. Atqui omnibus his modis pannum curatum dico, e margine nobis illatum, non contextum auctoris. Expressam enim speciem et certa vestigia alienæ annotationis habent decem ista vocabula, quæ sententiæ non tantum nihil addunt, sed officiunt etiam, rectamque verborum structuram impediunt. Αὐτὸ τοῦτο, ὃ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, quæ verba glossator sibi explicanda putavit, id ipsum fere sonant, quod voluit: *instituta aliorum populorum laudare, suisque civibus in exemplum proponere.* Ita sæpius pronomina ista ansam dederunt glossematum. Ut Xenophon. Anab. Cyr. I. 1. Τότε ἀπέστησαν πρὸς Κῦρον πᾶσαι πόλεις πλὴν Μιλήτου. Ἐν Μιλήτῳ δ' ὁ Τισσαφέρνης προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, [ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον,] τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' ἐξέβαλεν. Non difficile foret glossemata odorari, si ita sua se specie ubique proderent. Nemo tamen ante Marklandum de fraude nostri loci monuit. F. A. WOLF.

Ἀλλ' ἃ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει, ταῦτ' ἐπαινεῖν ἀνάγκη καὶ ποιεῖν] Vir doctus, qui modo nihil vidit, repente nunc oculatissimus factus, sic ab auctore scriptum conjicit, ἀλλὰ τῇ παρ' ἐκείνοις πολιτείᾳ συμφέρει ταῦτ' ἐπαινεῖν, ἃ ἀνάγκη καὶ ποιεῖν. *Sed receptæ apud* eos *formæ gubernationis civilis convenit, ut ea laudentur, quæ ut fiant prorsus necesse est atque inevitabile.* Viderint acutiores; ego correctionis præstantiam non assequor. IDEM.

Τοιούτων] *Talibus*, nempe, qualibus nos utimur. AUGER.

Ἅπαξ] Forte cum MSS. melioris notæ, Ven. Vindob. Obsop. Aug. Ital. Bodl. ἅπας. TAYLOR.

Ἅπαξ] Forte ἅπας, nisi ἅπαξ significet *prorsus, omnino.* AUGER.

Ἅπαξ ὁ Δῆμος ἐνταυθοῖ γενέσθαι] Codd. magno numero, ἅπας ὁ Δῆμος, probante Tayloro. At cur *universus* Populus? Misere friget illud ἅπας. Contra sensum adjuvat ἅπαξ h. *plane, omnino.* Ἐνταυθοῖ pro ἐνταῦθα et alibi occurrit in Atticis. F. A. WOLF.

Μίαν δ', ἣ συλλαβοῦσα τὰς ἄλλας ἔχει, δίειμι] *Unam autem, quæ alias complectitur, commemorabo.* Ubi ἔχει ornatus magis causa quam significationis ponitur. Sunt enim ejusdem generis μαθὼν ἔχω pro ἔμαθον, et συλλαβὼν ἔχω, pro συνέλαβον, *complector.* Sic Aristid. ἡ μετὰ τῶν θεῶν αὐτὸν καταστήσασα ἔχει, id est, κατέστησεν, *in deorum cœtum adoptavit.* Neque dissimile est illud Sallustianum, *Bonorum præmia ereptum eunt*, pro *eripiunt.* Curtius: *Meleagri temeritatem armis ultum ire decreverat*, id est, *ulcisci*, &c. *Ex edit.* HERVAG.

Ἐπειδάν τις εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν ἐγκριθῇ] *Ut enim aliquis in eam, quæ Gerusia dicitur, cooptatus est, si modo eum se quem decet præstiterit, ita dominus est multitudinis. Siquidem apud* eos *virtutis præmium est reipublicæ gubernacula cum similibus sui pro potestate tenere.* Γερουσία, ut Demosthenis Interpres inquit, magistratus apud Lacedæmonios, ad quem ii de-

παρασχὼν ἑαυτὸν οἷον χρὴ, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. Ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων. Παρὰ δ' ὑμῖν ταύτης μὲν ὁ Δῆμος κύριος, καὶ [1] ἀρχαὶ καὶ [2] νόμοι φυλακαὶ, ὅπως

[1] ἀραὶ R.

[2] νόμοι καὶ φυλακαὶ T. R.

mum evadunt, qui integritate vitæ et veneranda senectute cæteris præstare videntur. apud hos enim qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur senes. Nam quod Senatus Romæ, hoc ferme fuit Γερουσία Spartæ, id est, Lacedæmone, ipsa quoque a senibus dicta, qui Græce γέροντες dicuntur. De qua Cicero in Catone: "Consilium," inquit, "ratio, et sententia nisi essent in senibus, non summum consilium majores nostri Senatum appellassent." Aristoteles lib. 2. Politicωn, Gerusiam apud Lacedæmonios virtutis præmium esse ait. Vide plura in Annotationibus Bud. in Pandect. Idem.

Εἰς τὴν καλουμένην Γερουσίαν] Et appositum καλουμένην docet, et aliunde scimus, hoc proprium nomen Senatus Lacedæmoniorum fuisse. Inflectitur tantum ab Atticis ad aures suas, quum e Spartana dialecto fuerit Γερωνία, aut potius Γερωσία. Athenis autem Senatus nunquam aliter dictus, quam Βουλή. De summa auctoritate Lacedæmonii Senatus quod legimus, confirmant alii: Isocrates Panathen. p. 389. qui Lycurgum ait instituisse, τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι, μεθ' ὅσηςπέρ φασι καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων· ἔτι δὲ τὴν δύναμιν αὐτοῖς περιθέντος τὴν αὐτὴν, ἥνπερ ᾔδει καὶ τὴν Βουλὴν ἔχουσαν τὴν παρ' ἡμῖν. Plutarchus Lycurg. p. 43. C. et p. 55. E. ubi Senatori Spartano tributum dicit τὸ σύμπαν κράτος ἐν τῇ πολιτείᾳ, κύριον ὄντα καὶ θανάτου καὶ ἀτιμίας καὶ ὅλως τῶν μεγίστων. Pausan. III. 11. p. 231. Ἡ Γερουσία συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας. Cicero Cat. Maj. c. 6 *Apud Lacedæmonios ii, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes.* Quem locum comparans cum nostro, Budæus Annott. pr. ad Pandect. p. 269. affert simul Aristot. de Rep. II. 7. p. 110., ubi ἡ ἀρχὴ αὕτη dicitur ἆθλον τῆς ἀρετῆς, plane ut a Nostro. F. A. Wolf.

Ἐγκριθῇ] Verbum est proprium. Κρίσις dicebatur illa Senatorum electio, cujus modum describit Plutarch. l. c., qui modus non immerito παιδαριώδης visus est Aristoteli, alia quoque in Senatu Spartano improbanti. Idem.

Μετὰ τῶν ὁμοίων] Ὅμοιοι apud Lacedæmonios aliud significabat, quam apud alios Græcos. Sic enim vocabant nobiles suos, ex quibus Senatus, ἡ Γερουσία, constituebatur. Sic apud Xenophontem, lib. 3. Hellenic. de Cinadonis conjuratione: οὗτος δὲ ἦν καὶ τὸ εἶδος νεανίσκος, καὶ τὴν ψυχὴν εὔρωστος, οὐ μέντοι τῶν ὁμοίων. Palmer.

Τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων] Tertius casus κυρίῳ est a suppresso τινὶ ad ἐστὶ, structura jam alibi explicata. Conf. not. §. κά. Mox qui fuerint οἱ ὅμοιοι, valde dubito an ex veteribus satis sit compertum. Cives in Rep. Laced. eminentiores fuisse, docent quidem omnia, eoque redeunt, quæ notavit Morus ad Xenoph. Hellen. III. 3. 5. Sed eorum dignitatem magis definitam si quæras, nusquam invenias. Ac non omnino assentior Palmerio Exercitt. in opt. auctt. gr. p. 629., putanti hoc nomine eos dici, e quibus Senatus constitutus sit; minus etiam Augerio, qui Ephoros intelligit. Adeo is mirabatur fortasse, magistratum tam potentem ab Oratore plane omissum. Enimvero cogitare debebat, ne regum quidem Spartanorum ullam mentionem fieri, et potestatem Ephororum, quamvis jam tum satis magnam et insolentem, magis in bellicis, quam domesticis rebus valuisse, tum horum mentionem auctori a consilio loci alienam videri potuisse. F. A. Wolf.

Ἀρχαὶ] Codd. nonnulli, ut Cant. Bodl. Regg. ε. η. Aug. et Ital. ἀραί. Inscite. Locus quidem est insanus, sed non ibi dolet. Lege enim omnino: ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως—sine καί. Mox v. 1. p. seq. cum Lindenbr. Vēn. et Ital. pro στέφανοί τε lege στέφανοι δέ. ut est in Vindob. Respondet enim hic locus superioribus, ταύτης μὲν ὁ δῆμος κύριος. Jam periodum impense restitutam mecum contempleris. ταύτης μὲν [i. e. πολιτείας] ὁ δῆμος κύριος, καὶ ἀρχαὶ καὶ νόμοι φυλακαὶ, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται· στέφανοι δὲ καὶ ἀτέλειαι—καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἄν τις ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν τύχοι. *Apud vos* quidem *Reip. dominus est Populus, et Magistratus et Leges* Cautiones sunt, ne quis *alius dominus sit: præstantibus* autem *viris præmia sunt proposita, coronæ — et ejus generis alia.* Taylor. F. leg. καὶ νόμοι εἰσὶ φυλακαὶ, ὅπως ... Auger. Præclare Taylorus vidit, superfluum et delen-

μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται· [1]στέφανοι δὲ καὶ ἀτέλειαι καὶ σιτήσεις καὶ τοιαῦτά ἐστιν, ὧν ἄν τις, ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν, τύχοι. Καὶ ταῦτα ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχει, καὶ [2]τὰ ἐκεῖ, καὶ τὰ παρ' [3]ἡμῖν. Διὰ τί; Ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ· τὴν δὲ τῶν Δήμων ἐλευ- 490
θερίαν ἡ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἁμιλλα, ἣν ἐπὶ ταῖς παρὰ

[1] στέφανοί τε καὶ T. [2] τἀκεῖ R. [3] ὑμῖν. διατί; T.

dum esse postremum καὶ, vulgo ante φυλακαὶ lectum: idque judicium ita verum est, ut nihil amplius ad sanitatem loci requiratur. Liquido simul apparet, quid scribas in errorem deduxerit. Nempe nomen φυλακαὶ, scil. εἰσὶ, non viderunt esse pro φυλάττουσιν, ab eoque sequentia pendere, ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. At φυλακὴ Græce dicitur, ut Latine *custodia*, pro *custode*, sive pro *eo, quo quid custoditur*. De Latinis succurrit nunc unus locus Livii VI. 1., de Græcis v. Wesseling. ad Diodor. I. 2. Hinc sensus scripturæ nostræ oritur hic: *Apud Vos omnium rerum arbiter* (κύριος ταύτης h. τῆς πολιτείας) *est Populus, et cavent magistratus legesque, ne quis alius imperio potiatur.* De *legibus* quidem nihil dubium, quippe quas constat plurimum valere ad liberæ civitatis statum firmandum. Ne vero ἀρχαὶ legibus non bene junctæ videantur, cogitandum, *annuos magistratus*, et obnoxios rationibus apud Populum reddendis, præclarum in tali Republica munimentum esse libertatis, adeo ut et ipsa vocabula ἀρχῶν, *magistratuum*, antiquus loquendi usus non temere de alio quam libero populo frequentarit. Ita Cicero in Bruto c. 14. dicit Civitatem per Brutum regia dominatione liberatam, et *magistratibus annuis, legibus, judiciisque, devinctam.* Hæc si Reiskius advertisset, lectionem ἀρχαὶ non dixisset tardis grammaticastris deberi, prælata alia paucorum codd. in Marg. Ben., quam prope ominosam dixeris, ἀραί. Ea autem viro audaci ita placuit, ut nihil territus diris, quibus eam alii certatim devovissent, suum *bene veneris* succlamans, in textum invexerit. Hæ ἀραὶ, *exsecrationes*, videntur ei capiendæ de præconio, quo singulis ecclesiis insidiatores popularis libertatis damnari solebant. Nota res ex Aristophane, et egit de ea Petitus LL. AA. p. 289. Commentum sane lepidum! Nam si ista vox præconis, si vanus iste ritus pro fulcro libertatis haberi potest, quidni eodem jure τοξόται possint, quorum manibus improbi a suggestu arcebantur? Sed quod etiam magis mireris, proxima verba, καὶ φυλακαὶ, ab eodem editore explicantur de *magistratibus*. Itane vero? Magistratus a loco non alienos censet, modo exsecrationes accedant? Talia refellere non placet: adeo sunt putida. F. A. Wolf.

Καὶ ταῦτα ἀμφότερα ὀρθῶς ἔχει—] Cur h. l. tam belle tractentur Lacedæmonii, cur tam acerbe Thebani, dixi in Prolegomm. Alio tempore si Orator de his populis dixisset, longe dixisset aliter. Sic et Isocrates et alii variant stilum pro tempore, quum de Thebanis scribunt. Idem.

Ὅτι τὰς μὲν διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις, τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ] Constructionem mutata leviter distinctione adjuvi. Jam junges: ὅτι τὸ πάντας τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις ποιεῖ ὁμονοεῖν τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας. Ubi notabis, maximum bonum oligarchiis tribui concordiam inter optimates, cum servitute ceterorum omnium fere conjunctam, et huic splendide opponi Atheniensium libertatem. De forma Spartanæ Reip. protrita omnia. Atheniensibus quum ea videretur vulgo esse ὀλιγαρχία, ipsi Lacedæmonii, gratiore vocabulo, ἀριστοκρατίαν dicere malebant. Vere mixta erat, et antiquiori Romanæ similis, ut bene Menander scribit de Encom. III. 1. Ceterum conf. cum hoc loco nostro Thucydideum II. 37. Idem.

Τοὺς τῶν κοινῶν] Wolfius hunc locum interpretatur, perinde ac si Textus ita punctis ordinaretur: τὰς διὰ τῶν ὀλίγων πολιτείας, τὸ πάντας ἔχειν ἴσον ἀλλήλοις τοὺς τῶν κοινῶν κυρίους, ὁμονοεῖν ποιεῖ. Et omnino recte. Ita explicat Ulpianus: ἡ εὔνοια ἐκεῖ, ἐκ τοῦ εἶναι πάντας τοὺς ἄρχοντας ἴσους· ἐνταῦθα δὲ, ἐκ τοῦ λαμβάνειν τὰς ἀξίας (lege τοὺς ἀξίους) τιμάς. Longe aliter Versio Italica: *Percioche ne' governi de' pochi, l' havere tutti egual parte, tiene d' accordo i Signori.* et Batava: *Quia in paucorum principatu dominos Reip. concordes facit, si pari potestate omnes fruantur.* Taylor.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

τετε, [1]τοῦ χάριν ἂν τῶν ὑμετέρων αὐτῶν ἐθῶν ὀλιγωροῦντες, ἐκεῖνα διώκοιτε; Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν λογισμὸν ἐκεῖνα φανείη βελτίω, τῆς γε τύχης ἕνεκα, ᾗ παρὰ ταῦτα ἀγαθῇ κέχρησθε, ἐπὶ τούτων ἄξιον μεῖναι. Εἰ δὲ δεῖ παρὰ πάντα ταῦτ' εἰπεῖν, ὃ δίκαιον ἡγοῦμαι, ἐκεῖνο ἔγωγ' ἂν εἴποιμι. Οὐκ ἔστι δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους, οὐδὲ τοὺς Θηβαίων λέγειν ἐπὶ τῷ τοὺς ἐνθάδε λυμαίνεσθαι· οὐδὲ, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι [2]μεγάλοι εἰσὶ, κἂν ἀποκτεῖναι βούλεσθαι τὸν παρ' [3]ἡμῖν τούτων τι κατασκευάσαντα· διὰ δ' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν Δῆμος εὐδαίμων, ταῦθ' ὡς ἀνελεῖν δεῖ, λεγόντων τινῶν ἐθέλειν ἀκούειν.

κδ'. Ἔστι τοίνυν [4]τις πρόχειρος λόγος, ὡς ἄρα καὶ 491

[1] του T. [2] μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας εἰσὶ T. R. [3] ὑμῖν T. [4] τίς T.

ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά. Æschin. in Ctesiph. §. πέ'. Φατὲ μὲν εὐτυχεῖς εἶναι, ὡς καὶ ἐστὲ, καλῶς ποιοῦντες etc. Idem.

Τὸν λογισμὸν] Ὁ λογισμὸς, *ratiocinatio, le raisonnement*. Contra ponitur *experientia, fortuna, qua Populus adhuc bona usus sit*. Idem.

Τῆς γε τύχης ἕνεκα] Sumta videtur hæc ἔννοια ex Lysiæ Orat. Nicomach. pag. 854. 9. ubi *antiqua Majorum sacrificia* ait *servari oportere*, εἰ μηδὲν δι' ἄλλο, τῆς τύχης ἕνεκα, τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν γεγενημένης, *si ob nihil aliud*, saltem ob fortunam, *quæ ista sacrificia est secuta*. Markland.

Εἰ δὲ δεῖ παρὰ πάντα ταῦτ' εἰπεῖν] Ἢ παραλιπόντα ταῦτα πάντα, ἢ πρὸς τούτοις ἅπασι. Wolf.

Παρὰ πάντα ταῦτα] H. e. χωρὶς πάντων τούτων, *omissis his omnibus*, ut recte Wolfius interpres. In notulis vero idem adscripsit verba: ἢ παραλιπόντα ταῦτα πάντα, ἢ πρὸς τούτοις ἅπασι. Hinc facili nisu nascitur conjectura Reiskio, pro παρὰ πάντα legenti παραλιπόντα. Sed conf., ne longius abeas, infra §. λε'. et Aristid. Declam. §. 62. F. A. Wolf.

Μεγάλοι τῆς ὀλιγαρχίας etc.] Deleri jubet has voces Lambinus, τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας. Nimirum vir ille doctissimus putavit, eas fuisse exegeticas τοῦ ὧν. Cui lubentissime assentior. Taylor.

Οὐδὲ δι' ὧν μὲν—] *Neque velle etiam occidere eum qui aggrederetur apud vos introducere aliquid eorum propter quæ illi* [N. Lacedæmonii et Thebani] *magni sunt oligarchiæ et monarchiæ causa*, i. e. oligarchiæ et monarchiæ instituta et usus approbando et assumendo. Auger.

Οὐδὲ, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσὶ—] Adjicitur hic in omnibus editt., etiam postrema, τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δεσποτείας. Ita tempus erat, optime monentibus Lambino et Tayloro morem gerere. Et pluribus quidem de causis verba hæc mihi suspecta sunt. Primum insolentior est hic usus vocis δεσποτείας de civitate, qualis erat Thebana. Tum, quod caput est, verba cum reliquis plane nulla sana structura coeunt, ut ratio loquendi emendata, et Attico scriptore digna, exeat. Nihili est ars, qua in illis defendendis editor postremus abutitur. Utinam nos uno aliquo loco docuisset, vocem μέγας usitate cum genitivo construi, sicut alia adjectiva passim solent. Scribit quidem, Latine pariter dici *magnus dominationis*. Neque ego ignoro, a Latinis, qui Græcam syntaxin imitantur, similia adjectiva, *præcipuus, egregius, præclarus*, etiam *ingens* a *Sallustio* et *Tacito*, cum secundo casu poni. Illud tamen ignoro, et Reiskianam Latinitatem puto esse, non Romanam. Adscripta h. l. verba videntur explicandi causa ad ὧν μὲν aut ad τούτων, deinde intrusa ab eo, qui hæc prononina, vaga et minus perspicua putaret. Neque pannum habuit Schol. in codice suo, quod facile ex ejus interpretatione cruent, qui nasum habent. Ceterum periodi hujus partes eleganti circuitu posita sunt, quum hic sit ordo structuræ: Οὐδὲ, κἂν βούλεσθαι ἀποκτεῖναι τὸν παρ' ἡμῖν κατασκευάσαντα (*introducere tentantem, molientem*) τὶ τούτων, δι' ὧν μὲν ἐκεῖνοι μεγάλοι εἰσίν· ἐθέλειν δὲ ἀκούειν τινῶν λεγόντων, ὡς δεῖ ἀνελεῖν ταῦτα, δι' ὧν ὁ παρ' ἡμῖν Δῆμος εὐδαίμων ἐστίν. F. A. Wolf.

κδ'. Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος—] Commentarios h. l. habemus locos eos, quos

παρ' [1] ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου, ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς ἑρμαῖς ἐτύγχανον· καὶ ἴσως [2] τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται [3] τὶ ἐπίγραμμα. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι τοῦτον τὸν λόγον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κατὰ πολλὰ ἀσύμφορον εἶναι τῇ πόλει λέγεσθαι, πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον. Εἰ μὲν

[1] ὑμῖν T. [2] τοῦθ' T. R. [3] τὸ T. R.

laudavi §. ις'. imprimis Æschinis in Ctesiph. §. νθ'. inde a verbis, ἐπεὶ δὲ στεφάνων ἀνεμνήσθην, ubi præmiorum et titulorum fiorente Republ. tenuitas cum posterioris ætatis profusione comparatur. Maxime huc pertinet, quod ibi paullo inferius legitur, iis, qui, Persis ad Strymonem devictis, Eïonem in ditionem Atheniensium redegissent, (v. Herodot. VII. 107. et ibi Intpp.) nihil honorum publice decretum fuisse præter tres hermas, et ne hos quidem ducum nominibus inscriptos, sed epigrammatis in honorem Reipubl., quæ carmina exstant apud Æschinem, et ex eo apud Plutarch. in Cimone p. 482. E. Inde lux verbis, ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς ἑρμαῖς ἐτύγχανον, ubi ἀγαπητῶς est *ægre*, aut *ita, ut præclare secum actum putarent, tantulam rem consecuti.* Οἱ ἑρμαῖ spectant ad *Stoam hermarum*, locum Athenis, cujus notitiam vid. in Meursii Athen. Att. I. 3., ubi cum aliis locis hic quoque Demosthenis citatur. IDEM.

Τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα. ἐγὼ δὲ etc.] Lego: τὸ ἐπίγραμμα. ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ. Ἐγὼ δὲ etc. nam voces istæ emphaticæ τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα, HOC *epigramma*, satis indicant, secutum et citatum fuisse hoc loco epigramma aliquod: ut §. ιγ'. med. ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτο τὸ ψήφισμα αὐτοῖς. ΨΗΦΙΣΜΑ. et alioquin dixisset αὐτὸ (non τοῦτο) τὸ ἐπίγραμμα, *epigramma ipsum.* De paribus omissionibus, et ab eadem causa, in vocibus ΝΟΜΟΣ, ΨΗΦΙΣΜΑ, ΟΝΟΜΑΤΑ, et similibus, quæ non sunt ex corpore Orationis, vide passim notata ad Lysiam. Porro, hoc Epigramma, quod innuit Demosthenes, exstare puto apud Plutarchum, in Anthologia, et alibi, nisi fallor; has enim Notulas raptim scribo, et libris destitutus. MARKLAND.

Ἀναγνώσεται] Nempe, Leptines. Hic mihi locus ita legendus vid. καὶ ἴσως τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπιγραμμάτων. AUGER.

Ἴσως τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπίγραμμα] Vulgatur ab omnibus, ἴσως τοῦθ' ὑμῖν ἀναγνώσεται τὸ ἐπίγραμμα. Sed verba τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα, molestissima esse et prorsus inepta, nemo non sentiet. Nisi forte credere volumus, aut *unicum* aliquem titulum exstitisse, et auditoribus bene notum, aut Oratorem, quum hæc pronunciaret, tituli alicujus apographum manu tenuisse, quo gestu supra dixit τὸ ψήφισμα τοῦτο. Atque haud scio an huc delatus sit Marklandus, conjectura per se quidem probabili, et quæ aliis locis Oratorum aliquando feliciter adhibebitur, suspicatus ad extremum h. l. excidisse vocem ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ, olim bis ab auctore positam, ut jam nunc recitatio epigrammatis facta videri debeat. Quo commento difficultatem tolli, persuadeat sibi, qui poterit. Equidem aut omnino Demosthenis ingenium et artem scribendi ignoro, aut hic talis locus illi, qui nihil inepte, nihil alieno tempore molitur, minime idoneus potuit videri, ubi ipsos epigrammatis versiculos decantaret. Simul illud in eadem ratione miror, unde Noster divinare potuisset, quodnam tandem epigramma ex multis, quæ suppeterent, adversarius ad recitationem esset electurus. Abundabat Porticus hermarum tanta copia titulorum, quæ optionem difficillimam facere deberet. Vides jam, in quas salebras ista nos conjectura deducat. Vidit fortasse et Reiskius, vulgatæ scripturæ præter morem suum defensor: sed vellemus ipse aliter se expedisset. Nam quum remittit nos ad modo laudatum Æschinis locum, ubi τοῦτο τὸ ἐπίγραμμα quæramus, profecto nos deridet vir facetus. Æschinea oratio illa XXV. annis post hanc nostram habita est, et, ut hoc nihil putes, tres inscriptiones ibi leguntur, non una. Quare missis hisce nugis omnibus posui, quod ab auctore profectum arbitror, ἴσως τοιοῦτον ὑμῖν ἀναγνώσεται τὶ ἐπίγραμμα, *aliquam talem inscriptionem ex hermis.* Hujusmodi mendis nihil in libris facilius. Et forsan satius fuisset reponere τοιοῦθ' ὑμῖν, quod propius sonaret vulgatæ, τοῦθ' ὑμῖν. F. A. WOLF.

Πρὸς δὲ καὶ οὐ δίκαιον] Ἀντὶ τοῦ, πρὸς δὲ τούτου καὶ ἄδικον. πρὸς enim et πρὸς δὲ etiam adverbialiter ponuntur, pro *præterea*

γὰρ ἀναξίους εἶναί τις φήσει κἀκείνους τιμᾶσθαι, τίς ἄξιος, εἰπάτω· [1][εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον·] εἰ δὲ μηδένα φήσει, συναχθεσθείην ἂν ἔγωγε τῇ πόλει, εἰ μηδεὶς ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ γέγονεν ἄξιος εὖ πασθεῖν. Καὶ μὴν εἴγε ὁμολογῶν, ἐκείνους εἶναι σπουδαίους, μὴ τετυχηκότας δείξει μηδενὸς, τῆς πόλεως ὡς ἀχαρίστου δήπου κατηγορεῖ. Ἔστι δ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχοντα, οὐδὲ ὀλίγου [2]δεῖ· ἀλλ' ἐπειδάν τις, οἶμαι, κακουργῶν ἐπὶ μὴ

[1] Absunt unci. T. R. [2] δεῖν R.

et προσέτι. Plato lib. 5. de Republ. ὅτι κοινῇ στρατεύσονται, καὶ πρόσγε ἄξουσι τῶν παίδων εἰς τὸν πόλεμον ὅσοι ἀδροὶ, etc. *Ex edit.* HERVAG.

Εἰ μήτε — τῶν ὕστερον] Neque hoc videtur esse Demosthenis, sed scriptum fuisse in Margine ad ista: τίς ἄξιος εἰπατῳ] Εἰ μήτε τῶν πρότερον οὐδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον. inde in Contextum admissum. MARKLAND.

Εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον] Nusquam decessor meus longior est, quam ad h. l. Quod ipsum facit, ut et nobis explicate dicendum sit, quamvis nihil aliud quam capitalem sententiam Marklandi sequamur. Locus igitur, qualem vulgo editores exhibent, primum, quid offensionis habeat, ipse Latine versus ostendat: *Si quis etiam illos*, h. e. qui majorum nostrorum memoria bene de Republ. meruerunt, *indignos honore fuisse putabit, dicat nobis, quisnam dignus sit:* [*si neque quisquam eorum, qui priore tempore vixerunt, nec qui posteriore:*] *si vero neminem putabit, Reipublicæ nostræ vicem doleam, quod nemo per tot sæcula in ea honore ac præmiis dignus exstiterit.* Jam in istis verbis uncinatis experiatur, quisquis volet, fortunam suam; trahat ea retrahatque ad utramcunque partem periodi velit: si quid inde sani coloris extuderit, eum Fortunæ filium unicum perhibebo. Mihi quidem, quo sæpius ad ea verba redii, propensius ad veritatem visum est, irrepsisse post illud, τίς ἄξιος εἰπάτω, notam marginis, εἰ μήτε τῶν πρότερον μηδεὶς, μήτε τῶν ὕστερον. Quod judicium Marklandi est, et tale, quod viro veniam aliorum, quæ passim ab eo festinatius scripta notavi, impetrare possit: adeo illud rectum, acutum, verum est. Sed eorum causa, qui tardiore harum rerum sensu utuntur, age, ad eundem modulum, quem hæc periodus habet, novam fingamus, et membratim fere parem, si forte ita illi facilius verum assequi possint. Fingamus, esse quendam adeo superbi judicii, ut in historia scribenda nec veteres, neque recentiores satis probet, neutrosque dignos censeat, quos imitetur ipse, historiam scripturus, cumque hominem ab aliquo culpatum his verbis: *Si tu etiam illos*, h. e. Græcos et Latinos, *rejicies, nec satis dignos imitatione esse censebis, dicas velim nobis, quis tandem dignus sit: si nec antiquorum quisquam, neque recentiorum: si vero neminem dices, fastidium tuum mirer, cui nemo inter tot præstantissimos in hoc genere auctores vel laude tua vel imitatione dignus videatur.* Vix quisquam erit in arte scribendi adeo rudis, quin colo illo, diductis literis a nobis expresso, omnem sanitatem structuræ disperdi primo statim adspectu intelligat, et emblema tam inconcinne illatum furca expellendum judicet. F. A. WOLF.

Καὶ μὴν εἴγε ὁμολογῶν —] Dilemmate adversarius ab utraque parte sic constringitur, ut effugium vix pateat. Aut nullos unquam cives præmiis dignos vixisse, dicendum erit, aut Rempubl. erga suos ingratam esse. Δείξει nunc poni de solo conatu, apertum est. Δήπου, arctius jungendum illud cum ἀχαρίστου, ironiæ cuidam inservit: *Civitatis ingratæ, si Diis placet.* IDEM.

Δείξει] Non *monstrabit*, (neque enim hoc monstrare potuit Leptines, ut mox dicitur) sed *monstrare volet*, aut *conabitur*. Nisi ita sumatur, legendum erit λέξει, *dicet*, ut φήσει paullo ante. MARKLAND.

Οὐδὲ ὀλίγου δεῖ] Legitur δεῖν in Ben., unde id transiit in Reiskianam. Minus recte, in hac quidem locutione. Conf. notata §. ζ'. post med. ac Ruhnken. et Toup. ad Longin. c. 33., quanquam hi non satis inter se consentiunt. F. A. WOLF.

Κακουργῶν] Lege cum marg. Morel. πανουργῶν. atque etiam infra, §. κζ'. πανουργότατον pro κακουργότατον ex eadem auctoritate. TAYLOR.

Ἐπειδάν τις, οἶμαι, κακουργῶν — ] *Si quis, insidiosis argumentis usus, ad res non*

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

βοῖα πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς, ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν, καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς. Καὶ τούτων ψήφισμά ἐστιν Ἀλκιβιάδου, ἐν ᾧ 492
ταῦτα γέγραπται. Τότε μὲν γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν καὶ γῆς [1] εὐπόρει, καὶ χρημάτων· νῦν δὲ εὐπορήσει· δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ βλασφημεῖν. Καίτοι, τίν' οὐκ ἂν οἴεσθε νῦν τὸ τρίτον μέρος τούτων ἀντὶ τῆς ἀτελείας ἑλέσθαι; Ὅτι τοίνυν ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, λάβε μοι τὸ ψήφισμα τουτί! Λέγε!

## ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ὅτι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ τοῖς προγόνοις ὑμῶν ἔθος ἦν τοὺς χρηστοὺς τιμᾶν, δηλοῖ τὸ ψήφισμα τουτί· εἰ δὲ μὴ τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ ἡμεῖς νῦν, ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη. Εἰ τοίνυν μήτε Λυσίμαχον, μήτ' ἄλλον μηδένα, μηδὲν εὑρῆσθαι παρὰ τῶν προγόνων [2] ἡμῶν συγχωρήσαιμεν, τί μᾶλλον, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν; Οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες, ἃ μὴ δοκεῖ, δεινόν

[1] ηὐπόρει T. [2] ὑμῶν T.

Atheniensium ditioni ab Olymp. 68, 2. ad 92, 1. Vid. Herodot. V. 77. Thucyd. VIII. 95. seqq. et Dukeri ad hunc not. p. 73. Ante Olymp. 87. autem Alcibiades vix potuit forum attingere, natus, mea quidem sententia, Olymp. 82. non, ut vulgo putatur, 84. Isto vero tempore quomodo insulæ illius bonis Resp. sit usa, bene hic locus monstrat. Quocum confer Isocrat. Paneg. c. 31. Denique γῆ πεφυτευμένη est *terra arboribus consita*, opposita τῇ ψιλῇ h. ἀδένδρῳ, ἀροσίμῳ. Hom. Iliad. I. 576. Τέμενος, τὸ μὲν ἥμισυ, οἰνοπέδοιο, ἥμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο. F. A. Wolf.

Πλέθρα γῆς πεφυτευμένης] Ubi inter segetes etiam Arbores fructiferæ et vitiferæ sunt. Huic opponitur, ut opinor, ἡ ψιλὴ, ager frumentarius. Nannius: *Centum jugera agri consiti, centum item sationalis contributa fuisse.* Wolf.

Καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμὰς] Καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Utrum vero διὰ βίου, an μέχρι του? Idem.

Καὶ τούτων] Forte καὶ περὶ τούτων. Idem.

Εὐπορήσει] Εὐπορεῖ Cant. Taylor. Est παρὰ προσδοκίαν. exspectabant enim Auditores, et dixisse debuit, ἀπορεῖ, *indiget*, ut bene notat Ulpianus: sed verbo male ominato abstinuit, et pro eo Precatione utebatur, ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. unde scribendum videtur, νῦν δὲ εὐπορήσαι, in Optativo. Markland. Exspectatur post priora simplex et præfractum ἀπορεῖ. At euphemismus prætulit ἀπορήσει h. e. *speramus tempus omnibus rebus abundans aliquando esse rediturum.* Sic acceptum futurum, si rem cogites, ad votum redit, ut hactenus Schol. scribere potuerit, ἐπηύξατο εὐπορεῖν τὴν πόλιν. F. A. Wolf.

Ἕτερόν τι τοῦτ' ἂν εἴη] *Id nihil huc pertinet, nihil valet ad propositum nostrum.* Alias hoc ita effertur, ἄλλος ἂν εἴη λόγος, aut λόγος ἕτερος οὗτος. Idem.

Παρὰ τῶν προγόνων ἡμῶν] Ex Wolfianis Taylorus traxit ὑμῶν, ortum fortasse ex eo, quod præcedit, καὶ τοῖς προγόνοις ὑμῶν. Attendi autem nunc debebat primæ personæ verbum, συγχωρήσαιμεν. Idem.

Τί μᾶλλον, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς, διὰ τοῦτο δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν] Augerium, qui mallet ἀφαιρεθείημεν, *auferremus*, fefellit constructionis ratio, quæ est talis: τί; μᾶλλον δικαίως ἂν ἀφαιρεθεῖεν (i. e. ἀφαιρεθείησαν) διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι, οἷς ἔδομεν νῦν ἡμεῖς; *Quid? num minus esset injustum, eos, quibus hoc tempore aliquid dedimus, spoliare?* Scribendum autem τί cum signo interrogandi. Idem.

εἰσιν οὐδὲν εἰργασμένοι· ἀλλ' οἱ δόντες μὲν, πάλιν δ' ὕστερον, μηδὲν ἐγκαλοῦντες, ἀφαιρούμενοι. Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει δεῖξαι, κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῷ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους, συγχωρῶ καὶ ὑμᾶς ταὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι· καίτοι τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως· εἰ δὲ μηδεὶς ἐν ἅπαντι τῷ χρόνῳ τοῦτ' ἔχει δεῖξαι γεγονὸς, τίνος εἵνεκα ἐφ' ἡμῶν [1]πρῶτον καταδειχθείη τοιοῦτον ἔργον;

κέ. Χρὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! κἀκεῖνο ἐνθυμεῖσθαι καὶ ὁρᾶν, ὅτι νῦν ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δι-

[1] πρώτων R.

Ἀλλ' οἱ δόντες] Fortasse: ἀλλ' οἱ δόντες μὲν πάλαι, ὕστερον δὲ etc. Quanquam receptam lectionem non improbem: οἱ δόντες μὲν, πάλιν δ' ὕστερον — ἀφαιρούμενοι. Sed quid hoc: οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες — δεινόν εἰσιν οὐδὲν εἰργασμένοι? Quare οὐδέν? Cum loci sententia sit, ut Interpretes recte expresserunt. *Nec enim, qui non dederunt,* sunt accusandi. Wolfius. *Non enim, qui nihil dant,*—gravia faciunt. Nannius. Delebis profecto istud οὐδὲν, quod fortasse olim notavit varietatem lectionis, cum, quod scribitur οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες in aliquibus Codd. exarari potuit: οὐδὲ γὰρ οἱ μὴ δόντες etc. Mox v. 6. melius cum Augustano: τίνος εἵνεκα ἐφ' ὑμῶν πρώτων. TAYLOR.

Οὐ γὰρ οἱ μὴ δόντες—ἀφαιρούμενοι] Miris intemperiis agitatus in h. l. Taylorus laborat, ut sanum vitiet. Nihil dicam de altera ejus conjectura, quam ipse non nimiopere probat. Altera vero, qua post εἰσὶν sedulo jubet expungi οὐδὲν, quod sententiæ repugnare ait, hæc ergo conjectura non tantum omnium librorum fidei, sed, quod caput est, omni rationi sermonis adversatur. Dicit Demosthenes: *Neque enim, qui non dederunt, quæ omnino non placuit dare, quidquam mali fecerunt; at faciunt ii, qui, quod antea dederunt, postea rursus adimunt, idque nulla de causa.* Satis constat, post voces negativas pro τὶ poni οὐδὲν et μηδὲν, et a Latinis *quidquam,* etsi hodie ibi plures, et tales quoque, quos sæpe summos viros salutant, pessime scribunt *aliquid.* In Græcis quot locos Taylorus ita debuerat nobis corrumpere! Quoties etiam falce critica duo simul verba recidere! Ut in illo Eurip. Cycl. 120. Ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενὸς etc. etc. F. A. WOLF.

Καίτοι τό γε] Forte καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως, aut τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει. WOLF. F. τοῦτό γε αἰσχρόν. AUGER.

Κἀκείνους ὧν ἔδοσάν τῷ τι τοῦτ' ἀφῃρημένους] Id est ἀφῃρῆσθαί τι τοῦτο ἐκείνων, ἃ ἔδοσάν τινι. Post paullo ad ὁμοίως suppl. ὑπάρχει vel μένει, *turpitudo par est et eadem,* seu res fiat exemplo, sive nullo fiat. Ὁμοίως idem valet, quod in hoc genere alias, οὐχ ἧττον τούτου ἕνεκα. Wolfius cur malit, καίτοι τοῦτό γε αἰσχρὸν ὁμοίως, aut τόγε αἰσχρὸν ὁμοίως ὑπάρχει, equidem non video. Neque magis illud, cur Reiskius luculentiorem putet orationem fore sic mutatam, τόγε αἰσχρὸν αἰσχρὸν ὁμοίως. *Quod natura sua turpe est, id ubique locorum pariter turpe est.* Luculentum sane hoc, sed majus quiddam est, quam auctor voluit. F. A. WOLF.

Τίνος εἵνεκα ἐφ' ἡμῶν πρῶτον καταδειχθείη τοιοῦτον ἔργον] *Cur nostra demum ætate talis rei exemplum edatur?* Recte habet πρῶτον, nec opus scriptura Aug. 1. nuper inducta, πρώτων. Non cogitavit vir doctus, qui id fecit, Latinam consuetudinem Græcis obtrudendam non esse, peccans in eadem re in Dionys. Halic. V. 17. VII. 21. aliisque locis. Supra tamen §. ιϛ'. med. nihil mutavit in verbis, ὑφ' ὑμῶν μόνον, licet ibi fecisset excusatius. Confer, quæ de simili genere contra Ernestium scripsit I. F. Heusinger ad Cic. Offic. I. 7. 5. Jam aliquoties nobis obvium εἵνεκα ne quis ab Attico scriptore alienum credat, hæc forma in libris et Platonis et Demosthenis tam crebro occurrit, vix ut scribis imputari possit. Tuetur etiam Thomas: Καὶ ἕνεκα καὶ εἵνεκα Πλάτων, Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι· Θουκυδίδης δὲ ἀεὶ ἕνεκα. Et ita semper poetæ quoque Atticorum ἕνεκα, eademque vi οὕνεκα habent, nusquam tamen εἵνεκα. Vid. Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 74. et alibi. IDEM.

κέ. Κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν] Pollux VIII. 10. hoc jusjurandum judicum Atheniensium memoriæ prodidit: ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. Hunc vero ritum

κάσειν ἥκετε, οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων, οὐδὲ τοὺς Θηβαίων, οὐδ' οἷς ποτὲ ἐχρήσαντο οἱ πρῶτοι τῶν προγόνων, ἀλλὰ καθ' οὓς ἔλαβον τὰς ἀτελείας, οὓς ἀφαιρεῖται νῦν οὗτος τῷ νόμῳ· καὶ περὶ ὧν ἂν νόμοι μὴ ὦσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ [1] κρινεῖν. Καλῶς! Τὸ τοίνυν τῆς γνώμης πρὸς 493
ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον! Ἆρ' οὖν δίκαιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοὺς εὐεργέτας τιμᾶν; Δίκαιον! Τί [2] δαί; ὅσ' ἂν δῷ τις ἅπαξ, δίκαιον ἔχειν ἐᾶν; Δίκαιον! Ταῦτα τοίνυν αὐτοί τε ποιεῖτε, ἵνα εὐορκῆτε· καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν μή τις φῇ ποιεῖν· καὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα λέ-

[1] κρίνειν. T. κρινεῖν καλῶς. R. [2] δαί, T. R.

seu solennitatem non satis expressit Wolfius in sua Interpretatione. Alii melius: *Illud quoque in animo et oculis esse debet, quod huc venistis, eo juramento* [jurejurando] *adstricti: primum* ut secundum leges judicaretis, *non Lacedæmoniorum, aut Thebanorum, aut priscorum nostrorum progenitorum, sed secundum nostri temporis jura, ex quorum edictis hæ immunitates datæ, quas iste sua rogatione tollit: deinde, ut, ubi leges nihil exprimunt, ibi judicaretis ex sincera æquitate animi, quæ singulis quibusque legibus a vobis adhibenda est.* Nannius. *Dovete ancor questo, Atheniesi, considerare et havere dinanzi agli occhi, che hora sete quà venuti havendo giurato* di giudicare secondo le leggi, *non de' Lacedemonii* etc. Italus. TAYLOR.

Κρίνειν] Cum Bodl. et Ital. κρινεῖν in Futuro: ut δικάσειν ἥκετε supra, v. 1. a quibus hoc etiam pendet. Ita sensit Wolfius. TAYLOR.

Ὀμωμοκότες κατὰ τοὺς νόμους δικάσειν— κρινεῖν] Verba, οὐχὶ τοὺς Λακεδαιμονίων — — τῷ νόμῳ, legi postulant sic, ut audiatur, duobus primariis membris ea interjecta esse; infinita autem, δικάσειν et κρινεῖν, pendere a participio, ὀμωμοκότες. Sic causa in promtu est, cur editores mutarint olim male scriptum, κρίνειν. Non minus vero cavendum erat alterum vitium, quo indivise scribunt, κρίνειν καλῶς. Orationi interpositum hoc καλῶς, approbationis vox. Conf. §. κζ'. med. et §. λέ. Ceterum ad οὓς ἀφαιρεῖται e verbo ἔλαβον sumendum est ἐκεῖνοι, ne quis tentet, τὰς ἀτελείας, ἃς ἀφαιρεῖται. Rem ipsam quod attinet, judicum Atheniensium jusjurandum iisdem pæne verbis refert Pollux VIII. 10. 122. Ὁ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν, περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ, i. e. *ex æquo et bono, nulloque cujusquam amore aut odio.* Reliquos locos, ubi hoc occurrit, γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ κρίνειν, v. apud P. Fabrum de Magg. Rom. in Thes. Salleng. T. III. p. 1163. Non id tamen inest in Heliastarum jurejurando, cujus formulam legimus in Demosth. adv. Timocrat. p. 746. ed. R. Nostri jurisjurandi adactionem Athenis singula judicia præcessisse, credibile est, ut et apud Romanos, quorum eadem fuit consuetudo. Vid. Justinian. L. XIV. C. de Judic. F. A. WOLF.

Τὸ τοίνυν τῆς γνώμης πρὸς ἅπαντα ἀνενέγκατε τὸν νόμον] Id est, ταύτην τὴν γνώμην. *Hanc sententiam, tanquam regulam, transferte, admovete ad universam legem Leptinis!* IDEM.

Καὶ τοὺς προγόνους, ὀργίζεσθε, ἐὰν μή τις φῇ ποιεῖν] *Et irascimini, si quis majores vestros ita fecisse neget.* Inde οὔ φημι, pro *dico non*, hoc est, *nego.* Sic Cicero *nego*, pro *dico non*, solitus est dicere, ut pro Cluentio, "Nego rem esse ullam in quenquam illorum objectam, quæ Fidiculanio objecta non sit." Ita autem implicite orationem construere solet Demosthenes ad venustatem sermonis conciliandam, ut in eadem mox infra, [κζ'. med.] καί τοι εἰ ἦν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν ταὐτὸ καὶ λειτουργιῶν, τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψε; ubi implicitum est μαθὼν, cum duabus dictionibus quæ natura cohærent hoc modo, τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψε. Idem, ἄν τις ἀμύνων τὶ πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, &c. *si quis tuendi populorum status causa, mortem obierit.* Et rursus in eadem, [§. ιβ'.] εἶτ' οὐκ αἰσχυνόμεθα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας, εἰ μηδεμίαν ποιησάμενοι τούτων μηδενὸς μνείαν, ἀφαιρούμενοι φανούμεθα τὴν δωρεὰν, μηδὲν ἔχοντες ἐγκαλέσαι; recta enim structura erat, οὐκ αἰσχυνόμεθα εἰ τοὺς παῖδας τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ἀφῃρημένοι φανούμεθα τὴν δωρεάν. Ex edit. HERVAG.

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχειν ἡγοῦμαι, εἰς τοιαύτην ἄγειν ἀνάγκην τὴν πόλιν, δι' ἧς ἢ ἅπαντας ἐξίσου τῶν αὐτῶν ἀξιώσει τοῖς τὰ μέγιστα εὐεργετοῦσιν, ἢ, μὴ τοῦτο ποιοῦσα, χάριν τισὶν οὐκ ἀποδώσει. Μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν οὔθ' ἡμῖν συμφέρει συμβαίνειν πολλάκις καιρὸν, οὔτ' ἴσως 494
ῥᾴδιον αἰτίῳ γενέσθαι· μετρίων δὲ καὶ [1] ὧν ἐν εἰρήνῃ τις καὶ πολιτείᾳ δύναιτ' ἂν ἐφικέσθαι, εὐνοίας, δικαιοσύνης, ἐπιμελείας, τῶν τοιούτων, καὶ συμφέρειν ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ χρῆναι διδόναι τὰς τιμάς. Δεῖ τοίνυν μεμερίσθαι καὶ τὰ τῶν δωρεῶν, ἵν', ἧς ἂν ἄξιος ὢν ἕκαστος φαίνηται, ταύτην παρὰ τοῦ Δήμου λαμβάνῃ τὴν δωρεάν. Ἀλλὰ μὴν ὑπὲρ ὧν γε τοῖς εὑρημένοις τὰς τιμὰς καταλιπεῖν φήσει, οἱ μὲν ἁπλᾶ πάνυ καὶ δίκαια ἂν εἴποιεν, πάνθ', ὅσα τῶν αὐτῶν

[1] ὧν ἂν ἐν R.

τοιοῦτ' ἔσεσθαι δυσχερὲς, *si nullum tale incommodum futurum esset.* nisi scribendum: εἰ μηδ' ἔμελλε τοῦτ' etc. MARKLAND.

Εἰ μηδὲν ἔμελλε τοῦτ' ἔσεσθαι δυςχερὲς] *Etiamsi hoc, quod modo dixi, nullo pacto incommodum futurum esset*, seu, *etiamsi hæc difficultas non esset futura.* Δυςχερὲς eodem fere sensu, quo antea §. κδ'., et μηδὲν est μηδαμῶς, *nullo modo*, uti sæpe οὐδὲν et μηδὲν in Atticis. Hæc tantilla res fortasse vexavit Intpp., ut conjicerent, aut εἰ μηδὲν ἔμελλε τοιοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδ' ἔμελλε τοῦτ' ἔσεσθαι, aut εἰ μηδὲν ἔμελλεν ἐκ (vel ἀπὸ) τούτων ἔσεσθαι δυςχερὲς, ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνό γε καλῶς — Crebro id evenit, ut, quum ad locum medicina undique afferatur, nulla opus sit. F. A. WOLF.

Ἢ] Restitui ἢ ante ἅπαντας ex Editione Parisiensi 1570. TAYLOR.

Ἅπαντας ἐξίσου τῶν αὐτῶν ἀξιώσει τοῖς τὰ μέγιστα εὐεργετοῦσιν] *Omnes (etiam minus insignibus in Remp. meritis conspicuos) prorsus iisdem præmiis dignabitur, quibus eos, quorum merita sunt maxima et amplissima.* Casum tertium cum verbis τῶν αὐτῶν constructum nemo ignorat, vel ex usu Latinæ linguæ. F. A. WOLF.

Μεγάλων μὲν οὖν εὐεργεσιῶν —] Videlicet magna beneficia civium non possunt esse nisi in magnis casibus Reipubl. Contrarium est ἐν πολιτείᾳ, *salvis rebus, Republ. bene constituta.* Supra §. ζ'. post med. ἄνπερ ἡ πόλις ᾖ. IDEM.

Ῥᾴδιον αἰτίῳ γενέσθαι] Id est, ῥᾴδιόν τινι γενέσθαι αἰτίῳ, *neque forte* cuilibet homini *facile est magna beneficia conferre reipublicæ.* Notet hanc Ellipsin vocis τις Demosthenis studiosus, ut intelligat istud §. κά. ἔπειτα λύοντα τοὺς ἐναντίους· quod plenum ita foret: ἔπειτα, ὁ Σόλων κελεύει τινὰ, λύοντα τοὺς ἐναντίους νόμους, τιθέναι νόμους. Sic et §. κγ'. ante med. ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κυρίῳ γενέσθαι etc. subintellige τινι post ἆθλον, ut scias, quare dicatur κυρίῳ. Passim in hac Oratione invenies. MARKLAND. Αἰτίῳ τινὶ Cod. Ven. TAYLOR. Ad dativum αἰτίῳ supple τινί aut οὐδενί ἐστιν, quod genus sæpe antea explicui. Conjectura Reiskii vana est, οὔτ' ἴσως ῥᾴδιον οὐδενὶ πολλάκις αἰτίῳ γενέσθαι. Vix opus nunc apud animum repeti πολλάκις, nedum ut adscribi debeat. Eadem temeritate idem ante ἐν εἰρήνῃ recepit ex Aug. 1. ἂν, et ante τιμὰς adjectivum aliquod conjecit deesse καθηκούσας aut simile. Ceterum, ne vulgata versio te fallat, hunc tene ordinem verborum: μετρίων δὲ καὶ — συμφέρειν καιρὸν γενέσθαι ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ χρῆναι διδόναι τὰς τιμάς. F. A. WOLF.

Μεμερίσθαι καὶ τὰ τῶν δωρεῶν] Bene Reiskius, causam additæ particulæ καὶ notans: *Etiam honores et præmia dividi, et alia aliis dari, pro magnitudine meritorum, debent*, h. e. *prout merita cujusque majora aut minora sunt.* IDEM.

Ὅσα τῶν αὐτῶν etc] Ὅσα ἔδοτε αὐτοῖς ἕνεκα τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν, τουτέστιν, ὧν ὑπῆρξαν αὐτοὶ εἰς ὑμᾶς. Hoc noto, ne quis τῶν αὐτῶν *eorundem* beneficiorum causa interpretetur. Mox, sc. v. 2. p. 489. τὸν ὡς καταλείπεταί τι λέγοντα. et 490. v. ult. τοῦτο δίκαιον ἡγοῦμαι. et ὃ δὲ νῦν οὗτοι ποιήσουσιν, ἐὰν ἄρα ταῦτα. WOLF.

ἕνεκα αὐτοῖς ἔδοτε εὐεργεσιῶν, ἀξιοῦντες ἔχειν· οἱ δὲ, φενακίζειν τὸν ὡς καταλείπεταί τι λέγοντα αὐτοῖς. Ὁ γὰρ ἄξια τῆς ἀτελείας εὖ πεποιηκέναι δόξας, καὶ ταύτην παρ' ὑμῶν λαβὼν τὴν τιμὴν μόνην, ἢ ξένος, ἢ καί τις πολίτης, ἐπειδὰν ἀφαιρεθῇ ταύτην, τίν' ἔχει λοιπὴν δωρεὰν, Λεπτίνη; οὐδεμίαν δήπου. Μὴ τοίνυν διὰ μὲν τοῦ τῶνδε κατηγορεῖν, ὡς φαύλων, ἐκείνους ἀφαιροῦ· δι' ἃ δ' αὖ καταλιπεῖν ἐκείνοις φήσεις, τούςδε, ὃ μόνον λαβόντες ἔχουσι, τοῦτ' ἀφέλῃ. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, οὐκ, εἰ τῶν πάντων ἀδικήσομέν τινα, ἢ μείζονα, ἢ ἐλάττονα, δεινόν ἐστιν· ἀλλ' εἰ τὰς τιμὰς, αἷς ἂν [1] ἀντευποιήσωμέν τινας, ἀπίστους κατα-

[1] ἀντευποιήσομέν T.

Ἄξια τῆς ἀτελείας εὖ πεποιηκέναι δόξας] Notabilis ea locutio, δόξας εὖ πεποιηκέναι, et eousque εὖ ut τὰ εὖ πεποιημένα ἄξια sint ἀτελείας. Id quod eo libentius commemoro, quoniam ea, quæ occurrit §. ιβ'. sit huic plane germana, ideoque minus sollicitanda, ἄξια τούτων ἐνόμιζον εὖ πάσχειν. Ubi dicitur εὖ πασχειν ἄξια ἀτελείας, ut hic πεποιηκέναι. Locum omnino vide. TAYLOR.

Ἀλλὰ μὴν ὑπὲρ ὧν γε —] H. e. ὑπὲρ ἐκείνων γε, ἃ φήσει Λεπτίνης καταλιπεῖν τὰς τιμὰς τοῖς εὑρημένοις. *Quantum vero ad id, quod Leptines dicet* etc. Est hæc posterior pars responsionis. In priore, a verbis ἐγὼ δ' ὑπὲρ ὧν μὲν τῇ πόλει, confutavit *respectu Reipublicæ* id, quod Leptines obvertere poterat, non omnino præmia tolli sublata immunitate: nunc ipsos respicit *hoc præmio ornatos*. Jam οἱ μὲν sunt ii, qui *pluribus donis impertiti* videbantur suo jure postulare posse, ut maneret sibi totum, nec ulla parte imminutum, quod olim accepissent *propter beneficia in Remp. a se profecta*, ἕνεκα τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῶν. In his postremis ne junctim accipe τῶν αὐτῶν, *eorundem*, neu Reiskii argutiis crede. Verissime jam Wolf. Et similis ambiguitas est in Hom. Il. B. 685. 713. 718. et alibi. Deinde οἱ δὲ sunt *una tantum immunitate donati*. Quippe tales queri poterant, se ludos fieri (φενακίζεσθαι) ab eo, qui diceret, non omnia præmia hac nova lege aboleri. Aboleri enim id ipsum, quod unum sibi obtigerat, satis erat miseris. Atque ad hos eosdem pertinet, quod sequitur, ὃ ἄξια τῆς ἀτελείας εὖ πεποιηκέναι δόξας, id est, auctore ipso statim interprete, *talis qui propter merita sua uno immunitatis dono dignus est habitus*. Δοκεῖν sollenne de Populo, quatenus decernit et scita facit. De structura autem, εὖ πεποιηκέναι ἄξια τῆς ἀτελείας, vid. notata §. ιβ'. Ceterum paullo ante legitur ἁπλᾶ καὶ δίκαια. Id alibi effertur adverbiis, δικαίως καὶ ἁπλῶς, ut de Cor. §. ιή. Opponitur, quod quis profert τοῦ παρακρούσασθαι ἕνεκα. Conf. ad §. κ'. F. A. WOLF.

Μὴ τοίνυν διὰ μὲν τοῦ τῶνδε — ἐκείνους — ἐκείνοις — τούςδε —] Pronomen οἵδε refer ad eos, qui unum præmium impetrarant, immunitatem; ἐκεῖνοι ad eos, qui tum hoc, tum aliis donis pluribus fruebantur. Horum priores, utpote qui minora beneficia in Remp. contulissent, facilius tanquam indigni traduci poterant, ὡς φαῦλοι. Mox ad ἀφαιροῦ e nostri sermonis indole τι aut μηδὲν adjici debuisset. Sententiam pressius ita verte: *Noli igitur hoc prætextu, quod hos ut malos accusas, illos spoliare; aut rursus propterea, quod illis aliquid a te relictum dicis, his, quod unum habent, eripere.* Totius loci ratio subtilior est illa quidem, sed apta ad persuadendum. IDEM.

Εἰ τῶν πάντων ἀδικήσομέν τινα, ἢ μείζονα, ἢ ἐλάττονα] Recte Wolfius: *Si aliquem sive parva, sive magna, injuria afficiemus.* Structura nota est, ἀδικεῖν τινὰ μεγάλα, μικρὰ etc. IDEM.

Ἂν ἀντευποιήσομεν] Rarius ponitur ἂν cum Futuro. Si tamen consentiant Codices, nihil mutarem. sed probabilius videtur ἀντευποιήσωμεν. Et ita disertim jam invenio in Edit. Parisiensi Benenati, longe optima, quod ad Contextum attinet. MARKLAND. Ita legitur quoque in Editt. antiquis et MSS. TAYLOR. Vulgata scriptura habet ἀντευποιήσομεν, futurum infectum indicativi cum ἂν conjunctum. Neque omnino hæc constructio abhorret ab usu, quamvis solœca visa et aliis, et vero

στήσομεν· οὐδ' ὁ πλεῖστος ἔμοιγε λόγος περὶ τῆς ἀτελείας ἐστὶν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ πονηρὸν ἔθος τὸν νόμον εἰσάγειν, καὶ τοιοῦτον, δι' οὗ πάνθ', ὅσα ὁ Δῆμος δίδωσιν, ἄπιστα ἔσται.

κζ'. Ὃν τοίνυν κακουργότατον οἴονται λόγον εὑρηκέναι πρὸς τὸ τὰς ἀτελείας ὑμᾶς ἀφελέσθαι πεῖσαι, βέλτιόν ἐστι προειπεῖν, ἵνα μὴ λάθητε ἐξαπατηθέντες. Ἐροῦσι γὰρ, ὅτι ταῦθ' ἱερῶν ἐστὶν ἅπαντα τὰ ἀναλώματα, [1] [αἱ χορηγίαι, καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι·] δεινὸν οὖν, εἰ τῶν ἱερῶν ἀτελής τις ἀφεθήσεται. Ἐγὼ δὲ, τὸ μέν τινας, οἷς ὁ Δῆμος ἔδωκεν, ἀτελεῖς [2] εἶναι τούτων, δίκαιον ἡγοῦμαι· ὁ δὲ 495

[1] Absunt unci. T. R.

[2] εἶναι, τοῦτο δίκαιον T.

etiam Dawesio Miscell. crit. p. 104., quem locum acrius excutere debebat Burghess. Non enim Homeri exemplis hac in re multum conficitur, quippe qui poeta ex ratione antiqui sermonis brevibus vocalibus pro longis uti soleat, qua observatione utemur aliquando etiam in aliis rebus. Sed sunt in Atticis quoque exempla particulæ ἂν cum futuro illo junctæ, atque erunt plura, quo correctius id genus scriptorum editum erit. Docte igitur Brunckius fecit in Aristoph. Nubb. 465. et 1157. Nec juncturæ huic ratio grammatica obstat, quum omnino magna illius futuri et modi subjunctivi sit cognatio. Conf. Theod. Gazam IV. p. 128. et 175. Basil. edit. At talia, optarem, ut faverent iis, quæ l. c. adscripsit Dawesius de *perfecto, voculam ἂν non raro adsciscente.* Nam hoc quidem plane novum est, et non solum ab optimorum auctorum usu abhorrens, sed diserte quoque damnatum a summis Grammaticis, Apollonio Dysc. III. p. 205. et Gaza l. c. Quid? quod illud dubitationem habet, an recte fiat, quod a duobus præclaris viris ἂν cum præsenti indicativi nuper sociari cœpit, atque adeo de mera conjectura. Vid. Toup. Emendd. in Suidam p. 306. et Brunck. ad Aristoph. Plut. 885. et alibi. Sed amplioris hoc est indaginis. Illuc nunc revertor, ubi dedi ἀντευποιήσωμεν. Id feci, partim quia præteritum sententia flagitat, partim ex meliorum librorum auctoritate. F. A. Wolf.

κζ'. Αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι] Nemini ante Reiskium hic locus scrupulum injecit. Ille primus bene suspicatur, post vocem γυμνασιαρχίαι deesse καὶ αἱ ἑστιατορίαι, aut quidpiam simile. Bene, inquam: modo aliquid simile reperiatur. Nam ipsum hoc, ἑστιατορία, nondum credo aut Demosthenis fuisse, aut alius Attici cujusquam. Sed sane tale quid h. l. exspectatur. Nam quum duo genera munerum posita sint, qui tandem tertium genus, nec illud minus sollenne, prætermitti potuit, præsertim post vocem ἅπαντα? At mihi non de vitio istiusmodi, sed plane de glossa suspectus locus est. Omittam nominativum horum verborum, αἱ χορηγίαι καὶ αἱ γυμνασιαρχίαι, quo ipso casu mihi quodammodo fraudis vestigium proditur. Omnia hæc Grammatico quidem ad perspicuitatem necessaria videri poterant; auctori, ejusve auditori, quamlibet rudi, vix poterant. Clara sunt per se, ταῦτα ἅπαντα τὰ ἀναλώματα, eaque etiam supra suffecerunt in loco hujus simillimo §. ή. Ita hic jam quartus pannus est, quem Oratori male sedulæ manus assuerunt. Ac tales pannos quam plurimos adhuc in Oratoribus Græcis patienter ferimus, quin dudum detectos retinemus, scilicet ne minus integras editiones vendere videamur. Sic in Lycurg. adv. Leocr. p. 136. absona ista, μὴ παρέχοντας συγγνώμην, puerilem glossam vocis ἀπαραιτήτους, stomachus Hauptmanni pertulit, nec minus aliam similem laciniam p. 141., etsi in utroque loco optima monuerat Taylorus. Sed in hac Lycurgi Oratione etiam plura hujus generis restant detegenda. Ita illud quoque l. c. μηδὲ ἐν τοῖς νόμοις ὁρίσθαι τιμωρίαν ἀξίαν τῶν ἁμαρτημάτων, quod Reisk. corrigit, ego non aliter quam una litura corrigendum duco. Idem.

Εἶναι τοῦτο] Recte Wolfius. ἀτελεῖς εἶναι τούτων Edit. Paris. τοῦτον cæteræ. Taylor. Ald. et Herv. ἀτελεῖς εἶναι τοῦτον, nullo sensu. Igitur Felic. Man. Wolf. et Tayl. dederant τοῦτο, ut esset, ἀτελεῖς

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

ὑμῖν ἐγὼ [1]παρέξομαι μάρτυρα. Γράφων γὰρ [2]ἀρχὴν τοῦ νόμου, Λεπτίνης εἶπε, φησὶν, ὅπως ἂν οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα [3]ἀτελῆ εἶναι, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. Καίτοι, εἰ ἦν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν ταὐτὸ καὶ λειτουργιῶν, τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν; Οὐδὲ γὰρ τούτοις ἀτέλεια τῶν γε ἱερῶν ἐστὶ δεδομένη. Ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, λάβε μοι πρῶτον μὲν

[1] παρασχήσομαι T. [2] *τὴν ἀρχὴν, R. [3] ἀτελῆ μηδένα R.

Γράφων γὰρ ἀρχὴν τοῦ νόμου, Λεπτίνης εἶπε, φησὶν] Construendo junge verba, γράφων et φησὶν, at ἀρχὴν dictum puta absolute pro ἐν ἀρχῇ. Exempla vocis ἀρχὴν sic sine articulo positæ dedit Lennep. ad Phalarid. Epp. p. 83. Alia ratio est deinde, ubi bis legitur τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου. Ita hoc indulcere non debebat Reiskium et Auger., ut hic quoque ponerent, γράφων γὰρ τὴν ἀρχήν. Idem.

Τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν] Τί μαθὼν, τουτέστι, δι' ἥντινα αἰτίαν; τίνι λογισμῷ; sicut τί παθὼν, διὰ τί πάθος; τί ἐπῆρεν αὐτόν; Wolf. Cl. Marklandus παθὼν (Vide ad §. ιβ'.) uti in margine Parisiensi. Taylor.

Τί τοῦτο μαθὼν προσέγραψεν] Levem trajectionem verborum, τί μαθὼν τοῦτο προσέγραψεν, cursim tangere sufficiat. Conf. not. §. ιή. Tam paucis vero non licet nobis defungi in formula, τί μαθών. Quippe hanc librorum omnium, et scriptorum, et impressorum, lectionem sollicitat in Marg. suo Lambinus, quique hunc sequitur, Marklandus, proposita conjectura, τί τοῦτο παθών. Atque hoc ipsum in Aristophane, quoties τί μαθὼν occurrit, reponi jubet Brunckius, etiam optimis codd. invitis, potius in difficiliore scriptura plane consentientibus, atque is ita ubique loquitur, ut periculum sit, ne bona locutio, a tantis viris in dubium vocata, ex auctoribus aliquando ejiciatur, et e civitate deturbetur. Vid. viri acutissimi notas ad Aristoph. Plut. 908. Lysistr. 599. Nubb. 1507. Vesp. 251. Acharn. 826. Forsan ergo non ingrata lectoribus erunt, quæ ad harum formularum vim monstrandam additurus sum, ut quam nemo alius, quod sciam, recte explicuerit. Nam sunt, qui utrumque, τί παθὼν et τί μαθὼν, promiscue ab Atticis dici putent pro simplici τί, *quare, qua de causa?* Ut Küsterus ad locum Pluti, L. Bos Animadv. ad Scriptt. Gr. p. 97. et 192. et alii. Reiskius autem, laudandus utique hoc, quod Marklando non paruit, in Appar. ad Demosth. T. III. p. 1281. alterum, τί μαθὼν, altero contendit magis esse Atticum. Propius veritatem accedit Bisetus in Schol. ad Nubb. l. c. et Wolfius ad h. l., etsi hic non satis certus sententiæ est in aliis locis Oratoris. Equidem excussis sedulo et Aristophanis et aliorum exemplis plurimis, ubi constanti fide librorum scribitur τί μαθὼν, compertum habeo, utriusque formæ diversam potestatem esse, sed discrimen tenue. Nempe τί παθὼν sæpius locum alterius bene occupare poterit, interdum tamen sine detrimento elegantiæ non poterit. Sic recte videor Græce alloqui posse Lambinum: τί παθὼν ταύτην τὴν παραδιόρθωσιν προσέγραψας, rectius tamen multo et significantius, τί μαθὼν προσέγραψας; Etenim τί παθὼν omnino est, *quanam re affectus? quo casu? quibus intemperiis agitatus? qui fit, ut* etc.? et plane ad πάθος quoddam, quod aut volentes aut nolentes patimur, pertinet. Contra τί μαθὼν, ne hic quidem obliterata prima verbi potestate, forma est exprobrantis inconsiderantiam, temeritatem et pravum judicium, ac pertinet, ut Æschyleo verbo utar, ad μάθος quoddam, quod in nobis desiderari patimur; vertique debet, *quo argumento? quid secutus? qua ratiocinatione usus?* Quæ ipsa vis plane deprehenditur in nostro loco. Ceterum numerarim hoc, τί μαθὼν, ad euphemismum Atticorum. Nam solum sensum si spectes, sæpe id reddi potest, *cur tam stulte, tam temere* etc. Et in Aristoph. Vesp. 251. additur etiam ὦ ἀνόητε. Utrumque ergo si reddes, *qua de causa*, non male quidem Latine exprimas, sed pinguius, nec satis presse. Conf. Demosth. Philipp. IV. §. ί. med. in Aphob. III. p. 850. ed. R. in Steph. I. p. 1113. ed. R. ibique Wolf. et Reisk. Dionys. Halic. de Thucyd. T. VI. p. 951. Liban. Epp. 241. p. 116. etc. F. A. Wolf.

Ἐστὶ δεδομένη] Latina periphrasi, ἀντὶ τοῦ δέδοται. Wolf.

τῆς στήλης τὰ ἀντίγραφα, εἶτα τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου. Λέγε!

## ΑΝΤΙΓΡΑΦΑ ΣΤΗΛΗΣ.

Ἀκούετε τῶν ἀντιγράφων τῆς στήλης, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! ἀτελεῖς αὐτοὺς εἶναι κελευόντων, πλὴν [1]ἱερῶν· Λέγε δὴ τὴν ἀρχὴν τοῦ νόμου τοῦ Λεπτίνου!

496 ## ΝΟΜΟΣ.

Καλῶς! Κατάθες! Γράψας, ὅπως ἂν [2]οἱ πλουσιώτατοι λειτουργῶσι, μηδένα εἶναι ἀτελῆ, προσέγραψε, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. [3]Τίνος εἵνεκα, εἴγε τὸ τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ λειτουργεῖν; Αὐτὸς γὰρ οὑτωσὶ τἀναντία τῇ στήλῃ γεγραφὼς, ἂν ταῦτα λέγῃ, φανήσεται. Ἡδέως δ' ἂν

[1] ἱερῶν; R. [2] εἰ R. [3] καί τοι εἰ ἦν, τίνος T.

Πλὴν ἱερῶν] Hæc in editt. prioribus et Reiskii habent signum interrogandi. Quod nec reprobo, neque probo plane. Conf. ad §. κά. Male autem mox pro λέγε δὴ, *jam nunc lege*, Markl. malebat λέγε δέ. Præcessisse enim πρῶτον μέν. Non vidit itaque, εἶτα jam pertinuisse ad πρῶτον μέν. Sic enim εἶτα et ἔπειτα ponunt sæpissime, nullo δὲ adjecto. F. A. Wolf.

Λέγε δὴ] Potius δέ. præcessit enim πρῶτον μὲν, cui hic adversatur δέ. Markland.

Καλῶς! Κατάθες!] Etiam hic interpellatur scriba, quum tantum e lege recitavit, quantum Oratori ad consilium suum videretur satis esse. F. A. Wolf.

Ὅπως ἂν etc.] Plenius hæc et disertius Nannius: *Cum scripsisset, ut ditissimi liturgias subeant*, nemo immunis esto etc. Taylor.

Καίτοι εἰ ἦν] Desunt hæc tria verba in Editt. Feliciana, Manutiana et Parisiensi, et in MSS. quamplurimis, Aug. Ital. Vindob. Lindenbr. Obsop. etc. Recte. Supra p. 492. v. 2. verba legitima, quæ produxit Demosthenes, simili clausula finiebantur, qua hæc præ manibus. Quidni autem, cum eadem sint? Librarius itaque ad ea oculos applicuit, verum erroris conscius pergere noluit. Verba igitur hæc incongrua, quæ delenda notavit, (nam delere utique Calligrapho ipsi erat piaculum) Scriba proximus secure admisit. Habes mendum et mendi rationem. Taylor.

Τίνος εἵνεκα] Scil. τοῦτο προσέγραψεν. F. A. Wolf.

Εἴγε τὸ τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ λειτουργεῖν] Legendum εἴγε τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ τὸ λειτουργεῖν, transposito Articulo τὸ, quemadmodum postulat Argumentum, et mos Græce scribendi. Τὸ λειτουργεῖν est ἡ λειτουργία· et, τέλος ἐστὶ τῶν ἱερῶν, sc. τελῶν, *unum est ex sacris muneribus*, vel, *impensis*. Markland. Wolfius vertit, *si quidem obire munera ad sacra pertinet*. Ea ex versione Marklando fortasse subnata est correctio, εἴγε τῶν ἱερῶν τέλος ἐστὶ τὸ λειτουργεῖν, articulo transposito. Cui reperto colorem addunt verba, quæ sequuntur, τὰς λειτουργίας ὅταν εἶναι φῇς ἱερῶν. Accessit manus lusoria Critici, quem nostis, ita corrigens, εἴγε τὸ τῶν ἱερῶν τέλος τελεῖν ἐστὶ λειτουργεῖν. Sed ne prius quidem repertum accipio; nec omnino essent, credo, hæ tricæ, si Wolfius ita vertisset, *si quidem tributum sacrorum ad publica munera pertinet*, verso in prædicatum eo, quod nunc subjectum est. Subjecto enim ex more Græcorum et ratione articulum addi solere, verum est: occurrunt tamen exempla non raro, in quibus quum duo sint nomina, utrum eorum pro subjecto habeas, nihil refert sententiæ. Talemque deputo hunc locum esse. F. A. Wolf.

[1] ἔγωγε ἐροίμην [2] Λεπτίνην, τίνος αὐτοῖς τὴν ἀτέλειαν ἢ σὺ νῦν καταλιπεῖν φήσεις, ἢ ἐκείνους τότε δοῦναι, τὰς λειτουργίας ὅταν εἶναι [3] φῇς ἱερῶν; Τῶν μὲν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον πασῶν εἰσφορῶν, καὶ τριηραρχιῶν ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς· τῶν δέ γε λειτουργιῶν, εἴπερ εἰσὶν ἱερῶν, οὐδ' ἔχουσιν. Ἀλλὰ μὴν γέγραπταί γε, ἀτελεῖς αὐτοὺς εἶναι. Τίνος; ἢ τοῦ μετοικίου; τοῦτο γὰρ λοιπόν. Οὐ δήπου· ἀλλὰ τῶν ἐγκυκλίων λειτουργιῶν, ὡς ἥ τε στήλη δηλοῖ, καὶ σὺ προσδιώρισας ἐν τῷ νόμῳ, καὶ μαρτυρεῖ πᾶς ὁ προτοῦ χρόνος γεγονώς· ἐν ᾧ τοσούτῳ τὸ πλῆθος ὄντι οὔτε φυλὴ πώποτε ἐνεγκεῖν ἐτόλμησεν οὐδεμία οὐδένα τῶν ἀπ' ἐκείνων χορηγόν, οὔτε [4] ἐνεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλος οὐ-

[1] ἔγωγε *σ' ἐροίμην R. [2] Λεπτίνη T. R. [3] φῆς ἱερῶν. T. φῆς ἱερῶν. R. [4] ἐνεγχθεὶς T.

Ἐροίμην, Λεπτίνη] Solus Wolfius in quinto casu. Editiones reliquæ Λεπτίνην in quarto. TAYLOR. Hinc progressum se scribit Reiskius perfecisse, quod ille inchoatum reliquisset. Invexit scilicet in textum sua sponte, ἔγωγε σ' ἐροίμην, Λεπτίνη, inserto asterisco, ominosa nota. At si quid duri inest in eo, quod proxime secunda persona sequitur, ad ipsum Leptinem directa, hæc conversio orationis ab optimis scriptoribus auctoritatem habet eam, quæ vetet quidquam mutari. Vid. quæ adscripsi Plat. Symposio p. 10. et quæ de subita mutatione personarum apud Oratores infra dicam ad §. λα'. F. A. WOLF.

Οὐδ' ἔχουσιν] Subaudi τὴν ἀτέλειαν. *Ne habent quidem immunitatem munerum, si modo sacra sunt.* Accuratius dicere debuerat, οὐδ' εἰσίν. Nam præcedit οὐκ εἰσὶν ἀτελεῖς. Sed videtur hoc εἰσὶν, jam bis positum, fecisse, ut orationem commutaret. Ellipsin vero in verbo ἔχουσιν eandem habemus §. ά. κά. med. λέ., quorum locorum nunc immemores fuerunt Reisk. et Auger. Ceterum in genitivo ἱερῶν, relato ad λειτουργιῶν, vix tiro offenderit. IDEM.

Ἀλλὰ μὴν γέγραπταί γε — ἢ τοῦ μετοικίου] Γέγραπται, puta, ἐν τῇ στήλῃ, non, in lege Leptinis. Jam ad absurda recidere videmus Leptinis cavillationem, nec tam Demosthenis arte captus, quam suis propriis laqueis irretitus laborat. Τὸ μετοίκιον pendere, μετοίκων fuit proprium. Drachmæ fuerunt duodecim annuæ. Vid. Petit. LL. AA. p. 248. et Valcken. Animadv. ad Ammon. II. 7. IDEM.

Προσδιώρισας] Scribe προδιώρισας, ut passim: *ante definivisti.* MARKLAND.

Ἐνεχθεὶς] Ἀντὶ τοῦ, προβληθεὶς χορηγεῖν. Est enim φέρειν etiam *creare et designare.* *Ex edit.* HERVAG.

Οὔτε ἐνεχθεῖσιν αὐτοῖς] Sententia postulare videtur, οὔτε ἐνεχθεὶς αὐτοῖς ἄλλος. Sic et Obsop. et Ulpian. Ἐνεγκεῖν est *designare* vel *decernere ædilem.* Cum autem neget, eos unquam ab ulla tribu designatos esse; hoc dicit, *neminem alium* ædilem *designatum* eos ad permutandas facultates (id quod et in trierarchiis fieri solitum) provocare fuisse ausum. WOLF.

Ἐνεχθεὶς] Ita Editio Francof. 1604. uti legit Vindob, Bodl. et Obsop. Recte. Atque ita Wolfius interpretatur. Secus Versio Italica, secus ista P. Nannii, quæ lectionem cæterarum omnium Editionum et MSS. sequuntur, ἐνεχθεῖσιν. Wolfius feliciter valde hunc locum expedivit et vindicavit. Nihil certius ejus emendatione, nihil explicatione expressius. TAYLOR.

Καὶ σὺ προσδιώρισας —] In participio hoc, quod membranæ varie corruperunt, πρὸς notat *insuper*, ita ut auctoritas Leptinis testimonio columnæ accedere dicatur. Ergo Marklando reddamus suum προδιώρισας, conjecturam inutilem. In sequentibus verba, τοσούτῳ, τὸ πλῆθος, analogiam habent in dictione, χρόνος παμπληθὴς, *tempus immensum.* Mox οὔτε φυλὴ πώποτε — οὐδεὶς ἀντιδοῦναι sic vertes: *Neque ulla unquam tribus ausa est quenquam ex illorum gente choragum nominare, neque etiam quisquam alius nominatus illos ad permutationem facultatum adigere.* Ἐκείνων et statim αὐτοῖς Harmodii et Aristogitonis

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

τινες ἐξηλεγμένοι. Ὑπὲρ δὴ τούτων ὧδὶ ποιήσατε. Ὅταν ταῦτα λέγωσι, κελεύετε, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσι πρὸς ὑμᾶς, τὰ ψηφίσματα, ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι, δεικνύναι. Οὐ γάρ ἐστ' οὐδεὶς ἀτελὴς παρ' ὑμῖν, ὅτῳ μὴ ψήφισμα ἢ νόμος δέδωκε τὴν ἀτέλειαν. Πρόξενοι μέντοι πολλοὶ διὰ τῶν πολιτευομένων γεγόνασι παρ' ὑμῖν τοιοῦτοι, ὧν εἷς ἐστὶν ὁ 497

σήνιοι, τινὲς εἶναι φάσκοντες, ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσὶν ἀθρόοι, παμπληθεῖς ἄνθρωποι. et verte τινὲς εἶναι φάσκοντες, *qui se dicunt esse aliquo in numero:* quibus opponuntur δοῦλοι καὶ μαστιγίαι ἐξηλεγμένοι. Sic Orat. adv. Midiam §. νθ'. τὸ δοκεῖν τινὲς εἶναι προσειληφότες. plenius Lucas Act. Apost. VIII. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Paulus simpliciter εἶναί τι, *esse aliquid,* eodem sensu Galat. II. 6. et VI. 3. MARKLAND.

Ἐξηλεγμένοι] M. *Et quidam qui essent convicti esse ejusdem farinæ,* et tunc lego τοιοῦτοί τινες. AUGER.

Ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοί τινες εἶναι φάσκοντες —] Locum hunc ab Intpp. strenue vexatum apud Apsinem reperimus p. 697., sed mutatum adeo, ut quid in eo rhetor legerit, aliis divinandum lubens relinquam. Legitur ibi: ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι ἀτελεῖς τινὲς ἀθρόοι ἄνθρωποι δοῦλοι καὶ μαστιγίαι κ. τ. λ. Marklandus autem vulgata, quæ et nos edidimus, sic distingui jubet: ὡς Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι, τινὲς εἶναι φάσκοντες (*qui* se *dicunt esse aliquo in numero*) ἔπειτα ἀτελεῖς εἰσὶν ἀθρόοι, παμπληθεῖς ἄνθρωποι. Ubi his, *qui* se *dicunt aliquo in numero esse,* opponit δούλους καὶ μαστιγίας etc. At talem oppositionem ego hic nullam video. Nam primum si nihil isti aliud quam *dixerunt se esse aliquo in numero,* profecto ne obolo quidem pluris habendi fuerunt, quam qui vocantur simpliciter δοῦλοι καὶ μαστιγίαι. Tum misere illa ratione discerpitur ordo verborum, ut nequaquam mirer, ante Marklandum eam nemini in mentem venisse. In promtu est videre, subjectum orationis esse τινὲς, et huc referri φάσκοντες εἶναι Μεγαρεῖς καὶ Μεσσήνιοι, et ita periodum accipi debere: *Dicent adhuc fortasse adversarii nostri, homines quosdam reperiri, qui quamvis ne ipsi quidem dissimulent aut occultent, Megarenses et Messenios se esse,* (h. e. *non cives Atticos*) *nihilominus immunitate fruantur ad unum omnes.* Ἔπειτα, ut alias εἶτα, est pro ὅμως, quod imprimis fit post sententiam concessivam, quæ habet participium. Vid. Koen. ad Gregor. Cor. p. 62. et Hoogev. Doctr. Particc. gr. p. 384. Dein quæ leguntur nomina articulo destituta, Λυκίδας καὶ Διονύσιος, optime nostra aut aliqua recentiore lingua exprimas, *ein Lycidus, ein Dionysius* (*one Lycidas,* &c.). Sed alterum horum prorsus ignoramus; Lycidam vero, ipse Orator docet, olim Chabriæ servum fuisse, mox Populi Athen. proxenum. Addit Schol., hominem conducticio exercitui præfuisse. Jam extrema loci sic scripta sunt in Ald. Herv. Felic. Man., τοιούτους τινὰς ἐξηλεγμένοι, corruptius dehinc, τοιούτους τινὰς ἐξειλεγμένοι in Ben. et Wolf., qui vertit: *nam ejus generis homines elegerunt.* Quæ versio quantum et tenori sententiæ et grammaticæ rationi repugnet, tædet singulatim arguere. Id quidem jam Marklandus vidit, ἐξειλεγμένοι reddi oportuisse, *electi,* non *eligentes.* Verum ut hoc participium cum Reisk. activo sensu sumamus, quibus demum fidiculis illud superius ἐροῦσιν huc retorquebimus? Assentior itaque Marklando hactenus, quod emendat, καὶ τοιοῦτοί τινες ἐξηλεγμένοι, seu potius ex usu Attico ἐξελήλεγμένοι, ab ἐξελέγχεσθαι, *argui, convinci.* Atque hæc si vera manus Demosthenis fuerat, facile illa mutari potuit ab iis, qui quum sensum verborum assequi non possent, scribere mallent id, quod intelligerent. Sic ἐξηλεγμένοι τοιοῦτοι, scil. ὄντες, sunt *palam convicti esse tales, quales Lycidas et D.* h. e. *notæ nihilo melioris, quam illi.* Ipse tamen Markl. verba bene emendata ita distinguit: καί τινες ἄλλοι, δοῦλοι καὶ μαστιγίαι (Λυκίδας καὶ Διονύσιος καὶ τοιοῦτοί τινες) ἐξηλεγμένοι. *Et alii quidam, servi et verberones* (*v. c. Lycidas et Dionysius et tales nonnulli*) *convicti.* Nos nihil præterea in textu mutamus, nec in hac distinctione σαφήνειαν Demosthenis agnoscimus. At melius repertum si quis habuerit, id cupide amplectemur. Reiskium audire non potuimus. F. A. WOLF.

Ὑπὲρ δὲ τούτων] Recte Editt. vetustæ, non τοῦτ', ut Francofurtana. Pariter τὰ ψηφίσματα v. 3. ex iisdem. Injuria enim aberat articulus ab ea, quam sequimur. TAYLOR.

Ἐν οἷς ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι] Id est ἐξ ὧν ψηφισμάτων ἀτελεῖς εἰσὶν οὗτοι. Bene sic carebimus triplici conjectura viri docti, qua addi mavult ἐψηφισμένοι, vel γεγενημένοι, vel denique γεγραμμένοι. Conf. nos ad §. κά. med. F. A. WOLF.

Λυκίδας· ἀλλ' ἕτερον πρόξενον ἔστ' εἶναι, καὶ ἀτέλειαν εὑρῆσθαι. Μὴ δὴ παραγόντων ὑμᾶς· μηδ', ὅτι δοῦλος ὢν ὁ Λυκίδας, καὶ ὁ Διονύσιος, καί τις ἄλλος ἴσως, διὰ τοὺς μισθοῦ τὰ τοιαῦτα [1]γράφοντας ἑτοίμως, πρόξενοι γεγόνασι, διὰ τοῦθ' ἑτέρους ἀξίους, καὶ ἐλευθέρους, καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους, ἃς ἔλαβον δικαίως παρ' ὑμῶν δωρεὰς, ἀφελέσθαι ζητούντων. Πῶς γὰρ οὐχὶ [2]καὶ κατὰ τοῦτο δεινότατ' ἂν πεπονθὼς ὁ Χαβρίας φανείη, εἰ μὴ [3]μόνον ἐξαρκέσειε τοῖς τὰ τοιαῦτα πολιτευομένοις, τὸν ἐκείνου δοῦλον, Λυκίδαν, πρόξενον ὑμέτερον πεποιηκέναι· ἀλλ' εἰ καὶ διὰ τοῦτον πάλιν τῶν ἐκείνῳ τι δοθέντων ἀφέλοιντο, καὶ ταῦτ' αἰτίαν λέγοντες [4]ψευδῆ! Οὐ γάρ ἐστιν οὔθ' οὗτος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς, πρόξενος ὢν, ἀτελὴς, ὅτῳ μὴ διαῤῥήδην ἀτέλειαν ἔδωκεν ὁ Δῆμος· τούτοις δὲ οὐκ ἔδωκεν, οὐδ' ἔξουσιν

[1] γράφοντας, ἑτοίμως T. [2] καὶ κατὰ τοῦτο οὐχὶ T. [3] Deest μόνον. T. [4] ψευδῆ; T. R.

Μὴ δὴ παραγόντων ὑμᾶς] H. e. παραγέτασαν, ut paullo mox ζητούντων pro ζητείτωσαν. Ipsum παράγειν, sicut inde ductum παραγωγὴ, locum habet in cavillatione rhetorica, qua auditor subdole a proposito abducitur; unde sæpe juncta παράγειν et φενακίζειν. Male in Marg. Ben. est ταραττόντων, ex eoque corruptum πραττόντων in Par. 2. et Bav. Simile verbum §. ζ'. tetigi, ἀπάγειν. IDEM.

Διὰ τοὺς μισθοῦ] *Temere per istos nundinatores legum et decretorum jus hospitii obtinuerunt.* NANNIUS.

Γράφοντας, ἑτοίμως πρόξενοι] Muta interpunctionem, διὰ τοὺς μισθοῦ τὰ τοιαῦτα γράφοντας ἑτοίμως, πρόξενοι γεγόνασι· *qui lucri causa talia facile scribunt:* qui *parati* sunt talia scribere. MARKLAND.

Διὰ τοὺς μισθοῦ τὰ τοιαῦτα γράφοντας ἑτοίμως πρόξενοι γεγόνασι] Junxerant ante Markl. omnes, ἑτοίμως πρόξενοι γεγόνασι, idque forsan aliquis ferendum putet. Sed malui cum illo, cui et Reiskius paruit, incisum ponere post ἑτοίμως, ut sit: *propter eos, qui ejusmodi decreta pretio atque mercede scribunt faciles et parati.* Ceterum pravum hunc morem Athenis tam fuisse, ut quæstui haberent Remp., nemo dubitet, qui ex Æschinis Or. in Ctesiph. §. ά. sq. meminerit fraudum, in honoribus tribuendis versari solitarum. Nostrum autem illud fraudis genus eo facilius fieri potuit, quia πρόξενία *ornamentum* erat, non *magistratus.* Vid. hac de re Valcken. Animadv. ad Ammon. III. 10. F. A. WOLF.

Πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίους] Reisk. et Auger. malunt, πολλῶν ἀγαθῶν ὑμῖν αἰτίους. Emendatio ex eo genere est, quod antea notavi §. κβ'. IDEM.

Πῶς γὰρ etc.] Plerique Codd. Ven. puta, Vindob. Aug. Bodl. Ital. elegantius paulo: πῶς γὰρ οὐχὶ καὶ κατὰ τοῦτο: *Percioche come* ancora *in questo non ricevera gravissima ingiuria Cabria?* Vid. ad p. 460. v. ult. TAYLOR.

Εἰ μὴ ἐξαρκέσειε] Editiones vetustæ cum MSS. ut Vindob. εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειε. Quam vocem primus exturbavit Wolfius. Vid. ad p. 495. v. 3. Noluissem sane contra fidem auctoritatemque Codd. IDEM. Præpropere sua sponte Wolfius ejecit μόνον, male abundare vocem ratus. Nam et alii sic loquuntur, v. c. Xenoph. M. S. I. 1. 15. Lycurg. in Leocrat. p. 155. Nec illud sine sensu. Εἰ μὴ μόνον ἐξαρκέσειε, est, *si hoc unum iis non sufficeret.* Proxime, τὰ τοιαῦτα, *ad istum modum;* κατὰ τὰ τοιαῦτα. F. A. WOLF.

Οὐ γάρ ἐστιν οὔθ' οὗτος, οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς, πρόξενος ὢν, ἀτελὴς] Inter hæc et sequentia Reiskius suspicatur deesse *hæc pauca,* οὐδεὶς γὰρ ἀτελής. Quin nihil deest, et bene stringit argumentum. *Neque enim Lycidas, nec alius quisquam, qua est proxenus (propter hanc dignitatem) immunis est, nisi si Populus ei nominatim et proprie immunitatem concesserit.* Res ipsa loquitur. Potuit aliquis proxenus immunis esse; ita vero singulari decreto Pop. Athen. ad eam rem opus fuit. IDEM.

οὗτοι δεικνύναι· λόγῳ δ' ἂν ἀναισχυντῶσιν, οὐχὶ καλῶς ποιήσουσιν.

κθ'. Ὃ τοίνυν μάλιστα πάντων [1]οἶμαι δεῖν ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! φυλάξασθαι, τοῦτ' εἰπεῖν ἔτι βούλομαι. Εἰ γάρ τις πάντα, ὅσα Λεπτίνης ἐρεῖ περὶ τοῦ νόμου, διδάσκων [2]ὑμᾶς, ὡς καλῶς κεῖται, συγχωρήσειεν ἀληθῆ λέγειν αὐτόν, ἕν γε αἰσχρὸν οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη, ὃ συμβήσεται, διὰ τοῦ νόμου κυρίου γενομένου, τῇ πόλει. Τί οὖν τοῦτ' ἔστι; Τὸ δοκεῖν ἐξηπατηκέναι τοὺς ἀγαθόν τι ποιήσαντας. Ὅτι μὲν τοίνυν [3]τοῦτο ἕν τι τῶν 498
αἰσχρῶν ἐστὶ, πάντας ἂν ἡγοῦμαι φῆσαι· ὅσῳ δ' ὑμῖν τῶν ἄλλων [4]αἴσχιον ἀκούσατέ μου. Ἔστιν ὑμῖν [5]νόμος ἀρχαῖος, τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν· ἐάν τις, ὑποσχόμενός τι, τὸν Δῆμον [6]ἐξαπατήσῃ, κρίνειν· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν. Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε,

[1] οἴομαι R. [2] Deest ὑμᾶς. T. [3] τοῦτο ἕν τι R. [4] αἴσχιον τῶν ἄλλων R. [5] νόμος ὑμῖν R. [6] ἐξαπατήσει T.

Ἀναισχυντῶσιν] Editt. et MSS. pro ἀναισχυνθῶσιν, quod est in Francofurtana. TAYLOR.

Οὐχὶ καλῶς ποιήσουσιν] *Sin impudenter affirmabunt, nihil præclari facient, aut laude dignum.* Frigus sententiæ mendum arguit. Lego οὐχὶ καινῶς ποιήσουσιν, *non more novo facient*: solitum enim hoc Illis. MARKLAND. Urbane, de more Atticorum, pro κακῶς seu κακούργως ποιήσουσιν. Conf. §. κθ'. extrem. Sed exempla ubique sunt, ut mirificus sit Marklandus, qui propter frigus sententiæ corrigit, οὐχὶ καινῶς ποιήσουσιν. Etiam Reisk. hic aliquando mecum facit. F. A. WOLF.

κθ'. Ὃ τοίνυν μάλιστα πάντων—] Oratoriam quandam techuam in h. l. notat Aristid. Art. p. 467. Παρὰ πάντα ἀξιοπιστίας, τό τε ἐπισημαίνεσθαι τοῖς εἰσαγομένοις, καὶ τὸ ὑπερβολαῖς χρῆσθαι· ἐπισημαίνεσθαι μὲν, ὅταν λέγῃς· ὃ τοίνυν μάλιστα — βούλομαι. Τοῦτό ἐστιν ἀρχόντων τῶν προειρημένων τῷ μέλλοντι εἰσάγεσθαι. Ἡ δὲ ὑπερβολὴ ἐν τῷ ἑξῆς· εἰ γάρ τις κ. τ. λ. Varietas lectionum in verbis ibi laudatis levis est. Notanda nobis potius formula, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, Latine, *nullo pacto, nulla ratione.* Demosth. de Cor. §. νγ'. loquens de Philippo: Οὕτω ἧκεν ἔχων τὴν δύναμιν, καὶ τὴν Ἐλάτειαν κατέλαβεν, ὡς οὐδ' ἂν, εἴ τι γένοιτο, ἔτι συμπνευσόντων ὑμῶν καὶ τῶν Θηβαίων. Sed nihil frequentius his exemplis, quorum nullum favet Marklandi conecturæ. Mox junge, ὃ συμβήσεται τῇ πόλει, non, κυρίου γενομένου τῇ πόλει, ut aliquos fecisse video. IDEM.

Οὐδ' ἂν τι γένοιτο] Κἂν τὰ λοιπὰ καλῶς ἔχειν δόξειε. WOLF.

Οὐδ', ἂν εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη] Hic quoque excidisse videtur οὐκ propter sequens οὐδ'. Lego et distinguo: ἕν γε αἰσχρὸν οὐκ, οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο, ἀναιρεθείη, ὃ συμβήσεται etc. *una saltem turpitudo, etiamsi quidvis acciderit, tolli non potest,* etc. id est, tolli potest nullo modo, nulla suppositione, *quicquid acciderit;* hoc enim significat οὐδ' ἂν εἴ τι γένοιτο. MARKLAND.

Τοὺς ἀγαθόν τι ποιήσαντας] Scil. τὴν πόλιν aut ὑμᾶς. Vid. notam ad §. κβ'. Nam Criticus Lipsiensis hic quoque addi volebat ὑμᾶς. F. A. WOLF.

Τοῦτο ἕν τι τῶν αἰσχρῶν —] Idem Criticus dat ἕν τι τοῦτο τῶν αἰσχρῶν, tum pro τῶν ἄλλων αἴσχιον, eodem modo, αἴσχιον τῶν ἄλλων, etiam v. 12. ἔστι νόμος ὑμῖν. Omnia hæc ex caro Aug. 1. Τῶν ἄλλων αἴσχιον est αἴσχιον ἢ τοῖς ἄλλοις, *populis* puta. IDEM.

Ἔστιν ὑμῖν νόμος ἀρχαῖος] Attigi hanc legem in animadversione ad §. κά. fin. IDEM.

Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε] Εἶτ' οὐκ αἰσχύνεσθε δὲ Editt. vetustæ. Modo v. 2. p. seq. in quibusdam Codd. τοῦτο αὐτὸ ποιοῦντες, et αὐτοὶ ποιοῦντες sine τοῦτο. Quo pacto in Reg. α. Mox (so. v. 8.) deest τοῦτο ante δημοσίᾳ. TAYLOR.

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

καὶ φαμὲν θήσειν, ἢ [1] θέντας αὐτοὺς, ὅταν [2] πρῶτον γένωνται νομοθέται. Ἔστι δ' ἑκάστῳ τὶς αὐτῶν, ὡς ἔοικεν, ἐχθρός· τῷ μὲν Διόφαντος, τῷ δ' Εὔβουλος, τῷ δ' ἴσως ἄλλος τίς. Εἰ δὲ τοῦτο φεύξονται, καὶ μὴ ἐθελήσουσι ποιεῖν, σκοπεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰ καλῶς ὑμῖν ἔχει, ἃ τούτων ἕκαστος 499
οἴκνεῖ τοὺς ἐχθροὺς ἀφαιρούμενος ὀφθῆναι, ταῦθ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀφῃρημένους φαίνεσθαι· καὶ τοὺς εὖ τι πεποιηκότας ὑμᾶς, οἷς οὐδεὶς ἂν ἐγκαλέσαι, νόμῳ τὰ δοθέντα ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν [3] ἀθρόους· παρὸν, εἴ τις ἄρα ἐστὶν

[1] θέντων αὐτῶν T. R. [2] [τὸ] πρῶτον R. [3] ἀθρόα T.

Ven. Vindob. Lindenbrog. et Regg. α. ε. [Bav. Marg. Vin. et Less.] ἢ θέντας αὐτούς. Simoni Fabricio Marcopibertano, qui Augustani Codicis variantes lectiones excerpsit, neutra lectio placet. Maluit ille θέντων αὐτοὶ, id est, ut ait, ἀντὶ τοῦ θέτωσαν. Inficete. Sensus est integerrimus et lectio proba: γράφεσθαι κατὰ τὸν νόμον, ὃν παρεισφέρομεν νῦν ἡμεῖς· ἢ θέντων ἡμῶν (male Edit. Francof. ὑμεῖς et ὑμῶν) ἢ θέντων αὐτῶν. *sive nos eam tulerimus, sive ipsi tulerint.* Ut recte interpretatur bonus Wolfius, aliique. TAYLOR.

Ἢ θέντων ἡμῶν — ἢ θέντας αὐτοὺς] In editis libris, quotquot vidi, legitur ἢ θέντων αὐτῶν, quod si auctoritatem haberet, nemo reprehenderet. Verum optimi codd. dant aliud, θέντας αὐτούς. Cui consensui librorum addendus Schol., qui, diligentius ab editoribus inspectus, nonnihil interdum profuisset ad veram lectionem detegendam. Jam nemini dubium esse debet, quin vulgata lectio hoc quoque loco a sciolo ad similitudinem prioris membri reficta sit. Quod idem in simili fecit Reiskius, de Cor. §. νέ., prorsus sine libris ἐνθυμηθέντας edens, pro ἐνθυμηθεῖσι. Conf. Markl. ad Lysiam p. 364. Sed ne nunc quidem opus est, ad antiptosin quandam confugere. Θέντας αὐτοὺς refer ad verba, quæ totius periodi primaria sunt: κελεύετε τούτους τοὺς ἐροῦντας — γράφεσθαι. Nihil certius. F. A. WOLF.

Ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται] Sc. αὐτοί. An vero, *cum creati fuerint legumlatores alii?* Nannius: *ubi primum legislatores creati fuerint.* WOLF.

Ὅταν πρῶτον γένωνται νομοθέται] In Ben. est ὅταν τὸ πρῶτον, quod unde sit, nescimus. Certe articulo carent Aug. 1. et Bav. cum editt. princc., neque eo opus. Proxima sententia de privatis inimicitiis Leptineæ factionis egregie facit ad persuadendum. F. A. WOLF.

Ἔστι δ' ἑκάστῳ —] *Habet quisque, ut arbitror, privatas inimicitias cum beneficiariis.* NANNIUS.

Τῷ μὲν Διόφαντος, τῷ δ' Εὔβουλος] Plures a Demosthene memorantur Diophanti, plures Eubuli. Et de Eubulis quidem erudite egit Ruhnken. Histor. Oratt. gr. p. LXV. seqq., qui docet, ubicunque Eubulus simplici nomine occurrat, intelligendum esse Anaphlystium, summæ auctoritatis demagogum, qui per plures annos cum Oratore nostro Remp. administravit. Hoc tamen loco qui viri intelligendi sint, conjectura satis certa non assequor. F. A. WOLF.

Ταῦθ' ὑμᾶς τοὺς εὐεργέτας ἀφῃρημένους φαίνεσθαι] Ὑμᾶς φαίνεσθαι ἀφῃρημένους (ὅτι ἀφῄρησθε φανερὸν εἶναι) τοὺς εὐεργέτας ταῦτα. ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο, vel, ἀφαιροῦμαί σου τοῦτο. Videant rudiores, ne turbentur trajectione verborum, et ambiguitate infinitivorum cum accusativis. WOLF.

Ἀθρόα] Quis non videt, hic esse rescribendum ἀθρόους? Si silerent Codd. ita lubens et otiosus refingerem. Non enim referri debet hæc vox ad τὰ δοθέντα, sed ad τοὺς πεποιηκότας: Atque in ea relatione tota vis argumenti nititur. Vide sodes: σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ὑμῖν ἔχει — τοὺς εὖ τι πεποιηκότας — τὰ δοθέντα ἀπολωλεκέναι δι' ὑμῶν ἀθρόους· παρὸν, εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἀνάξιος εἷς, ἢ δύο, ἢ πλείους, γραφῇ διὰ τούτων ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν, κατ' ἄνδρα κριθέντας. Atque hæc est lectio Edit. Morel. Codd. autem Ven. Obsop. Ital. Aug. Vindob. Bodl. Cant. et Parisiensium, duobus exceptis. Ita etiam Versio Interpretis Italici. Ecce ut creber Noster sit sententiis! En αὔξησιν vere mirificam! Non hoc cum illo simpliciter, sed plura cum pluribus confertim et coacervatim comparat: εὖ πεποιηκότας, οἷς οὐδεὶς ἂν ἐγκαλέσαι, cum εἴ τις ἐστὶν ἀνάξιος: deinde νόμῳ et γραφῇ: mox ἀπολωλεκέναι διὰ ὑμῶν

ἀνάξιος, εἷς ἢ δύο, ἢ πλείους, γραφῇ διὰ τούτων ταὐτὸ τοῦτο παθεῖν, κατ' ἄνδρα κριθέντας. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐχ ὑπολαμβάνω ταῦτα καλῶς ἔχειν, οὐδέ γε ἀξίως ὑμῶν. [1][Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο.]

λ'. Καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου, ὅτι τῆς μὲν ἀξίας τότε, ὅτε ἐδώκαμεν, τὴν ἐξέτασιν ἣν δίκαιον λαμβάνειν, ὅτε τούτων οὐδεὶς ἀντεῖπε· μετὰ ταῦτα δ' ἐᾷν, εἴ τι μὴ πεπόνθατε ὑπ' αὐτῶν ὕστερον κακόν. Εἰ δὲ οὗτοι τοῦτο φήσουσι· δεῖξαι μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσι· δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρ' αὐτὰ τἀδικήματα φαίνεσθαι. εἰ

[1] Absunt unci. T.

et τοῦτο διὰ τούτων παθεῖν: et ad postremum denique ἀπολωλεκέναι ἀθρόους et κατ' ἄνδρα κριθέντας. Anne hæc sit Densitas, quam in Nostro tantopere admirati sunt Magistri? Ego profecto ita sentio. Vid. Quintilian. X. 1. TAYLOR. Sinceram scripturam, ἀθρόους, nuper tandem Reiskius reduxit e Ben. Qua scriptura, recte judicant, qui omnem vim argumentationis niti dicunt. Ἀθρόοι sunt *universi, cuncti*; κατ' ἄνδρα κριθέντες, *singulatim, viritim in jus vocati*: oppositi utrique inter se, ut solent ἀθρόοι et οἱ καθ' ἕνα, aut ἀθρόοι et διεσκεδασμένοι. F. A. WOLF.

Διὰ τούτων] Τοῦ Λεπτίνου, καὶ τῶν συνηγόρων αὐτοῦ. WOLF.

Ὑμῶν] Post ὑμῶν pro puncto infra pono punctum supra, ita ut hæc phrasiuncula σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο referatur ad id quod ultimum est οὐδέ γε . . . . *quod imprimis considerandum puto.* AUGER.

Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο] Sc. τὸ καλῶς ἢ μὴ ἔχειν τι. *Cujus ego rei etiam rationem habeo.* Nisi forte quis censeat τὸ τοῦτο ad ea, quæ sequuntur, referendum. WOLF.

Σκοπῶ δὲ καὶ τοῦτο] Hæc quam nihil huc faciant, quum cæcus sit, qui non videat, piget id pluribus verbis demonstrare. Tamen ea, quantum scimus, hærent in libris omnibus, atque adeo a nonnullis defenduntur. Sed Wolfii defensiones parum placent. Nullo pacto verba ad seqq. trahi sinunt particulæ, periodi novæ indices, καὶ μὴν, neque ea melius cum superioribus coeunt. Nam καὶ sic positum est, ut τοῦτο spectet ea, quæ sequuntur. Reiskii autem rationes, sive quas molles vocat, seu quæ duræ sunt et frigidæ, apud ipsum legantur jucundius. Quarum una hæc est jucundissima, quum Oratorem putat oblitum fortasse, post vocem τοῦτο aliquid addere, relicto loco vacuo, quem per otium expleret, ad reliqua perrexisse, sicut soleamus commentantes cum festinatione. Adeo persuasit sibi vir præclarus, eadem festinatione Demosthenem egisse in Oratione scribenda, qua ipsum in ea commentanda. Mihi quidem verba illa plane videntur ex emblemate marginis esse, et adscripta ad explicandam rariorem locutionem, οὐδ' ἐκείνου γε ἀποστατέον τοῦ λόγου. Parum promoveas, si scripseris, σκοπεῖτε καὶ τοῦτο. Ita aliquando mihi in mentem venit. F. A. WOLF.

λ'. Εἴ τι μὴ] Ἀντὶ τοῦ, εἰ μή τι. WOLF.

Εἰ δὲ οὗτοι τοῦτο —] Scil. Vos ab istis jam donatis injuria esse affectos. *Hoc si adversarii dicent, eorum erit demonstrare, illos eo tempore, quo peccaverint, judicium subiisse.* Vertimus hæc ideo, ut declaremus verba, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, quæ eadem potestate occurrunt et alibi, et apud Demosth. de Cor. §. ς'., ubi probe argutatur Tayl., et eodem fere modo Schol. posterior ad h. l. Certa multis exemplis est hæc vis illius præpositionis de *tempore* positæ, quod vulgo *præsens* aut *durans* dicunt, unde Lat. verti potest *in* vel *sub*. Ut in loco Xenoph. M. S. II. 1., malis nimium conjecturis vexato, παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχὴν, *sub illius imperio, illo imperante.* Particulæ παρὰ in Atticis nunquam propria notio est *propter*, neque id ἀργία est, si quis γαστρὶ χαρίζεται. Conf. Or. nostræ §. ή. med. ιγ'. med. ιθ'. med. κγ'. fin. λ'. fin. F. A. WOLF.

Τοῦτο] *Hoc*, i. e. passos esse aliquid mali ab his qui immunitates obtinuerunt. AUGER.

Δεῖ κεκολασμένους αὐτοὺς παρ' αὐτὰ τἀδικήματα φαίνεσθαι] *Eos quoque docere oportet recenti adhuc secus admissorum memoria, pœna affectos esse.* Siquidem illa locutio, παρ' αὐτὰ τἀδικήματα, hoc est, *protinus admissis delictis*, inde est quod

δὲ, μηδενὸς ὄντος τοιούτου, τὸν νόμον ποιήσετε κύριον, δόξετε φθονήσαντες, οὐχὶ πονηροὺς λαβόντες, ἀφηρῆσθαι. Ἔστι δὲ πάντα μὲν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὅσα ἐστὶ, τὰ ὀνείδη φευκτέον· τοῦτο δὲ πάντων μάλιστα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! [1] Διὰ τί; Ὅτι παντάπασι [2] φύσεως κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος, καὶ οὐχ ἔχει πρόφασιν, δι' ἣν ἂν τύχοι συγγνώμης ὁ τοῦτο πεπονθώς. Εἶτα καὶ οὐδέν ἐστιν ὄνειδος, ὅτου πορρωτέρω ἐστὶν ἡ πόλις ἡμῶν, ἢ τοῦ φθονερὰ δοκεῖν εἶναι, πάντων ἀπέχουσα τῶν αἰσχρῶν. Τεκμήρια δὲ ἡλίκα τούτου, θεωρήσατε! Πρῶτον μὲν γὰρ μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ [3] τὰς ταφὰς

[1] διατί; T. [2] πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας R. [3] Deest articulus. R.

παρὰ τὸ δεῖπνον etiam dicunt, *super cœnam*, et *cœnæ tempore*. Isocrat. οἴκοι γὰρ ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους, *belli tempore et militiæ*. Interpres tamen Demosth. hoc loco παρ' αὐτὰ τἀδικήματα κολάζειν significare existimavit προσφόρως καὶ ἐγγὺς τῶν ἀδικημάτων φύσεως, hoc est, *pro modo delictorum, et pœna admisso adæquata*: quod mihi non placuit. Jurisperiti dicunt, *adhuc fragrantibus delictis*. Dicitur et παραχρῆμα eadem ratione pro *confestim*, et παραυτίκα, et παραυτὰ, et παραυτόθεν, quasi *jam inde ex illa hora*. Dicitur et παρ' αὐτὸν τὸν καιρόν. Idem in eadem, [§. ιβ'.] πάντες μὲν γάρ εἰσιν ἴσως ἄξιοι χάριν ἀνταπολαμβάνειν οἱ προϋπάρχοντες τῷ ποιεῖν ὑμᾶς εὖ, μάλιστα δ' οἱ παρὰ τὰς χρείας: *nam cum omnes ultro de vobis bene merentes, digni sunt utique, quibuscum paria faciatis, tum vero ii maxime, qui in ipsis temporibus vestris difficultatibusque fecerunt*. Synes. αὐτὰς οὖν ταύτας παρὰ τοὺς καιροὺς ἑκάστους οἷου σοι παρεστᾶναι συνηγόρους, *unoquoque tempore*. Idem, ἀλλ' ἔστιν εὐτυχία παρὰ τὸν καιρὸν εὐτυχεστέρα. *Refert autem quo quicque in loco feliciter cedat*. vel sic, *at vero locus ipse refert ad felicitatis cumulum*. *Ex edit.* Hervag.

Δεῖ αὐτοὺς φαίνεσθα κεκολασμένους] *Constare oportet, eos esse punitos*. Hoc est, si dicent eos peccasse, non fides eis habebitur, nisi pœnam e vestigio consecutam esse demonstrarint. Wolf.

Ὡς εἰπεῖν] Forte ἔπος εἰπεῖν. et sic habet Ulpianus. Nannius: *Ut semel dicam*. Idem. Aberat ea vox ab Editt. ante Parisiensem. Habent Codd. Lindenbrog. et Aug. Taylor. Perperam Nannius. Formulam h. l. reddes, *ut uno verbo dicam*. F. A. Wolf.

Φύσεως καὶ κακίας] M. φύσεως κακίας· ἀντὶ τοῦ, κακῆς φύσεως. Wolf. *Pravitas* est *Naturæ*. Ita Editio Francofurt. secundum Felician. Manut. et MSS. Ald. Variatur in cæteris: φύσεως καὶ κακίας Edit. Ald. Unde scriptum olim fuisse arbitror, juxta ac Morelius edidit: ὅτι παντάπασι πονηρᾶς φύσεως καὶ κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος. In marg. Benenati, in Obsop. Lindenbrog. Ven. Ital. et Schol. φύσει κακίας. Taylor. Hæc omnia Reiskius duplici divinatione auget. Nos plane non videmus, cur a vulgata recedendum sit. Κακία φύσεως est *vitiositas indolis, pravitas animi*. F. A. Wolf.

Ἐπὶ τοῖς τελευτήσασι δημοσίᾳ] Bene supplet Lambinus, τελευτήσασιν ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ etc. Sed elegantior vocum positio, ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσασι, δημοσίᾳ etc. et ita Lysias Orat. Funebr. ad fin. ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας — τιμᾶσθαι. Eudocia MS. (penes humanissimum et eruditissimum Virum Ricardum Ellysium, Baronettum) in Voce Αἴας: Μενεσθεὺς ἐπ' αὐτῷ λόγον ἠγόρευσεν, ᾧ νομίζουσιν Ἀθήνησι τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πολέμων τελευτῶντας. de funere Ajacis, Telamonis filii, loquitur Auctor, ex quo hæc sumsit Eudocia. Markland. Nec alienum ab hac opinione se ostendit Reisk. Defendit tamen is vulgatam scripturam ita, ut δημοσίᾳ, quasi in bivio positum, non minus ad τελευτήσασι, quam ad τὰς ταφὰς ποιεῖσθε, trahatur. Id quod mirum commentum est. Quamvis enim apud Græcos sæpe occurrant δημοσίᾳ θαπτόμενοι, non magis leguntur τελευτήσαντες δημοσίᾳ, quam τελευτήσαντες ἰδίᾳ, neque aliter quam *privatim*, quenquam nec Græce, nec Latine, scimus mortuum, si eos excipias, *qui ad publicum*

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

δωρεῶν, αἷς ἀντευποιεῖ, παρέσχηται. Ἔστι τοίνυν ἅπαντα ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! δικαιοσύνης, ἀρετῆς, μεγαλοψυχίας ἐπιδείγματα. Μὴ τοίνυν, δι' ἃ πάλαι παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἡ πόλις εὐδοξεῖ, ταῦτ' ἀνέλητε νῦν· μηδ', ἵνα Λεπτίνης ἰδίᾳ τισὶν, οἷς ἀηδῶς ἔχει, ἐπηρεάσῃ, τῆς πόλεως ἀφέλησθε καὶ ὑμῶν αὐτῶν, ἣν διὰ παντὸς ἀεὶ τοῦ χρόνου δόξαν κέκτησθε καλήν! Μηδ' ὑπολαμβάνετε εἶναι τὸν ἀγῶνα τόνδε ὑπὲρ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ τῆς πόλεως ἀξιώματος, πότερον αὐτὸ δεῖ [1]σῶν εἶναι, καὶ ὅμοιον τῷ προτέρῳ, ἢ [2]μεθεστᾶναι καὶ λελυμάνθαι!

λά. Πολλὰ δὲ θαυμάζων Λεπτίνου κατὰ τὸν νόμον, ἓν μάλιστα τεθαύμακα πάντων· εἰ ἐκεῖνο ἠγνόηκεν, ὅτι, ὥσπερ ἂν εἴ τις μεγάλας τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων τάττοι, οὐκ ἂν αὐτός γε ἀδικεῖν παρεσκευάσθαι δόξαι, οὕτως, ἄν τις ἀναιρῇ τὰς τιμὰς τῶν [3]εὐεργεσιῶν, [4]οὐδὲν αὐτὸς ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι δόξει. Εἰ μὲν τοίνυν ἠγνόησε ταῦτα, — γένοιτο γὰρ ἂν καὶ τοῦτο —, αὐτίκα δηλώσει· συγχωρήσεται γὰρ ὑμῖν λῦσαι, περὶ ὧν 501
αὐτὸς ἥμαρτεν· εἰ δὲ φανήσεται σπουδάζων, καὶ ὑπερδιατεινόμενος κύριον ποιῆσαι τὸν νόμον, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω πῶς

[1] σῷν T. R. [2] μεθιστᾶναι T. [3] εὐεργετῶν T. R. [4] οὐδὲν ἂν αὐτὸς R.

Μεθιστᾶναι] Forte μεταστῆναι, ἢ μεθεστᾶναι, ἀντὶ τοῦ, μεθεστηκέναι. WOLF.

λά. Πολλὰ δὲ θαυμάζων Λεπτίνου κατὰ τὸν νόμον, ἓν μάλιστα τεθαύμακα πάντων —] Jam novum telum a Demosthene expromitur, sane quam callidum. Sed id verbo monuisse satis erit. Laborandum nobis in verbis. Primum in voc. τεθαύμακα, junoto cum θαυμάζων, discant tirones, pravis notionibus temporum imbuti, quæ vis sit hujus temporis, quod rei perfectæ præsens est, non, ut vulgo vocant, præteritum. Conf. Harrisii Hermen I. 7. librum iis omnibus, qui in utraque lingua ultra plebem sapere volunt, utilissimum. Porro ambigunt editores in extrema periodo, utrum ea, quam nos tenuimus, amplectenda sit lectio, an alia hæc, οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι δόξαι. Mihi prior longe videtur præstare, ut verba, ὅτι οὐδὲν — δόξει, certo modo proponantur, ceteris hypothetice interjectis. Conf. omnino notam ult. ad §. ιέ. F. A. WOLF.

Εὐεργετῶν] Rescribe cum Ven. Obsop. Aug. Vindob. Ital. Regg. α. ζ. η. εὐεργεσιῶν: ut pariter fiat. τὰς τιμωρίας τῶν ἀδικημάτων v. 13. τὰς τιμὰς τῶν εὐεργεσιῶν v. 15. Ita §. λγ'. p. 512. v. 5. τὰς ἐπι ταῖς εὐεργεσίαις δωρεὰς ζηλώσαντες, atque etiam ibid. v. 10. cum dicitur, τὰς τιμὰς ἀναιρῶν τῶν εὐεργετῶν, jubent Codd. Ven. Obsop. et ex Regiis tres reponere εὐεργεσιῶν. Modo fortasse cum Aug. ἂν, et cum marg. Benenati, δόξαι. οὐδὲν ἂν αὐτὸς ποιεῖν παρεσκευάσθαι δόξαι. Vid. v. 14. TAYLOR. M. εὐεργεσιῶν. AUGER. Obsecutus sum Tayloro et Auger., itidemque §. λγ'., ubi codices iidem, satis constantes, eandem lectionem præferunt. F. A. WOLF.

Καὶ ὑπερδιατεινόμενος —] Simplex διατεινόμενος ex Par. 1. 7. Aug. 1. et quodammodo Bav. fortiori scripturæ nostræ nemo anteponat. Mox post τὸν νόμον nihil lenius exspectatur, quam hoc, ἐκεῖνος ὡς ἀληθῶς οὐδὲν δόξει ποιεῖν ἀγαθὸν παρεσκευάσθαι. Quod, elegantiæ studiosi videant, quam urbane ab Oratore emollitum sit. Similia sunt, quæ sequuntur, μήτ' αὐτὸς δόξεις εἶναι βελτίων, μήθ' οἱ πεισθέντες σοι. IDEM.

ἐπαινέσω, ψέγειν δὲ οὐ βούλομαι. Μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη! μηδὲ βιάζου τοιοῦτον μηδὲν, δι' οὗ μήτ' αὐτὸς δόξεις εἶναι βελτίων, μήθ' οἱ πεισθέντες σοι· ἄλλως τε καὶ γεγενημένου σοι τοῦ ἀγῶνος ἀκινδύνου. Διὰ γὰρ τὸ τελευτῆσαι Βάθιππον, τὸν τουτουὶ πατέρα Ἀφεψίωνος, ὃς [1]αὐτὸν ἔτ' ὄντα ὑπεύθυνον ἐγράψατο, ἐξῆλθον οἱ [2]τῆς κρίσεως χρόνοι· καὶ [3]νῦν περὶ αὐτοῦ τοῦ νόμου πᾶς ἐστὶν ὁ λόγος, τούτῳ δ' οὐδείς ἐστι κίνδυνος. Καίτοι καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν, ὡς ἄρα τρεῖς σέ τινες, γραψάμενοι πρότεροι τοῦδε, οὐκ ἐπεξῆλθον. Εἰ μὲν οὖν ἐγκαλῶν αὐτοῖς λέγεις, ὅτι σε οὐ κατέστησαν εἰς κίνδυνον, φιλοκινδυνότατος εἶ πάντων ἀνθρώπων· εἰ δὲ τεκμήριον ποιῇ τοῦ τὰ δί-

[1] *σαυτὸν R. [2] [τῆς κρίσεως] R. [3] νυνὶ R.

Διὰ γὰρ τὸ τελευτῆσαι Βάθιππον —] Præcedenti periodo ad Leptinem ipsum directa erat oratio, nunc ad judices conversa narrat de Leptine. Sejunxi igitur hæc a prioribus spatiolo vacuo relicto, coque ipso mihi videor oculis certe lectorum rem quodammodo mollivisse, quæ pluribus interdum fraudi fuit. Frequentes autem in Oratoribus nostris sunt ejusmodi subitæ a secunda persona ad tertiam transitiones. Vide præter ea, quæ ad §. κβ'. κζ'. fin. a me notata sunt; infra §. λέ. atque adv. Lacrit. p. 939. ed. R. adv. Spud. p. 1033. et audacius exemplum ap. Æschin. in Ctesiph. §. πή. fin. Σὺ πλουτεῖς καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σαυτοῦ χορηγεῖς (hactenus ad Demosthenem conversus loquitur) καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ βασιλικὸν χρυσίον, παρὰ τούτῳ, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ' ὑμῖν (hæc ad judices.) Nimirum cogitandus est in his Orator, non statarius, aut velut in corbe inclusus, quales hodie videas, sed quocunque eum animi impetus rapuit, procedens, atque ab altera parte spatiosi suggestus ad alteram pergens, cum oratione vario corporis motu gestuque animata, quæ nobis nunc emortua ante oculos jacet. Tali in oratione oculus, manus, digitus, vice interpretis funguntur, qui, quæ dura legentibus videri possunt, ea auditoribus facillima præstat ac plena nativæ elegantiæ. Non mirum ergo, quod proxima statim Leptinem rursus ipsum alloquuntur: καίτοι καὶ τοῦτο ἀκούω σε λέγειν κ. τ. λ. Breviter hac de re monuit Schol. in ed. Ben., cujus in h. l. legitur hæc nota: Ὅς αὐτὸν· τὸν Λεπτίνην. Μεταβαίνει εἰς δεύτερον πρόσωπον ἀπὸ πρώτου. Ubi quisque videt scribendum, εἰς τρίτον πρόσωπον ἀπὸ δευτέρου. Sed hæc omnia nihil curans is, quem nescio quæ fortuna nostra nobis ubique adversarium objicit, asterisco præfixo scripsit σαυτὸν, quodque magis mirere, non offendit in sequenti pronomine tertiæ personæ, τούτῳ. Ut ingenuum hominem videas, qui, dum fraudem facit, vestigia fraudis tegere negligit. Ceterum pronomen ὃς redit ad Bathippum, non ad secundariam personam, Aphepsionem. Idem.

Ἐξῆλθον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι] Duo verba, τῆς κρίσεως, uncis ille suspecta fecit, quippe quæ abessent a Par. 1. et Aug. 1. Sed hos libros, satis nunc constare debet, ad scioli correctiones esse mutatos. Reperi quidem exempla, ubi *tempora in aliquo negotio præfinita* dicuntur simpliciter οἱ χρόνοι. Talibus autem non abutendum. Æschines in Ctesiph. §. κγ'. Ἧκον οἱ τῆς κρίσεως χρόνοι. Noster adv. Polycl. p. 1218. ed. R. Ὁ χρόνος ἐξήκει μοι τῆς τριηραρχίας. Ubi Reisk. nihil, homo inconstantissimus. Idem.

Πρότεροι τοῦδε] Τοῦ Βαθίππου, ἢ Ἀφεψίωνος. Forte: τῶνδε, τοῦ τε Ἀφεψίωνος καὶ τοῦ Κτησίππου. Wolf. Nempe Ctesippi præcipui accusatoris. Auger. Vix dubium puto esse, quin et nunc ὅδε signet Aphepsionem, primas agentem in hoc judicio. Conf. §. κά. med. F. A. Wolf.

Οὐκ ἐπεξῆλθον] De legislatore περὶ Στεφ. dixit: μάλιστα μὲν μὴ θεῖναι τὸν νόμον· εἰ δὲ μὴ, καταβαλόντα ἐν ὑπωμοσίᾳ ἐᾶν. Wolf.

Τοῦ τὰ δίκαια εἰρηκέναι —] H. e. τοῦ σὲ τὰ δίκαια γεγραφέναι, quod verbum vulgatior usus fori adhibet. In seqq. notari meretur ratio, qua adversario crimen gravissimum objicitur. Nam accusator παρεσκευασμένος τινὶ est talis, qui *subornatus est ab ipso reo, cum eoque in judicio collu-*

καια εἰρηκέναι, λίαν εὔηθες ποιεῖς. Τί γὰρ εἵνεκα τούτου βελτίων ἔσθ' ὁ νόμος, εἴ τις ἢ τετελεύτηκε τῶν γραψαμένων, πρὶν εἰςελθεῖν, ἢ πεισθεὶς ὑπὸ σοῦ διεγράψατο, ἢ καὶ ὅλως ὑπὸ σοῦ παρεσκευάσθη; ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ λέγειν καλόν.

λβ'. Ἥιρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι, καὶ μάλισθ' οἱ δεινοὶ λέγειν ἄνδρες, Λεωδάμας Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀριστοφῶν Ἀζηνιεὺς, καὶ Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμέων, καὶ Δεινίας Ἐρ-

*dit;* Romani dixerunt *prævaricatorem,* magnum crimen. Διαγράψασθαι Latine proprie effertur *absistere accusatione,* scil. quæ apud judicem jam instructa est. De reliquo patet, opinor, tribus his membris, εἴ τις—ἢ πεισθεὶς—ἢ καὶ ὅλως, ipsos accusatores tres, quos prius Leptini fuisse legimus, indicari. Οὐδὲ λέγειν καλόν. Conf. ad §. κή. fin. F. A. Wolf.

Διεγράψατο] Τῆς κατηγορίας ἀπέστη. Nannius: *Libellos, quos contra te dederat, expunxit.* Wolf.

λβ'. Ἥιρηνται δὲ τῷ νόμῳ σύνδικοι] *Syndici* dicuntur, qui in eandem causam incumbunt, vel, qui eandem causam defendunt, hoc est, civitatum advocati et defensores juris publici, quasi in causam publicam communiter incumbentes. Unde Demosthenes lege sancitum Athenis refert, ne cui iterum syndicum fieri liceret, crearique a populo, idque ideo, ne *syndicia,* id est, syndici munus ob publicam utilitatem inventum, verteretur in quæstum, compendiumque privatum. Hoc nomine vocari possunt, quos hodie *Deputatos* nostri appellant. συνδικεῖν est *ab eadem causa dicere, et patrocinium suum in causam communem afferre.* Idem in eadem, [§. λβ'. *fin.*] γελοῖον νόμῳ μὲν συνδικεῖν, νόμον δὲ αὐτοὺς παραβαίνειν ἕτερον, i. e. *hanc rogationem istos communi tueri patrocinio, legem autem contrariam et antiquiorem ob eam abrogare.* Ex edit. Hervag.

Οἱ δεινοὶ] Τὸ οἱ malim abesse. καὶ μάλιστα δεινοὶ λέγειν. Wolf.

Ἀζηνιεὺς] Recte, non ut Editiones vulgatæ, Ἀξηνιεύς. Consentiunt Codd. optimi, ut Vindob. Lexicographi et Marmora, quibus in tam levi scribendi discrimine fides habenda est maxima.

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΟΙ ΚΑΘΩΣ ΕΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΑΖΗΝΙΕΥΣ

Spon. Itin. T. 2. p. 375.

. . . . . .

ΤΟΥ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΠΑΛΛΗ-
ΝΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΖΗ-
ΝΙΕΥΣ ΦΙΛΟ . . . . . Id. ibid. pag. 443.

Aristopho hic idem falso etiam vocatur Ἀξηνιεὺς apud Æschinem c. Timarch. pag. 86. 1. ed. R. refragantibus tamen Scaligero et Codd. Vid. Palmer. ad loc. et Meurs. Reliqu. Attic. c. 1. Alibi, in eadem oratione recte effertur, sc. pag. 159. 4. ᾧ παρήδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεύς. Et c. Ctesiph. §. μδ'. δημαγωγὸς Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεὺς, πλεῖστον χρόνον τὴν τοῦ Βοιωτιάζειν ὑπομείνας αἰτίαν. et §. ξε'. ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτὲ σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀζηνιεύς. Quæ loca plurimum conferent ad hominis istius notitiam et historiam: atque etiam ad reliquorum, qui hic nominantur. Λεωδάμας ὁ Ἀχαρνεὺς οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος. Æsch. in Orat. citata §. μδ'. Taylor.

Λεωδάμας Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀριστοφῶν Ἀζηνιεὺς, καὶ Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμέων, καὶ Δεινίας Ἐρχιεὺς] Leodamas auditor fuit Isocratis, οὐχ ἧττον Δημοσθένους λέγειν δυνάμενος, si fides Æschini in Ctesiph. §. μδ'. Conf. Ruhnken. Hist. crit. Oratt. gr. p. LXIII. Aristophon ex Ἀζηνίᾳ, δήμῳ φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος, perperam ubique Ἀξηνιεὺς scriptus ante Taylorum, qui, mendam corrigens, laudat Æschin. in Timarch. p. 86. 1. p. 159. 4. ed. R. in Ctesiph. §. μδ'. et §. ξέ., quibus omnibus in locis hujus Aristophontis mentio fit. Sed ex uno loco nostro discimus, vitam produxisse virum usque ad Olymp. 106, 2. Jam si

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

διαδικασίαν, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. Χωρὶς δὲ τούτων, ἀτοπώτατον ἂν πάντων συμβαίη, εἰ τότε μὲν τὰ Χαβρίου παρ' ὑμῖν ἔργα μεῖζον ἴσχυε τῶν Λεωδάμαντος λόγων· ἐπειδὴ δὲ ταὐτά τε ὑπάρχει, καὶ τὰ τῶν ἄλλων εὐεργετῶν προσγέγονε, τηνικαῦτα σύμπαντα ταῦτα ἀσθενέστερα τῶν τούτου λόγων γίγνοιτο. Καὶ μὴν πρός γε Ἀριστοφῶντα, πολλὰ καὶ δίκαια ἂν ἔχειν εἰπεῖν Οὗτος εὕρετο τὴν δωρεὰν παρ' ὑμῖν, ἐν ᾗ τοῦτο ἐνῆν· [1]οἶμαι· καὶ οὐ τοῦτ' ἐπιτιμῶ· δεῖ γὰρ ἐφ' ὑμῖν εἶναι διδόναι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, οἷς ἂν βούλησθε — ἀλλ' ἐκεῖνό γε οὐχὶ δίκαιον εἶναί φημι, τὸ ὅτε [2]μὲν τούτῳ ταῦτ' ἔμελλεν ὑπάρξειν λαβόντι, μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινόν· ἐπειδὴ δὲ ἑτέροις δέδοται, τηνικαῦτ' ἀγανακτεῖν, καὶ πείθειν ὑμᾶς ἀφελέσθαι. Καὶ μὴν [3]καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντα ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος, ὡς παρασχόντι τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ Δήμου· καὶ

[1] οἴομαι R. [2] μὲν τοῦτ' ἔμελλεν T. [3] Deest καί. T.

ao Wolfius, usus est Interpres alter. TAYLOR. Res nota esse potest vel e Terent. Phorm. III. 2. 58., quem cum loco nostro dudum comparavit Muret. Var. Lectt. XIX. 8., quod opus, Muretinorum omnium doctissimum et elegantissimum, gaudeo, nova editione propediem in manus studiosorum venturum. De discrimine causarum, δίκης, εὐθύνης, διαδικασίας, explicare longum est. Adeundi sunt ii, qui jus Atticum proprie illustrarunt. Ponam tamen ex Or. in Timocr. p. 717. ed. R. legis verba: Ὅσων δίκη πρότερον ἐγένετο ἢ εὐθύνη ἢ διαδικασία περί του ἐν δικαστηρίῳ, ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, ἢ τὸ δημόσιον ἀπέδοτο, μὴ εἰσάγειν περὶ τούτων εἰς τὸ δικαστήριον, μηδ' ἐπιψηφίζειν τῶν ἀρχόντων μηδένα, μηδὲ κατηγορεῖν ἐώντων, ἃ οὐκ ἐῶσιν οἱ νόμοι. Ad hæc conf. Petiti LL. AA. p. 451. Ceterum pro ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, quod plerasque editt. occupat, dedi περὶ τῶν αὐτῶν, tum propter auctoritatem a codd. optimis, tum quod ita loquuntur omnes, qui legis meminerunt. F. A. WOLF. Verba Terentii sunt: "At tu, qui sapiens es, magistratus adi, Judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi: Quandoquidem solus regnas, et soli licet Hic de eadem causa bis judicium adipiscier." Phorm. II. 3. 56. Cf. H. Valesius ad Harpocr. p. 9. Taylor. ad Lysiam p. 312. et Ulpian. ad Dem. in Timocr. ad p. 704. ed. R.

Ἐπειδὴ δὲ ταὐτά τε ὑπάρχει —] *Quum etiam nunc maneant viri merita, novaque aliorum accesserint.* Acuendum pronunciando verbum ὑπάρχει. Ne quis putet scribendum, ταὐτά τε ὑπάρχει, *eadem sint, quæ fuerunt prius.* F. A. WOLF.

Τοῦτ' ἔμελλεν] Plenius Editt. Ald. et Morel. cum MSS. Ven. Vindob. et Aug. ὅτε μὲν τούτῳ ταῦτ' ἔμελλεν. Iidem MSS. ὑπάρχειν. ταῦτ' et ὑπάρχειν Lindenbrog. TAYLOR.

Καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντα ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος —] Mirificam h. l. vim habet contrapositum, quo oblique simul Populus in memoriam revocatur rei, ab Aristophonte olim, fortasse non sine offensione, factæ. Sed dicendum de singulis. Et principio quidem qui occurrit Gelarchus, ex uno hoc loco nobis innotuit. Ergo cur Reisk. mutare velit Telarchum aut Agelarchum, id vero nescio: nisi forte sibi visus est homo Lipsiensis omnia Atheniensium nomina tenere. Ac poterat quoque afferre Clearchum, Zelarchum, etc. Mox γέγραφεν proprium verbum de eo, in cujus sententiam decretum factum. F. A. WOLF.

Τοῖς ἐν Πειραιεῖ τοῦ δήμου] Τοῖς ἀπὸ τοῦ δήμου, ἐν Πειραιεῖ γεγενημένοις ἐπὶ τῶν τριάκοντα. WOLF. τοῦ δήμου est inutile. οἱ δημοτικοὶ satis describuntur per οἱ ἐν Πειραιεῖ. Distinctione ista, sc. οἱ ἐν ἄστει et οἱ ἐν Πειραιεῖ sexcenties, credo, utitur Lysias noster. Si quid ego judicem, repetuntur hæ voces τοῦ δήμου a v. 2. p. seq.

καλῶς ἐποίει. Μὴ τοίνυν, ἃ μὲν ἦν ἁμάρτυρα, ταῦτ' ἐπὶ τῇ τοῦ Δήμου προφάσει διὰ σοῦ δεδόσθω· ὧν δ' αὐτὸς ὁ Δῆμος μαρτυρίας ἔστησεν, ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψας, καὶ πάντες συνίασι, ταῦτ' ἀφελέσθαι παραίνει· μηδ' ὁ αὐτὸς φαίνου, τά τε ὀφειλόμενα ὡς ἀποδοῦναι δεῖ, γράφων, καὶ ἅ τις παρὰ τοῦ Δήμου κεκόμισται, ταῦτ' ἀφελέσθαι παραινῶν. Καὶ μὴν πρός γε Κηφισόδοτον, τοσοῦτ' ἂν εἴποιμι. Οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἧττον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν. Πολὺ τοίνυν κάλλιον τῇ δεινότητι ταύτῃ
503 χρῆσθαι ἐπὶ τὸ τοὺς ἀδικοῦντας ὑμᾶς κολάζειν, ἢ τοὺς ἀγαθοῦ τινὸς αἰτίους ἀδικεῖν. Εἰ γὰρ ἀπεχθάνεσθαί τισι δεῖ, τοῖς ἀδικοῦσι τὸν Δῆμον, [1] οὐ τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσιν, ἔγωγε νομίζω δεῖν. Πρὸς τοίνυν Δεινίαν· οὗτος ἴσως ἐρεῖ τριηραρχίας [2] αὐτοῦ, καὶ λειτουργίας. Ἐγὼ δ', εἰ πολλοῦ τῇ πόλει Δεινίας ἄξιον αὐτὸν παρέσχηκεν, ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεούς, μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι

[1] οὐχὶ R. [2] αὐτοῦ T.

vel saltem adjiciebantur ad marginem, explicandi causa. Horum alterutrum erit tam verum, quam quod maxime est verum. TAYLOR. Quæ suspicio prudentissima est. Ubicunque factio illa democratica memoratur, dici solet οἱ ἐν Πειραιεῖ. Vid. sup. ad §. ε'. Itaque receptam lectionem parum defendas talibus locis, qualis est Æschinis [Demosthenis] hic de fals. leg. p. 431. ed. R. Ὑπομενεῖτε τὸν μὲν εὐεργέτην τοῦ Δήμου καὶ τῶν ἐκ Πειραιῶς κ. τ. λ., multo minus artificio eo, quo Reiskius utitur. Id enim sequaris, Lysias atque alii sæpissime male scripsisse dicendi erunt. Forsitan tamen hactenus verba tuearis, si Oratorem putes a solenni locutione recessisse eo, quo melius eluceret vis illorum, ἐπὶ τῇ τοῦ Δήμου προφάσει. Sin contra vanum hoc videatur, illico verba hinc abeant oportet; et quis requirat? Postremo hanc structuram, μὴ τοίνυν δεδόσθω, ὧν δὲ — παραίνει, negatione ad utrumque imperativum relata, sic accipe: *Non igitur illa, quæ nullo teste data sunt, per causam Populi Gelarcho reddere debebas; quorum autem Populus ipse testimonia publice fixit, ea revocanda censere.* F. A. WOLF.

Παραίνει] Ita certe cum Editt. superioribus, et MSS. non παραινεῖ cum Francofurtana. Verum ea Editio sæpissime ex Typothetæ incuria, non auctoritate Codd. a vera lectione recedit, ut id aliquando notare, et lectorem admonere pene tædeat. Ita v. ult. νὴ τοὺς θεούς, non μή. et pag. prox. v. 3. ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, non ἄξιον. Atque ita in locis fere sexcentis. Exemplum sumas ex pag. 463. Wolfius: οὐδέν ἐσθ', ὅτι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακῆσαι λέγεται παρ' ὑμῶν ἕνεκα. Nos: οὐδέν ἐσθ', ὅ, τι τοῦ παρακρούσασθαι καὶ φενακίσαι λέγεται παρ' ἡμῶν εἵνεκα. Modo lubens delerem ὁ ante αὐτὸς cum Ven. Lindenbrog. et Ital. TAYLOR. Perperam opinatur Taylorus, delendum esse articulum ante αὐτός. Structuram explicui ad §. θ'. fin. F. A. WOLF.

Οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἧττον τῶν λεγόντων δεινὸς εἰπεῖν] Notatu dignam duco formulam, δεινὸς εἰπεῖν, pro qua ubique legere me memini δεινὸς λέγειν. Fuit, puto, causa mutationis in proximo λεγόντων. IDEM.

Οὗτος ἴσως ἐρεῖ τριηραρχίας αὐτοῦ καὶ λειτουργίας] *Enarrabit fortasse munera pro Republ. a se obita.* Ut pro Phorm. p. 957. ed. R. Ἀλαζονεύσεται, καὶ τριηραρχίας ἐρεῖ καὶ χορηγίας. Latine pari elegantia verbum pro verbo reddas: *Trierarchias loquetur* et *choragias.* Nam sic Latini verbo *loquendi* utuntur de homine, qui rem frequenter in ore habet, præsertim cum jactatione. Notus Tigellius poetæ, *reges atque tetrarchas loquens.* Paullo post in verbis, μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι αὐτῷ, melius, ut nunc quidem textus est, cum Markl. videbatur scribi αὐτῷ. Dispi-

[1] αὐτῷ τινὰ τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι, ἢ τὰς ἑτέροις πρότερον δοθείσας ἀφελέσθαι κελεύειν. Πολὺ γὰρ βελτίονος ἀνδρός ἐστιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς εὖ πεποίηκεν, ἀξιοῦν τιμᾶσθαι, ἢ ἐφ' οἷς ἕτεροι ποιήσαντες ἐτιμήθησαν, φθονεῖν. Ὁ δὲ δὴ μέγιστον ἁπάντων, καὶ κοινὸν ὑπάρχει κατὰ πάντων τῶν [2] συνδίκων· τούτων πολλάκις εἷς ἕκαστος πρότερόν τισι πράγμασι σύνδικος γέγονεν. Ἔστι δὲ καὶ μάλα ἔχων νόμος ὑμῖν καλῶς, οὐκ ἐπὶ τούτοις τεθεὶς, ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν ᾖ, καὶ συκοφαντία· μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα ὑπὸ τοῦ Δήμου πλέον

[1] αὐτῷ T. [2] συνδίκων τούτων· T.

ciendum vero, quum παραινέσαιμι ita nudum insolentia quadam laboret, an verius legatur, παραινέσαιμι αὐτῷ, αὐτῷ τινὰ τιμὴν ὑμᾶς ἀξιοῦν δοῦναι. Quod genus vitii solenne est in libris. IDEM.

Αὐτῷ τινὰ τιμὴν] Scribe αὐτῷ, sibi. Præcedentia ita forte distinguenda: ἄξιον αὐτὸν παρέσχηκεν, (ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, νὴ τοὺς θεοὺς) μᾶλλον ἂν παραινέσαιμι, αὐτῷ τινὰ τιμὴν etc. Mox v. 5. ita: κατὰ πάντων τῶν συνδίκων· τούτων πολλάκις εἷς ἕκαστος etc. non, τῶν συνδίκων τούτων· πολλάκις etc. MARKLAND.

Κατὰ πάντων τῶν συνδίκων τούτων· πολλάκις —] Sic omnes edd. interpungunt, præterquam postrema, rationem sequens Marklandi, qui τούτων ad sequentia trahit. Id ego imitatus sum, etsi non omnino persuasus de necessitate rei. Quippe ad illud, εἷς ἕκαστος, nihil vetat in animo repeti αὐτῶν. Sed placet, fateor, vis major, quæ pronomini accedit a loco, quem nunc occupavit. Pro τισὶ πράγμασι proxime in quibusdam libris legitur, τισὶ παραδείγμασι, alibi τὶ πράγμασι, meri errores scribarum. Eos augere non debebat vir doctus conjectura nova, τισὶ παρανομοῦσι. Dictum est πράγμασι propterea, quod syndici non tantum ad leges defendendas creari solebant, sed ad alia quoque, quæ ad Rempubl. pertinerent. Porro restat in h. l. quiddam, quod Græci sermonis diligentiorem possit morari. Nam alias quum Attici dicunt, ὃ μέγιστον ἁπάντων ὑπάρχει, ὃ δεινότατον πάντων ἐστὶν, ὃ πονηρότατον, aut similiter, tum in consequenti membro inferunt fere ὅτι aut γάρ. Quo in genere particulæ γὰρ usus est inchoativus, quem tractavit Hoogev. Doctr. Partic. gr. T. I. p. 187., quanquam neglecta re, quam quærimus. Post prius autem membrum subaudiuntur verba, τοῦτό ἐστιν. Atque hic quidem usus loquendi tot exempla habet in Oratoribus et alibi, ut omissio particulæ videri possit insolentior. Sunt tamen loca, quamvis rariora, quæ hanc breviloquentiam ab omni suspicione defendant. Æschin. in Ctesiph. §. ιζ'. Ὁ δ' ἦν ἐπιφθονώτατον· προξενίας τινὲς εὑρημένοι ἐν ταῖς ἔξω πόλεσι διεπράττοντο ἀναγορεύεσθαι, ὅτι στεφανοῖ αὐτοὺς ὁ Δῆμος κ. τ. λ. Demosth. in Midiam §. κγ'. Ὁ δ' οὖν δεινότατον, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· τὰς δίκας, ὡς αὐτῶν οὔσας, ἠφίεσαν τοῖς ἐπιτρόποις. Contra Idem de fals. leg. p. 406. ed. R. Ὁ τοίνυν μέγιστον ἁπάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἤδη· βουλομένου γὰρ κ. τ. λ. F. A. WOLF.

Ἔστι δὲ καὶ μάλα ἔχων νόμος ὑμῖν καλῶς] Structuram vides esse, ἔστι δὲ νόμος ὑμῖν, καὶ μάλα καλῶς ἔχων. Ubi καὶ intendit, non copulat. Æschines in Ctesiph. §. ιδ'. Οὗτος ὁ νόμος καὶ μάλα καλῶς ἔχει. Etiam hoc monere debui propter emendatorem, qui politissimi scriptoris opus, tanquam tirunculi pensum, tractavit. IDEM.

Μὴ ἐξεῖναι χειροτονηθέντα] Forte μὴ χειροτονηθέντα. Alioqui Populo jus suum videbitur eripi. WOLF. Lambinus μὴ ἐξεῖναι οὐ χειροτονηθέντα etc. quemadmodum fere et legere et interpretari vides Wolfium. Sed uterque decipitur. Non hoc dicit Demosthenes: *Syndicum agere plus, quam semel,* nisi *a populi suffragiis ad id muneris deligatur, nefas esto:* Verum: *Syndicum* publicum *bis agere,* (i. e. defensionem Reip. amplius, quam semel, suscipere, novæque legis condendæ patrocinium) *omnino nefas esto.* Et rationem optimam reddit in præcedentibus, v. 8. ἵνα μὴ τὸ πρᾶγμα ὥσπερ ἐργασία τισὶν (non τις cum Edit. Morel. sed τισὶν, hominibus sc. certis et perpetuis) ᾖ καὶ συκοφαντία. Et conformiter Scholiastes: οὗτος ὁ νόμος ἐκέλευε, μὴ δεύτερον συνδικεῖν. καὶ γὰρ ἅπαξ τοῦτο ποιήσας, κωλύεται, ἵνα μὴ

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

εἶναι τὴν πόλιν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι τίνες; Οἵ τε τοῖς ἀγαθόν τι ποιοῦσι τὰς τιμὰς διδόντες, καὶ οἱ τοῖς τἀναντία πράττουσι τὰς τιμωρίας. Εἰ γὰρ ἅπαντες ὡς ἀληθῶς τὰς ἐν τοῖς νόμοις ζημίας φοβούμενοι, τοῦ κακόν τι ποιεῖν ἀποστατεῖν, καὶ πάντες, τὰς ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις δωρεὰς ζηλώσαντες, ἃ χρὴ πράττειν προέλοιντο· τί κωλύει μεγίστην εἶναι τὴν πόλιν, καὶ πάντας χρηστοὺς, καὶ μηδένα εἶναι [1]τὸν πονηρόν; Ὁ τοίνυν νόμος οὗτος ὁ Λεπτίνου οὐ μόνον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοῦτ' ἀδικεῖ, ὅτι τὰς τιμὰς ἀναιρῶν τῶν [2]εὐεργεσιῶν, ἀχρεῖον τὴν ἐπιείκειαν τοῖς φιλοτιμεῖσθαι βουλομένοις καθίστησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ παρανομίας δόξαν αἰσχίστην τῇ πόλει καταλείπει. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι τῶν τὰ δεινότατα [3]ὑμᾶς ἀδικούντων, ἓν ἑκάστῳ τίμημα ὑπάρχει διὰ τὸν νόμον, ὃς διαῤῥήδην λέγει· μηδὲν [4]ὡς χρὴ τίμημα ὑπάρχειν ἐπὶ κρίσει πλέον

[1] Deest articulus. R. [2] εὐεργετῶν T. R. [3] ἡμᾶς R. [4] ὡς χρὴ μηδὲν R.

Codd. Aug. Vindob. Obsop. Ital. et Lindenbrog. Restitui similiter §. κς'. Taylor. Prius ἢ plures negligunt: at firmant libri meliores, sententiæ vis, et locus in Timocr. p. 766. ed. R., ubi hæc sententia eodem modo omnium codicum consensu repetitur. F. A. Wolf.

Τὸν πονηρὸν] Cur tam emphatice, quæso? Dele articulum cum Vindob. Budl. Ital. et Reg. α. Taylor. Τὸν del. vid. Auger. Quod minime improbo. Partim omnino in prædicato, quod Grammatici vocant, nullus est articulo locus; partim, nisi quid arguteris, nulla ejus hic potestas esse potest. F. A. Wolf.

Εὐεργετῶν] Εὐεργεσιῶν Vindob. Vid. supra ad pag. 504. v. 15. Taylor.

Παρανοίας] Lego παρανομίας. Wolf.

Ἀλλ' ὅτι καὶ παρανομίας— ] Hæc lectio, in Marg. Ben. annotata, a libris quidem nullam videtur auctoritatem habere, et ingenio potius Lambini deberi. Habet eam tamen et Wolfius in altera editione sua, qua uti soleo. Verum ea lectio, undecunque est, ab omni consequentia loci adeo commendatur, ut morosissimi judicis calumnias statim conspecta repellat. Itaque et Tayl. et Reisk. receperunt. Stulte rusticeque Oratorem loqui fecerunt librarii, qui dederunt παρανοίας. Mox omnes vulgo, ἡμᾶς ἀδικούντων, præter Aristidem Art. p. 468. et Wolfium in versione. F. A. Wolf.

Μηδὲν ὡς χρὴ —ἐξέστω] Locus est classicus de lege, qua cautum est, ne a judicibus cuiquam unius delicti plures pœnæ irrogarentur. Παθεῖν *pœnam corporis* spectat, ἀποτίσαι *pecuniariam*. Conf. Herald. Animadv. ad I. A. et. R. III. 1. Lectio vero nostra, μηδὲν ὡς χρὴ, est ex Felic. Man. Wolf., eandemque videntur dare voluisse editt. principes et codices ii, qui habent, μηδ' ὡς χρή. Ben. autem dedit, ὡς χρὴ μηδέν. Quæ talis variatio movit textus corrupti suspicionem. Ita Wolfius conjecit, μηδενὶ ὡς χρὴ, Marklandus, μηδενὸς χρὴ, Reiskius, ut est audaciore ingenio, ὡς ἄρ' ἦ, τίμημα ὑπάρχειν, scil. δεῖ, *judex ne pœnam irroget, quæcunque natura est rei, de qua pronunciandum sit.* Idemque Aristarchus deinde quoque sollicitat ὁπότερον, casu accusativo offensus, quum alibi solenne sit τιμᾶν τινί τινος. Corrigit ergo ὁποτέρου, casu gignendi. Sed fallitur vir doctus, ut solet. Ὁπότερον, ut et ἀμφότερα, quod ab eo intactum relinquitur, ad infinitivos pertinet, non ad τιμήσῃ, et vertendum, *utramcunque pœnam judices injungant.* Illuc ut redeamus, in verbis, μηδὲν ὡς χρὴ τίμημα ὑπάρχειν, septima ratio superest, ut illud, ὡς χρὴ, dicamus infinitivo explicando olim in margine adscriptum. Vid. not. ad §. δ'. Unde intelligi liceat, cur ita varietur in libris. At post infinitum, ὑπάρχειν, utique dici debuisset ἐξεῖναι. Sed commutata ratio nostra sane nec insolens est, neque ullo modo dura. Similiter posthac εἶναι legitur imperativis interjectum. Idem.

ἢ ἕν, ὁπότερον ἂν τὸ δικαστήριον τιμήσῃ, παθεῖν ἢ ἀποτίσαι· ἀμφότερα δὲ μὴ ἐξέστω. Ἀλλ' οὐχ οὗτος ἐχρήσατο τούτῳ τῷ μέτρῳ· ἀλλ' ἐάν τις ἀπαιτήσῃ χάριν ὑμᾶς, ἄτιμος ἔστω, φησὶ, καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω· δύο τιμήματα ταῦτα! εἶναι δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγάς· ἐὰν δὲ ἁλῷ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὃς κεῖται, ἐάν τις ὀφείλων ἀρχῇ[1] τῷ δημοσίῳ. Θάνατον λέγει· τοῦτο γὰρ ἔστ' ἐπ' ἐκείνῳ τὸ ἐπιτίμιον· οὐκοῦν τρία τιμήματα ταῦτα! Πῶς οὖν οὐ σχέτλιον, καὶ δεινὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! εἰ χαλεπώτερον εἶναι δόξει παρ' ὑμῖν, χάριν εὖ ποιήσαντα ἀπαιτεῖν, ἢ τὰ δεινότατα ἐργαζόμενον ληφθῆναι;

λδ'. Αἰσχρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! καὶ κακῶς ἔχων ὁ νόμος, καὶ ὅμοιος φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ, καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ. Τοιούτοις δέ τισι προσέοικεν ὁ γράφων χρῆσθαι· ὑμῖν δ' οὐχὶ πρέπει τὰ τοιαῦτα μιμεῖσθαι, οὐδ' ἀνάξια φαίνεσθαι φρονοῦντας ὑμῶν αὐτῶν. Φέρε γὰρ, πρὸς Διὸς, τί μάλιστα ἂν ἀπευξαίμεθα πάντες, καὶ τί μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασται τοῖς νόμοις; Ὅπως μὴ

[1] τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ R.

Καὶ ἡ οὐσία δημοσία ἔστω] Ulpiani observationem, idem esse καὶ quod ἢ, falsam Orator ipse arguit, nec ego ita intelligam virum præclarum, qui Scholion hoc laudat ad Petitum LL. AA. p. 610., quasi illud in hoc ipso loco comprobet. In seqq. ἐνδείξεις et ἀπαγωγαὶ formæ sunt accusationum, de quibus vid. Salmas. de M. U. p. 773. seqq. et Herald. ad I. A. et R. p. 320. Idem.

Ἄρχῃ] Lambinus structuram complanavit emendando ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Recte. *Si quis munus publicum gesserit, cum Civitati obæratus esset.* Ita Demosth. c. Timocrat. καὶ ἔνδειξις αὐτῶν ἔστω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. Auctor Argumenti hujus Orationis: εἴσπερ οἱ δικάζοντες ὅταν ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ δικάζωσι. Taylor. Vind. et Aug. 1. ἐάν τις δ' ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἄρχῃ. Medentur scilicet sic trajectioni, quæ non egebat medela, ut supra docui. Conf. simile exemplum §. λδ'. fin. Ἂν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ. Rem ipsam quod attinet, Athenis magistratu fungi, aut judicem fieri, aut omnino Rempublicam attingere, h. e. cum Populo agere, non licebat eis, qui essent ἐγγεγραμμένοι ἐν ἀκροπόλει, h. e. *debitores ærario Reip.*, quod in arce fuit ἐν ὀπισθοδόμῳ. Ibi etiam, qui publico debebant, tabulis aut columnis inscribebantur, quippe ἀτιμίᾳ quadam notati et ipsi, et eorum defunctorum filii. Res nota est, etiam de capitali supplicio. Conf. Or. in Midiam §. ν'. F. A. Wolf.

λδ'. Καὶ τὸ λοιπὸν ἐῶ] Notavit hoc genus loquendi Aristid. p. 468. et 470. Nam novum nomen unum aut alterum exspectes addi prioribus, φθόνῳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ. Subita igitur præteritio, qua pejus quiddam cogitandum auditori relinquitur, a lectore intervallo post copulam facto indicanda est. Idem.

Ὅπως μὴ γενήσωνται] Rarioris usus esse puto Subjunctivum Futuri, γενήσωμαι, apud probos et vetustos Græcos scriptores. Scribendum videtur γενήσονται, ut §. κγ'. med. ὅπως μηδεὶς ἄλλος κύριος γενήσεται. et v. pen. p. seq. ὅπως μηδεὶς φόνος γενήσεται. et ita passim. Markland. Γενήσονται Felician. Manut. Bodl. et Lindenbrog. Taylor. Dicere debuisset [Marklandus] *nullius*, et pro *futuro* voluit *aoristum*. Vid. notata a nobis ad §. ιά. F. A. Wolf.

[1] γενήσονται οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι· περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βουλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις ὁ Δράκων φοβερὸν κατασκευάζων καὶ δεινὸν, τό τινα αὐτόχειρα [2] ἄλλον ἄλλου γίγνεσθαι, καὶ γράφων χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, πάντα [3] τἄλλα διελθὼν, οἷς μάλιστα ἄν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτον τι ποιεῖν, ὅμως οὐκ ἀφείλετο τὴν τοῦ δικαίου τάξιν, ἀλλ' ἔθηκεν, ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι· κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. Εἶτ' ἀποκτεῖναι μὲν δικαίως, ἔν γε τοῖς παρ' ὑμῖν νόμοις ἐξέσται· χάριν δ' ἀπαιτεῖν, οὔτε δικαίως, οὔθ' ὁπωσοῦν, διὰ τὸν τούτου νόμον; Μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! μὴ βούλεσθε δοκεῖν πλείω πεποιῆσθαι σπουδὴν, ὅπως μηδενὶ τῶν εὖ τι ποιούντων ὑμᾶς χάριν ἐξέσται κομίσασθαι, ἢ ὅπως μηδεὶς φόνος ἐν τῇ πόλει γενήσεται. Ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῶν καιρῶν, παρ' οὓς εὖ πεπονθότες

[1] γενήσωνται T. R. [2] Deest ἄλλον. T. [3] τἆλλα T.

Ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις ὁ Δράκων —] Commemorat Draconem, quia leges illius reliquæ quidem, at non hæ, quæ essent de cæde, Solonis legislatione sublatæ erant. In αὐτόχειρα ἄλλον ἄλλου media vox ab editt. omnibus abest. Habent autem eam Par. 1. Vind. Aug. 1. Bav., et hinc jure in ordinem reduxit Reisk. De ipsa voce αὐτόχειρ, ab Atticis hujus ætatis usurpata pro antiquiore αὐθέντης, h. e. *aut sui aut aliorum interfector*, vid. Arnald. Lectt. Gr. p. 25. et Valcken. Diatr. Euripid. p. 189. Jam quæ sequuntur verba, χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, petita videntur e veteri lege, quæ integra hodie non exstat. Mala autem fertur lectio, χέρνιβος, quam Schol. explicat de vase. Sic quidem Andocides jungit χερνίβοις καὶ θυμιατηρίοις Or. IV. p. 127. Verum ibi necessario scribendum χερνιβίοις. Nam omnino formæ χέρνιβον vix alia auctoritas adest, quam quæ ducitur ex Iliad. Ω. 304., versu ne ab omnibus quidem olim genuino habito. Vulgata nostra scriptura, χερνίβων, significat *aquam lustralem*, ut optime docet Athenæus, laudatus nuper a Sophoclis sospitatore ad Œdip. T. 236. seqq., qui versus ad h. l. comparati docebunt, quam apte ritibus Atticis apud poetam Œdipus percussorem Laii exsecretur:

Τὸν ἄνδρ' ἀπαυδῶ τοῦτον, ὅστις ἐστὶ, γῆς
τῆσδ', ἧς ἐγὼ κράτη τε καὶ θρόνους νέμω,
μήτ' εἰσδέχεσθαι, μήτε προσφωνεῖν τινὰ,
μήτ' ἐν θεῶν εὐχαῖσι, μήτε θύμασι,
κοινὸν ποιεῖσθαι, μήτε χέρνιβας νέμειν,
ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων πάντας, ὡς μιάσματος
τοῦδ' ἡμὶν ὄντος — — —

Jam lustrationes, a quibus homicidæ arcebantur, fieri solebant et sacris in locis, et in foro. Vid Æschin. in Timarch. §. ε. fin. et in Ctesiph. §. νή. Mox et σπονδῶν et κρατήρων pertinet ad sacrificia. Nam κρατῆρες, libationibus adhiberi soliti, solenniter componuntur cum σπονδαῖς. Ut Or. Nostri de fals. leg. p. 431. ed. R. Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα — ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς, ἐπὶ ταῖς θυσίαις, σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε. Ceterum inest vocabulis nostri loci conjunctis notio ademti *universi juris civitatis*, τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν ταύτῃ πάντων, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν, ut Demosth. loquitur in Aristocr. p. 633. Similiter Antiphon Or. XV. p. 762. Εἴργεσθαι πόλεως, ἱερῶν, θυσιῶν, ἀγώνων. Conf. Herald. ad I. A. et R. VII. 23. Idem.

Ἐξεῖναι] Sub. ἐβούλετο, v. g. Auger.

Ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι] Exempli causa, si cui vis illata esset, seu mœchum apud uxorem, matrem etc. deprehendisset. His modis qui cædem pa-

THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS
Purchase full membership to immediately unlock this page

Get Smart

Over 2,000 years of human knowledge in 797,885 volumes

Instant access $8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies

Οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων [1] οὐ ταὐτὰ λέγει· μηδένα

[1] Deest οὐ. R.

tem inclinationes a nullo Legislatore rite comprehendi possunt, οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον, ὃς περὶ τῶν παρεληλυθότων καὶ μελλόντων ταὐτὰ λέγει. *Non si debbe par buona tenere una legge, che delle cose passate e delle future parimente determina.* Ut recte Versio Italica. Lambinus etiam in hoc loco particulam negativam reduxit. Tu in utroque delebis. TAYLOR. Clare legendum : τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *cur non futura considerasti*, in futurum prospexisti? quod v. 10. p. 519. vocat τὸ μέλλον προορᾶσθαι. sic τοὺς καιροὺς ἰδὼν, *tempora intuens*, §. ιγ'. med. Dicit: Si honores Harmodio et Aristogitoni *olim* habitos non reprehendis, quare *in futurum* a similibus honoribus excludis eos, qui Harmodio et Aristogitoni similes esse possunt. MARKLAND.

Οὐκ ἔνι τοῦτον ἔχειν καλῶς τὸν νόμον — — τὰ μέλλοντα ᾔδεις;] Locum hunc utri vexarint pejus, editores, an librarii, difficile est dictu. Nam primum negatio et ante ταὐτὰ, et ante κατεμέμφου, in plerisque exemplaribus, scriptis, editis, adest nulla, nisi quod priore loco οὐ dedit Felic., unde id transiit in textum Man. et Wolfii, et in Ind. Lambini; posteriore autem loco unus Wolfius, prorsus de suo, invexit voculam μή. Indignatur id Taylorus, quod is in altero loco ita contra fidem *plurimorum* et præstantiorum codicum, in altero contra *omnium*, aliud inculcarit, ac voluerit ipse Demosthenes. Jam de codicibus cum optimo quoque hanc tenemus sententiam, earum quidem fidem editori esse religiose sequendam, modo ne in literas et apices sic juret, ut sensum communem ejuret. Quod vero Taylorus se jactat scire, quid Demosthenes voluerit; aut Taylorus, aut ego turpiter fallimur. Multo enim aliud in Oratore video, atque ille. Sed sententiam quomodo sine negationibus expediat vir doctus, ipsis verbis ejus docendum est, præsertim quum omnino desperem, fore unquam, ut vim eorum satis assequar. Hoc ergo, inquit, videtur Orator velle: Si priorum temporum - - - - Italica. [vid. supra.] Hactenus ille. Atque hæc vocat *sensum*, eumque longe præstantiorem altero, ex appositis negativis manante, nec amplius dubitaturos nos dicit, quid sequamur. Et placuit hæc crisis postremo editori ita, ut utramque negativam fidenter expunxerit, posteaque scripserit, τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντ' ᾔδεις; In notis tamen idem triplicem proponit modum emendandi: primum, ut omittatur τί ante μὴ, uti facit Aug. 1. et Bav.; secundum, ut legamus, εἰ τῶν προτοῦ κατεμέμφου τι, μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; tertium, ut, rejecto τὶ post μὴ, scribamus, εἰ τὰ προτοῦ κατεμέμφου, μή τι καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; *Priorum si te pœnitebit, num quid etiam futura prævidebas?* Ad has tantas divitias accedit Marklandus, clare legendum pronuncians, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα εἶδες; *Cur non futura considerasti?*

Credo equidem, uti leviter nunc locus a me mutatus est, in eo neminem Græce doctum quidquam inventurum, quod culpæ speciem habeat. Τὰ παρεληλυθότα, quod paullo post dicitur τὰ προτοῦ, patet, referri ad *Harmodii et Aristogitonis honores et præmia.* Τοιοῦτοι sunt *tales, quales sese præstarunt illi duo.* Μὴ καταμέμφεται τὰ προτοῦ Leptines, *quum præmia duobus illis decreta lege sua probat et firmat, quum illos lege plane vult exceptos.* Jam se sponte sententia loci offert hæc: *Nullo pacto lex ista probari potest, quippe quæ aliud de rebus actisque præteritis statuat, aliud de futuris, neque ex æquo utraque judicet. In uno quidem capite legis Leptines scripsit: ne quis immunis esto, exceptis Harmodii et A. posteris. Præclare! Laudo, quod hactenus illis viris suos honores reliquit, sua præmia ac Populi decreta rata habet. At idem cavit in altero capite, ne omnino porro liceret immunitatem in quenquam conferre. Hic vide mihi, vir optime, quam Tecum ipse discordes. Hic posteris Harmodii et A. immunitatem olim tributam ratam habes, illic ne cuiquam ea in posterum unquam tribuatur, vetas. An tribuere eam ne tum quidem licebit per Te, o bone, quum in civitate forte erunt Harmodio et Aristogitoni similes? Talesne quoque hocce præmio ornandos negas? At qui in civitate nostra olim facta reprehendere non es ausus, qui tyrannicidarum posteros lege Tua solvis, quid? num Tu etiam futura noras, quum legem scriberes? Num certum Tibi erat, nunquam talia tempora Reip. reditura esse, in quibus ad statum popularem a dominatu defendendum Harmodiis opus sit; ut summe nos pœnitere debeat præmia sustulisse* etc. Sed hæc verecundius expressa sunt, et sine ullo verbo male ominato. Particula ὅτι alienum responsum annunciat, ut §. ι'. med. *Dices quidem Tu, aut alius, procul nos abesse a tali exspectatione* etc.

Sufficiant hæc ad totius loci tenorem

εἶναι, φησὶν, ἀτελῆ, πλὴν τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· καλῶς! μηδὲ [1]τὸ λοιπὸν ἐξεῖναι δοῦναι. Μηδ', ἂν τοιοῦτοί τινες γένωνται, Λεπτίνη; Εἰ τὰ [2]προτοῦ οὐ κατεμέμφου, τί; μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; Ὅτι, νὴ Δία, πόρρω τοῦ τι τοιοῦτον ἐλπίζειν νῦν ἐσμέν. Καὶ εἴημέν γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! Ἀλλὰ χρή γε [3]ἀνθρώπους ὄντας τοιαῦτα καὶ λέγειν καὶ νομοθετεῖν, οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσήσαι· καὶ τἀγαθὰ μὲν προς-

[1] τολοιπὸν T. [2] πρὸ τοῦ μὴ κατ., τί μὴ T. πρὸ τοῦ κατ., τί; μὴ R.
[3] ἀνθρώπους γε T.

declarandum, nec lubet Taylori commentum illud exagitare, quo bonam legem negat esse, quæ de præteritis et futuris eadem statuat. Neque id commentum iis defenditur, quæ dixit de eventibus temporum incertis, a nullo legislatore provisis, qui ad leges variis modis immutandas valeant. Quippe id h. l. Demostheni invito obtruditur, qui rem eloquitur nude et simpliciter, et, pro more suo, multo dixisset accuratius, et ad communem hominum sensum aptius, si cum Tayloro voluisset sophistam agere. Quam sæpe veteres Oratores dicunt, leges vultum omnibus eundem exhibere, et *omnibus una eademque voce oportere loqui*, ut Ammianus Marcellinus ait XXVII. 6. Vere ergo scriberetur, οὐ ταὐτὰ λέγει, etsi nullus liber addiceret. Atque ita etiam ante κατεμέμφου negativam requiri, superiora clamant. Ac nihil est hoc vitio solennius, ut οὐ post τοῦ extritum sit. Nam Wolfii conjecturam μὴ abjeci, quia in mea ratione ad majorem facilitatem corruptelæ illud quoque accedit, quod alteram particulam haud paullo melius usus loquendi fert. Scilicet verba, εἰ τὰ προτοῦ οὐ κατεμέμφου, suppleri possunt addendo, ἀλλὰ ἐπαινεῖς. In hoc autem genere dicendi negativa οὐ optime locum habet, rarius et minus bene μή.

Denique ne ultimo quidem membro inoffensum pedem editores referre potuerunt. Nam male vulgo conjunctim legitur, τί μὴ καὶ τὰ μέλλοντα ᾔδεις; Quod Wolfius vertit, *cur non futurorum etiam rationem habuisti?* Nullus vero locus est particulæ μὴ, quum sic interrogamus, *cur non?* Tum et lex sermonis et usus postulat οὐ, respuit μή. Sic solœce dicas, τί μὴ ἐποίησας τοῦτο; *Cur hoc non fecisti?* Quod ratio hæc ipsum Marklandum fugit, qui tamen in reliquis loci plus, quam ceteri, intellexit, id ego mirarer, nisi aliunde constaret, has in Demosthenem notas a viro summo effusas potius esse, quam scriptas. At enim exempla sunt, ubi in interrogationibus junctim ponitur τί μή. Hæc ne quem aliquando deludant, neu dissimilia pro similibus habeantur, rem quasi prætereundo explicabo. Legimus quidem in Aristid. Declam. Leptin. §. 94. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν καλόν τι καὶ δίκαιον, ὦ οὗτος! τὸ τῶν δωρεῶν οἴει, καὶ τῇ πόλει συμφέρον· τί μὴ πᾶσιν ἁπλῶς αὐτῶν μεταδίδως, ἀλλὰ τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ; εἰ δ' ἀλυσιτελεῖς εἶναί σοι δοκοῦσι, καὶ κατέγνως αὐτῶν, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι νομίζεις, τί μὴ καὶ πάντας τούτων ἀποστερεῖς; Hic vero μὴ copulandum non est cum pronomine τί, sed in priore loco cum πᾶσιν, in posteriore cum πάντας, ibique verba, τί μὴ καὶ πάντας, idem valent, quod τί καὶ μὴ πάντας, ἀλλ' ἔνιοι, quod verbum, ἔνιοι, latet in τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ. Itaque μὴ in utroque loco positum est plane, uti supra apud Nostrum §. ά. μή τινες, ἀλλὰ πάντες, et ultima Latine verti possunt: *Sin donationes prorsus tibi inutiles videntur, cur quosdam tantum præmiis suis spolias, cur non omnes?* Jam quod ex aliquot editt. sumsi, τί; μὴ, hæc vim habent et acrimoniam quandam interrogantis, quæ potestas sæpe in solo μὴ interrogativo inest. Longior in h. l. factus sum subtilitatis studio. Nec usquam in tota Oratione majores fluctus et inutilius ab Intpp. excitatos vidi. F. A. Wolf.

Ἐλπίζειν] Sicut *sperare* Latine, in bonam et malam partem accipitur: hic in malam. Auger.

Εἴημεν] Ita, non cum editorum nonnullis et Wolfio, qui et similiter quoque interpretatur, εἴη μέν. Taylor.

Οἷς μηδεὶς ἂν νεμεσήσαι] Ex veteri superstitione bonorum invidiosa prædicatio homini credebatur fortunam, quæ adesset, parum tutam, atque adeo deorum iram concitare. Quid? quod πᾶν θεῖον φθονερὸν putarunt, ut ex Herodoto constat. Eam sententiam aliquis nuper ex instituto mi-

δοκῶν, καὶ τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι διδόναι, πάντα δ' ἀνθρώπινα ἡγεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ ἂν Λακεδαιμόνιοί ποτε ἤλπισαν εἰς τοιαῦτα πράγματα ἀφίξεσθαι· οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι, [1] τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι, καὶ φόρους Καρχη-

[1] τοπάλαι T. R.

sere vexavit singulari scriptione, Solonem et reliquos priscos sapientes ex nostris ingeniis judicans. F. A. Wolf.

Οὐδὲ γὰρ ἂν Λακεδαιμόνιοί ποτε ἤλπισαν εἰς τοιαῦτα πράγματα ἀφίξεσθαι] Omnino ἐλπίζειν est *exspectare*, unde interdum occurrit sensu *timendi*, quæ tamen propria vis verbi non est. In hunc modum accipies, quæ traduntur ab Ilipp. ad Thomam M. p. 299. Εἰς τοιαῦτα, *in talem fortunam*, scil. *quacum nunc conflictantur*. Similiter alibi ἐκεῖνα. Conf. ad §. ιά. Idem.

Οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι] Sc. ἤλπισαν τυραννηθήσεσθαι. De Dionysiis vid. Diodorum lib. XIII. et XIV. Wolf.

Οὐδέ γε ἴσως Συρακούσιοι, τὸ πάλαι δημοκρατούμενοι] Nempe per 60 fere annos, inde ab Olymp. 78, 3., quo anno antiquiorum tyrannorum ultimus, Thrasybulus, regno privatus est. Nam prior Dionysius, qui statim memoratur, potitus regno est Olymp. 93, 4. Vid. Diodor. XI. 68. et XIII. 96. Reliqua, de imperio Syracusanorum latissime patente, in vulgus nota sunt. Carthaginienses illis subjecti post cladem ad Himeram Olymp. 75, 1. Vid. Diodor. XI. 20. seqq. Justin. IV. 2. et de clade Atheniensium superius notata ad §. ιά. Sed ultimis periodi longius immorari cogimur. Primum quidem hoc alii quoque scriptores testantur, Dionysium, patrem, extremo loco natum fuisse, et, priusquam tyrannidem occuparit, nullius apud suos auctoritatis. Diodorus, haudquaquam spernendus auctor in rebus Siculis, XIII. 96. eum γραμματέα καὶ τὸν τυχόντα ἰδιώτην vocat, et qui Wesselingio ad h. l. citatur, Polyænus V. 2. 2. ὑπηρετοῦντα καὶ γραμματεύοντα τοῖς στρατηγοῖς. Jam id munus γραμματέως, ex multis locis Oratorum patet, Athenis parum honorificum fuisse. Non fuit illud quidem in Græcia per se inhonestum aut contemtum, ὑπηρεσία tamen, non ἀρχή, plane ut apud Romanos scribæ interdum etiam cum lictoribus numerantur inter *apparitores magistratuum*, iisque *ministerium* tribuitur, nunquam *magistratus*. Quanquam in Græcis civitatibus paullo honorificentior ea provincia habita, quippe et ingenuorum hominum, et non mercenaria, ut puto. Conf. Nepotis Eumen. c. 1. At verbum tamen, ὑπηρετεῖν, solenne ubique de scribis, passimque conjunctum cum γραμματεύειν et ὑπογραμματεύειν, uti ap. Demosth. de Cor. §. 79. med. et alibi. Atque hoc non aliter fuisse Syracusis, eundemque ibi scribas locum tenuisse, pro certo poni potest, quidquid obloquatur Ulpianus, quem recte refutant Spanhem. de U. et P. N. Diss. IX. p. 705. et Wesselingius l. c. Jam plane non dubium est, Dionysium propter hoc ipsum munus γραμματέως a Nostro vocari potuisse ὑπηρέτην. Nescio tamen quid in hoc loco me offendit, quoties lego verba, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ὥς φασι. Quid enim? Hæccine, ὃς ὑπηρέτης ἦν, ad declarandum locum scribæ credamus adjecta? At quis auditorum olim ignorare potuit, γραμματέως esse ὑπηρεσίαν, non ἀρχήν? Id scilicet Populus Atheniensis docendus fuit. Verum ut ejusmodi declarationem huic loco, quum de Siculis rebus agatur, minus alienam putes, jam edoceri cupiam, cur eam Orator fecerit verbis tam ineptis? Talia sunt sane, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Unde enim hoc tempus præteritum? Ferri id utique posset, si scripsisset, ἥπερ ὑπηρεσία ἐστὶ, certe ita ratio dicendi constaret. Non minus tamen offendit illud, ὥς φασι. Est enim absonum, si ad totam sententiam referas; nec magis ferendum, etiam per leges sermonis, si ad unum nomen γραμματέως. Nam sic deberet esse, γραμματέως ὄντος, ὥς φασι. At ratio quædam videatur adesse, salebras has omnes complanans, ut post illud, ὑφ' ἑνὸς γραμματέως, novam quandam conditionem hominis inesse dicas appositis verbis, ὃς ὑπηρέτης ἦν. Nimirum ad hoc aliquis abuti possit Polyæni loco, quem ante laudavi. At si nova et diversa a priore conditio nunc accederet, ista molestia præteriti temporis eadem nos premeret. Nec video, in hac ratione, cur non potius Orator dixisset, γραμματέως καὶ ὑπηρέτου, quanquam vel sic abruptius, nec pro solita perspicuitate sua locutus esset. Post hæc omnia, quæ dixi, primum facere non possum, quin illud, ὥς φασι, absurdum judicem et alienum. Haud dubie Dionysii, principis tam potentis, prior conditio satis tum nota fuit; atque ut minus nota fuerit, *rumor vulgi et fama* locum *in tali argumentatione* non

# THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

## DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books' Full Membership gives access to 797,885 ancient and modern, fiction and non-fiction books.

Continue

*Fair usage policy applies

ὥσπερ ἡμεῖς κελεύομεν, οἱ μὲν ἄξιοι τὰ δίκαια παρ' ὑμῶν ἕξουσιν· εἰ δέ τις ἔστ' ἀνάξιος, ὡς ἔστω, πρὸς τῷ τὴν δωρεὰν ἀφαιρεθῆναι, δίκην, ἣν ἂν ὑμῖν δοκῇ, δώσει κατὰ τὸν παρεισενηνεγμένον νόμον· ἡ δὲ πόλις πιστὴ, δικαία, πρὸς ἅπαντας ἀψευδὴς φανήσεται. Ἐὰν δὲ ἀποψηφίσησθε, ὃ μὴ ποιήσαιτε, οἱ μὲν χρηστοὶ διὰ τοὺς φαύλους ἀδικηθήσονται, οἱ δὲ ἀνάξιοι συμφορᾶς ἑτέροις αἴτιοι γενήσονται, δίκην δ' οὐδ' ἡντινοῦν αὐτοὶ δώσουσιν· ἡ δὲ πόλις, τἀναντία ὧν εἶπον ἀρτίως, δόξει ἄπιστος, φθονερὰ, φαύλη [1] παρὰ πᾶσιν εἶναι.

λζ'. Οὔκουν ἄξιον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! τοσαύτην βλασφημίαν ἀντὶ καλῶν καὶ προσηκόντων ὑμῖν ἀγαθῶν ἑλέσθαι. Καὶ γὰρ ἕκαστος ὑμῶν ἰδίᾳ μεθέξει τῆς δόξης τῶν κοινῇ γνωσθέντων. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ γε τοῦτο οὐδεὶς, οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων, ὅτι ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης πρὸς [2] ἡμᾶς ἀγωνίζεται, ἐν δὲ τῇ τῶν καθημένων ὑμῶν ἑνὸς ἑκάστου γνώμῃ φιλανθρωπία πρὸς φθόνον, καὶ δικαιοσύνη πρὸς κακίαν, καὶ πάντα τὰ χρηστὰ πρὸς τὰ [3] πονηρὰ ἀντιτάττεται. Ὧν τοῖς βελτίοσι πειθόμενοι, καὶ κατὰ [4] ταὐτὰ ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον, αὐτοί τε ἃ 508
προσήκει δόξετ' ἐγνωκέναι, καὶ τῇ πόλει τὰ κάλλιστα

[1] παρ' ἅπασιν R. [2] ὑμᾶς T. R. [3] πονηρότατα R. [4] ταῦτα T.

scil. νόμον. MARKLAND.

Παρὰ πᾶσιν] Refertur ad δόξει. AUGER.

λζ'. Οὔτε τῶν περιεστηκότων, οὔτε τῶν ἄλλων—] Οἱ περιεστηκότες sunt, qui aliis locis vocantur, οἱ ἐπακούουσι τῆς κρίσεως, οἱ ἔξωθεν περιέστασι, ut ap. Æschin. in Ctesiph. §. δ'. κά. post med. οά. Lat. *qui circumstant* audiendi gratia, et coronam faciunt, qui in gravioribus causis, præsertim oratore claro aut gratioso orante, solebant multi esse et Athenis et Romæ. Mox omnes edd. occupat πρὸς ὑμᾶς, incuria editorum, quod vel Wolfii rectior versio ostendit. Accusatorum et reorum in foro semper est ἀγὼν πρὸς ἀλλήλους, non πρὸς τοὺς δικαστὰς, minime in h. l. Quisque hoc videt attentior, etsi nemo Intpp. advertit ante Reiskium. Οἱ καθημένοι denique sunt *judices*, qui solenniter Græce dicuntur καθῆσθαι, Latine *sedere*. F. A. WOLF.

Ἐν μὲν τῷ δικαστηρίῳ Λεπτίνης etc.] Sic Cicero 2 Catilinaria. *Denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitiis omnibus. Postremo copiæ cum egestate, bona ratio cum perdita, mens cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.* WOLF.

Πρὸς τὰ πονηρὰ] Intelligere hoc licet, verbo πάντα repetito, πάντα τὰ πονηρά. Ergo nihil opus, cum Par. 1. Aug. 1. et Reisk. poni πονηρότατα. Paullo magis ferrem, si cui v. 10. p. seq. superlativus aptior videretur, κατὰ τῶν τὰ πονηρότατα συμβουλευόντων. Quanquam ibi nihil muto. F. A. WOLF.

Ἡμῖν θέμενοι τὴν ψῆφον] Συμφωνίσαντες ἡμῖν, καὶ καταψηφισάμενοι τοῦ νόμου. WOLF.

Κατὰ ταῦτα] Omnino κατὰ ταὐτὰ ἡμῖν, ut excudit Morel. et interpretatur Wolfius. Vulgo legitur ὑμῖν. Italus ita: *Delle quali se migliori seguirete, e secondo esse darete la vostra sentenza.* TAYLOR.

Τῇ πόλει τὰ κάλλιστα] H. e. *quæ Rempubl. nostram maxime decet decrevisse.* Mirum est, membranas magno consensu dare, τῇ πόλει τὰ κράτιστα. Quod nemo præfe-

ἔσεσθε ἐψηφισμένοι· κἄν τις ἄρ' ἔλθῃ ποτὲ καιρὸς, οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελησόντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν. Ὑπὲρ οὖν τούτων ἁπάντων [1] οἶμαι δεῖν ὑμᾶς σπουδάζειν, καὶ προσέχειν τὸν νοῦν, ὅπως μὴ βιασθῆτε ἁμαρτεῖν. Πολλὰ γὰρ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι! πολλάκις οὐκ ἐδιδάχθητε, ὡς ἔστι δίκαια, ἀλλ' ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων, κραυγῆς, καὶ βίας, καὶ ἀναισχυντίας· ὃ μὴ πάθοιτε νῦν οὐ γὰρ ἄξιον· ἀλλ' ἃ δίκαια ἐγνώκατε, ταῦτα φυλάττετε! καὶ μνημονεύετε, ἕως ἂν ψηφίσησθε, ἵν' εὔορκον θῆσθε τὴν ψῆφον κατὰ τῶν τὰ πονηρὰ συμβουλευόντων. Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι θάνατος παρ' ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία, τοῖς δ' ὅλην τὴν πόλιν κίβδηλον καὶ ἄπιστον ποιοῦσι λόγον δώσετε. Οὐ [2] δήπουγε, ὦ Ζεῦ καὶ [3] Θεοί!

[1] οἴομαι R. [2] δή που γ' R. [3] θεοὶ, οὐκ T.

rat, qui Orationem cum cura perlegit. F. A. Wolf.

Ἀφῃρέθητε ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων κραυγῆς καὶ βίας καὶ ἀναισχυντίας] *Extortum est Vobis id, quod decrevistis, clamoribus et impudenti convicio.* Conf. instar omnium Æschin. Or. in Ctesiph. non longe ab initio, quo in loco pristinum judiciorum ordinem et gravitatem requirit. Idem.

Ψηφίσησθε] Ita Editt. et MSS. Vulgo ψηφίσεσθε. Taylor.

Τοῖς μὲν τὸ νόμισμα] Aristophanes Ranis. [v. 730.]

Πολλάκις γ' ἡμῖν ἔδοξεν ἡ πόλις πεπονθέναι
Ταὐτὸν, ἔστε τῶν πολιτῶν τοὺς καλούς τε κἀγαθοὺς,
Ἔστε τἀρχαῖον νόμισμα καὶ τὸ καινὸν χρυσίον.
Wolf.

Lubens hoc ἀπροσδιόνυσον scholion Wolfii admisi, nulla alia de causa, nisi ut hoc exemplo intelligat bonus Lector meus, sibi nullam factam esse fraudem, si aliquando hujus hominis πονηροῖς καὶ κεκιβδηλευμένοις νομίσμασιν (ut loquitur ibidem suus Aristophanes) χρώμεθ' οὐδέν. Taylor.

Θαυμάζω δ' ἔγωγε, εἰ τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι —] Sententia hæc imprimis accommodata est ad communem intelligentiam, olim adhibita explicatius a Solone. Demosthenes in Timocrat. p. 765. ed. R. Βούλομαι ὑμῖν κἀκεῖνο διηγήσασθαι, ὅ φασί ποτ' εἰπεῖν Σόλωνα, κατηγοροῦντα νόμον τινὸς οὐκ ἐπιτήδειον θέντος. Λέγεται γὰρ τοῖς δικασταῖς αὐτὸν εἰπεῖν, ἐπειδὴ τἄλλα κατηγόρησεν, ὅτι νόμος ἐστὶν ἁπάσαις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ταῖς πόλεσιν, ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφθείρῃ, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι· ἐπερωτήσας δὲ, εἰ δίκαιος αὐτοῖς καὶ καλῶς ἔχων ὁ νόμος φαίνεται, ἐπειδὴ φῆσαι πάντας τοὺς δικαστὰς, εἰπεῖν, ὅτι αὐτὸς ἡγεῖται ἀργύριον μὲν νόμισμα εἶναι τῶν ἰδίων συναλλαγμάτων ἕνεκα τοῖς ἰδιώταις εὑρημένον, τοὺς δὲ νόμους ἡγεῖται τῆς πόλεως νόμισμα εἶναι. Δεῖ δὴ τοὺς δικαστὰς πολλῷ μᾶλλον, εἴ τις, ὃ τῆς πόλεώς ἐστι νόμισμα, τοῦτο διαφθείρει, καὶ παράσημον εἰσφέρει, μισεῖν καὶ κολάζειν, ἢ εἴ τις ἐκεῖνο, ὃ τῶν ἰδιωτῶν ἐστί. Προσθεῖναι δὲ τεκμήριον τοῦ καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀδίκημα, τὸ τοὺς νόμους διαφθείρειν, ἢ τὸ ἀργύριον· ὅτι ἀργυρίῳ μὲν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ φανερῶς πρὸς χαλκὸν καὶ μόλυβδον κεκραμένῳ χρώμεναι σώζονται, καὶ οὐδοτιοῦν παρὰ τοῦτο πάσχουσιν, ὁμοίως δὲ νόμοις πονηροῖς χρώμενοι, καὶ διαφθείρεσθαι τοὺς ὄντας ἐῶντες, οὐδένες πώποτ' ἐσώθησαν. F. A. Wolf.

Καὶ Θεοὶ, οὐκ οἶδ' ὅτι etc.] Hæc ista distingui debent: λόγον δώσετε. οὐ δήπου γε, ὦ Ζεῦ, καὶ Θεοί. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ etc. *ne utique* hoc fiat, *o Jupiter, et* cæteri *Dii! Scio, non opus esse, ut ego plura dicam: opinor enim* etc. Frequens hæc Oratoribus Formula: Οὐκ οἶδ' ὅτι etc. in conclusionibus orationum. Lysias contra Frumentar. ad fin. Οὐκ οἶδ', ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων etc. et ita sæpe Ille, et cæteri. Intelligendum est, quasi scriptum fuisset hoc modo: Οὐκ (οἶδ', ὅτι) δεῖ πλείω λέγειν· vel hoc: Οἶδ', ὅτι οὐ δεῖ πλείω λέγειν. Mark-

Οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· [1] οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων.

[1] οἴομαι R.

LAND. Pone punctum post θεοί. AUGER. Οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ πλείω λέγειν· οἶμαι γὰρ ὑμᾶς οὐδὲν ἀγνοεῖν τῶν εἰρημένων]. Eadem conclusione simplici Isæus utitur Or. VI. et VII. et Noster tribus aliis locis. Ubi vulgo perperam scribitur, οὐκ οἶδ' ὅ τι. Absolute pro particula affirmandi interponi solet οἶδ' ὅτι, et εὖ οἶδ' ὅτι. Explicui hoc et interdum similia leviora, et nullius doctrinæ, ne ad justam explicationem Orationis quidquam deesse videretur. F. A. WOLF.

FINIS TOMI SECUNDI.

Londini imprimebat J. F. DOVE, in Area quæ est Divi Joannis.